


SIMONIDIS CEI

CARMINUM RELIQUIAE.

EDIDIT


Dr. F. G. SCHNEIDEWIN.

BRUNSVIGAE.

FRIDERICUS VIEWEG ET FILIUS.

MDCCCXXXV.







BRUNSVIGAE
EX OFFICINA FR. VIEWEGII
ET FILII.

AUG. BOECKHIO.

C. O. MUELLERO.

S.

PRAEFATIO.

Quae in Ibyco Rhegino ante hos duos annos ab nobis edito jure sunt et ab aliis vituperata et ab Hermanno atque Welckero operam dedimus ut in posterum caverentur. Et quum Hermannus libello illi, quem rudem nobis et inconditum excidisse aegerrime ferimus, quot inhaererent vitia acerbius, ut nunc etiam videtur, et iracundius aperuisset, dolori — memini enim satis magnifice de opusculo illo sentire — brevi successit cogitatio statuebamque operam dare, ut si possem re ipsa docerem Hermannum quam essem promptus mea non admirari. Coeperam tum praestantissimum hunc meum poetam curiosius pertractare: quem jam multo, ut opinor, altero poeta limatiorem nostra opera et qui evolvatur digniorem emittimus. Hunc laetabimur si et duumviris illis et aliis simili indole hominibus eruditis approbari intellexerimus. Iudices adspernamur fatuos, asperos, injustos: justos, severos, intelligentes volumus. Hos, si non nolent, confidimus intellecturos non eo referri studia nostra, ut brevi perituram gloriolam gloriolaeve quandam speciem aucupemur, non ut scholam hanc philologorum *omnia* scilicet *pervertentem* cumulemus laudibus, convicia congeramus in diversa sequentes: sed ut

disciplina haec antiquitatis, in qua omnia nobis sita sunt gaudia vitae, quantum quidem in nobis sit accessione quadam quantumvis tenui illa locupletetur, veritas studiose indagetur, valere jubeatur error. Nos quae in quoque laudanda quae vituperanda viderentur, aperte, ut facere consuevimus, et ingenue laudavimus vituperavimus.

Finem faciam huic praefandi muneri si gratias egero DISSENIO et MUELLERO, qui identidem a me consulti se praestiterunt eos qui semper in me fuerunt. Praesens auxilium tulerunt viri conjunctissimi F. BAMBERGERUS et AD. EMPERIUS, quibus nihil neque candidius neque eruditius fingi potest: ex quibus vel per familiares sermones vel justa disputatione elicui multa quae poetae meo salutaria essent futura: his magna pars eorum accepta referenda est, quae probabilia in hoc libro inerunt. Praeclaras quasdam difficilium locorum emendationes per literas mecum communicavit suavissimus meus TH. BERGKIUS, cui utinam apud Borussos is locus obtingat, qui in Saxonia patria negatus videtur. Unum nobis dolendum est hoc, H. Ulrici librum, quo poesis Graecorum lyricae historiam adumbravit, sero ad nos perlatum esse quam cujus rationem possem habere. Quam jacturam alio modo sarcire conabimur. Scribebam Brunsvigae mense Septembri MDCCCXXXV.

I.

PROLEGOMENA

DE

VITA ET CARMINIBUS SIMONIDIS CEI.

Non, si priores Maeonius tenet
Sedes Homerus, Pindaricae latent,
Ceaeque, et Alcaei minaces
Stesichorique graves Camenae.
HORAT. *Carmm.* IV, 9, 5.

Wer Verschwundenes wieder ins Daseyn zurückruft, geniefst die Seligkeit des Schaffens.

NIEBUHR. H. R. I, p. 6.

I. Simonides Iulieta Ceus [1]) quo anno natus sit ipse indigitat Epigrammate CCIII, quod Adimanto Athenis archonte scripsit octogenarius. Adimantus autem quum magistratum gesserit Olymp. LXXV, 4., poetam natum habemus Olymp. LVI, 1. Eaque ratio et non aliis subducta calculis locupletissimorum confirmatur testimoniis scriptorum veterum, Ciceronis vel, cujus Chronica ob oculos habebat, Atheniensis Apollodori, loco ab Niebuhrio instaurato, de Re Publ. II, 10. »Natus Simonides Olympiade sexta et quinquagesima«; Eratosthenis, si vere conjicit G. Bernhardy, in Scholl. Arist. Vespp. 1402., quae excerpsit Suidas s. v. *Σιμωνίδης*. *Γέγονεν ἐπὶ τῆς πεντηκοστῆς ἕκτης Ὀλυμπιάδος*; *οἱ δὲ*

1) Strab. X, p. 486., Steph. Byz. v. *Ἰουλίς*; Himer. Orat. XXIX, 2. *Καὶ Σιμωνίδῃ καὶ Βακχυλίδῃ ἡ πόλις* (f. *ἡ Ἰουλίς*) *ἐσπούδασται*. Memorabilis locus Themistii Orr. XXI, p. 259, C. Ineptum est, inquit, *ἐξαριθμεῖσθαι τόσα καὶ τόσα τῶν Ἀριστοτέλους ἢ Πλάτωνος ἀεί τε δὴ καὶ ἐφ' ἅπαντι, κἂν συλλογισόμενον παρακαλῇς, κἂν συνδειπνήσοντα ἄγῃς, κἂν ὑπὲρ Αἰσχύλου πυνθάνῃ, κἂν ποία νῆσος Σιμωνίδου τοῦ μελοποιοῦ.* Videtur jam tum litigatum esse de diversis ejusdem nominis poetis probe discernendis et disceptatum, Ceusne insula poetae lyrici fuerit an Amorgus aliave denique insula aliqua. Hinc pullularunt quae sunt apud Choeroboscum Etym. M. p. 713, 17. *Σημωνίδης ἐπὶ μὲν τοῦ ἰαμβοποιοῦ διὰ τοῦ η γράφεται καὶ ἴσως παρὰ τὸ σῆμα ἐστί· τὸ δὲ ἐπὶ τοῦ λυρικοῦ διὰ τοῦ ι καὶ ἴσως παρὰ τὸ σιμός ἐστι.* Festive callidum me hercule decretum invertit Grammaticus Biblioth. Coislin. p. 597. Montef.

ἐπὶ τῆς ἑξηκοστῆς δευτέρας γεγράφασι. καὶ παρέτεινε μέχρι τῆς ἑβδομηκοστῆς ὀγδόης βιοὺς ἔτη πθ'. (Bekkerus errore opinor, non consulto: μέχρις οή βιοὺς ἔτη ῆ πθ'.) et aliorum. Sed Eusebius, quem sequitur Georgius Syncellus, ad Olymp. LV. annotavit: Στησίχορος τέθνηκεν· Σιμωνίδης ἐγνωρίζετο, quum tum ne natus quidem fuerit. Mittimus notationes aliorum, quanquam non temere illas spernendas, quum maximam partem ex ipsis poetae carminibus derivatae sint. Veluti quod apud Eusebium cum Stesichoro componitur, apud Scholiastam Aristoph. et Suidam μετὰ Στησίχορον τοῖς χρόνοις vixisse perhibetur, fluxit id ex Fr. Epinic. XXV. Confer quae diximus ad Fr. I. et Epigr. CCIV.


Poeta si undenonaginta natus annos obiit, Theagenida archonte obiit, ut Marmor Parium testatur, hoc est Olymp. LXXVIII, 1. Sin nonaginta tunc habuit annos, ut sumpsit Marmor Parium, Olymp. LXXV, 4. ineunte octogesimum compleverit annum idemque defunctus sit exeunte anno primo Olymp. LXXVIII. Conferatur Marm. Par. Epoch. 57. et commentarii Boeckhii in Corp. Inscrr. II, p. 320. Lucianus autem quod Macrob. 26. scribit: Σιμωνίδης ὁ Κεῖος ὑπὲρ τὰ ἐνενήκοντα ἔτη ἐβίω, indiligenter locutus est.

Avum poetae Hyllichum vocat Callimachus apud Scholl. Pind. Isthm. II, 9.

οὐ γὰρ ἐργάτιν τρέφω
τὴν Μοῦσαν, ὡς ὁ Κεῖος Ὑλλίχου νέπους.

Is maternus fuisse videtur: paternum, opinor, Marm. Par. Ep. 49. Simonidem appellat et ipsum: Σιμωνίδης ὁ Σιμωνίδου πάππος τοῦ ποιητοῦ. Nam licet quam avo assignat victoriam uni conveniat Leoprepidae (v. Eleg. Fr. LVIII.), tamen avum Simonidi Lyrico quendam nomine

Simonidem fuisse, non est quod praefracte negemus Conferatur Boeckhius C. J. II, p. 312. Patrem poeta ipse Leoprepem vocat, v. Epigr. CCIV., de quo historiolam narrat Aelian. Varr. Hist. IV, 24. Cujus filia, Simonidis nostri soror, Midoni sive Midylo nupserat, ex qua is Bacchylidem suscepit poetam Lyricum: qui *ἀδελφιδοῦς* Leoprepidae fuisse proditur, cfr. Nevium Bacchyl. p. 2. Ex filia autem Leoprepidae natus est Simonides tertius, cui ab argumento, in quo elaborasset, Genealogi cognomen haesit, teste Suida s. v. *Σιμωνίδης*. En stirpem gentis Simonideae:



II. Simonidem adolescentulum in sacris Baccho, cujus gratiis postea summa cum laude esset operaturus, ab civibus Iulietis celebrandis occupatum monstrat Chamaeleon Heracleota Athen. X, p. 456, C. *Οἱ δέ φασιν ἐν Ἰουλίδι τὸν τῷ Διονύσῳ θυόμενον βοῦν ὑπό τινος τῶν νεανίσκων παίεσθαι πελέκει. πλησίον δὲ τῆς ἑορτῆς οὔσης εἰς χαλκεῖον δοθῆναι τὸν πέλεκυν. τὸν οὖν Σιμωνίδην ἔτι νέον ὄντα βαδίσαι πρὸς τὸν χαλκέα κομιούμενον αὐτόν* et quae sunt reliqua. Quamvis autem ex hac narratione non liquide appareat, utrum casu securim a fabro ferrario repetitum ierit poeta, an familia ejus in celebrandis festis Bacchicis munera sacra

obierit publica auctoritate, hanc tamen sententiam considerata universae antiquitatis ratio prae altera opinione insigniter commendat: velut apud Athenienses gens sacra Butyporum seu Thaulonidarum hereditario jure bovem ad aram Jovis Poliei securi percutiebant. Bacchylidem nepotem Bacchicis sacris conjunctum vel appellatio praedicat.

Ut Iulide Bacchus, ita apud Carthaeenses colebatur Apollo (quem summo honore et apud reliquos Ceos habitum novimus, Mueller. Dorr. I, p. 363.) et Aristaei cognomine, quem vetustissimis Cei insulae colonis Locrensibus vindicat Boeckhius, et Pythius, quem ab Atheniensibus colonis ad illum adjunctum fuisse consentaneum est. Cui deo choros in festo Pythiorum actos docet Nicander Colophonius apud Antonin. Liber. 1. *Κτήσυλλα ἐγένετο Κεία τὸ γένος ἐξ Ἰουλίδος, Ἀλκιδάμαντος θυγάτηρ. ταύτην ἰδὼν Ἑρμοχάρης Ἀθηναῖος χορεύουσαν Πυθίοις παρὰ τὸν βωμὸν τοῦ Ἀπόλλωνος ἐν Καρθαίᾳ, ἐπεθύμησεν αὐτῆς.* Cujusmodi choros Apollini agendos instituentem videmus Simonidem apud Chamaeleontem Ath. X, p. 456, E. *Λέγεται ἐν τῇ Καρθαίᾳ διατρίβοντα αὐτὸν διδάσκειν τοὺς χορούς. εἶναι δὲ τὸ χορηγεῖον ἄνω πρὸς Ἀπόλλωνος ἱερῷ οὐ μακρὰν τῆς θαλάσσης.* De quo *χορηγείῳ* uberius disseruit Broendstedius Itinerum in Graec. T. I. Appendice VIII, qui ante vocem *μακρὰν* negationem inserendam ex situ locorum docuit. Cui instituto Ceae poesis lyricae initia et celebritatem deberi, perspexit Boeckhius in Censura operis Broendstediani, quae legitur in Annalibus Litter. Berolin. 1827, I. p. 28 sqq.; disputationem confirmavit in Corp. Inscrr. II, p. 290. Primum illud pro explorato habendum est, artem poeticam apud Graecos cum

sacris deorum artissimis vinculis ligatam ad igniculos poeticos natura ingenitos fovendos et frequenti exercitatione eliciendos non mediocre habuisse momentum. Ita domesticis sacris instigabantur poetae poetriaeque Lesbii; Cereris sacris addictum novimus Lasum Hermionensem, suspicamur Cydiam itidem Hermionensem; Apollineae religioni dediti poetae Siculi Stesichorus et Ibycus; Ceorum denique poetarum familias jure hereditario res musicas in festis Apollinis Pythii administrasse, non dubiis indiciis tenetur. Simonides Musicus, quem cum Archilocho ad Olymp. XXIX. memorat Eusebius, cum Hipponacte Cyrillus adv. Julian. p. 12, C. et cui Plinius Hist. Nat. VII, 56. heptachordi inventionem adscribit, utrum huc pertineat an secus, inexploratum est. Sed ad illam disciplinam respexisse Pindarum *τὸν πολλὰ εἰδότα φυᾷ*, quum Simonidem et Bacchylidem *τοὺς μαθόντας* carpit, non absonum videtur statuere. Illud tamen sedulo cavendum est, ne quis imaginem hominum ad poesin invitis Musis factitandam compulsorum animo sibi informet.

Sed harum rerum rationes altius repetendae. Locri Epizephyrii rerum musicarum haud vulgari studio et ardore fuerunt conspicui, Pind. Olymp. XI. cum Intpp. Quam quidem laudem cum reliquis civitatis institutis a parentibus vel Opuntiis vel Ozolis traditam acceperint: Hesiodus autem Locrensis fuit poeta, quocum Stesichori Himerensis artem conjunctam fuisse edocuit Welckerus. Vetustissimi autem Cei insulae coloni Locrenses fuerunt Ozolae. Unde illud valde memorabile videtur, quod Plato Comicus Bacchylidis cujusdam meminit tibicinis Opuntii, v. Scholl. Arist. Nubb. 330. et Suid. v. *Σοφιστής*. *Πλάτων ὁ κωμικὸς ἐν δράμασι Σοφισταῖς καὶ τὸν Ὀπούντιον*

αὐλητὴν Βακχυλίδην εἰς τοὔνομα κατέταξε τῶν σοφιστῶν. Quibus reputatis non improbabile fit, Opuntii istius et Cei familias Bacchylidarum cognatione quadam fuisse constrictas easdemque et apud Opuntios patres et apud colonos Ceos cum sacris publicis conjunctas. Nam jus in sacris artes musicas exercendi fuisse interdum hereditarium certum est, ut Pindarum ejusque familiam in festis quibusdam Boeotorum hereditate accepto munere sacro functum scimus. Cei autem non sola sacrorum communione cum Locrensibus tenebantur, sed nec aliis in rebus studia parentum ab filiis abalienata fuisse inde colligitur, quod Locrenses Opuntii in pugna Artemisia navibus auxiliabantur Ceis, teste Herodoto VIII, 1. Quid, quod priscam Locrorum cum Ceis necessitudinem posteris temporibus transisse in Aetolos et Naupactios, — Naupacto autem Ceus heros Locros in insulam ipsius in honorem appellatam duxisse ferebatur, filius Apollinis et Nymphae Rhodoessae —, evincunt tituli apud Boeckhium Corp. Inscrr. nr. 2350. 2351.

III. Vixit Simonides Athenis cum Hipparcho tyranno Olymp. LXIII, 2. tyrannidem adepto. Qui uti Anacreontem Teo, ita Ceum poetam patria insula ad se invitasse videtur, quem Hieronymi Chronicum jam Olymp. LX. cum Phocylide et Xenophane clarum habitum annotavit. Hipparchus poetam, quem a latere suo discedere nollet, magnificis muneribus pascebat, ut ait Plato Hipparch. p. 228, C. *Σιμωνίδην τὸν Κεῖον περὶ αὑτὸν ἀεὶ εἶχε, μεγάλοις μισθοῖς καὶ δώροις πείθων· ταῦτα δὲ ἐποίει βουλόμενος πείθειν τοὺς πολίτας, ἵνα ὡς βελτίστων αὐτῶν ὄντων ἄρχῃ, οὐκ οἰόμενος δεῖν οὐδενὶ σοφίας φθονεῖν ἅτε ὢν καλός τε καὶ ἀγαθός:* unde profecit Aelianus Varr. Hist. VIII, 2. Hipparcho Olymp. LXVI, 3.

interempto utrum apud Hippiam fratrem Athenis remanserit, an abierit peregre, ignoramus. Quanquam ab Hippia animum poetae non fuisse alienum declarare videtur Epigr. CLXX, ubi Hippiam vocat *ἄνδρα ἀριστεύσαντα ἐν Ἑλλάδι τῶν ἐφ' ἑαυτοῦ*: nisi forte tempus et regina pecunia domuerat. Sed Hippia Olymp. LXVII, 3. patria pulso quum Aristogitoni et Harmodio, Hipparchi percussoribus, statuae collocarentur aheneae, quas ab Antenore factas postea Xerxes secum abstulit, v. Pausan. I, 8, 5., omnem pristinae benevolentiae et caritatis memoriam poeta deposuerat, v. Epigr. CLXXXV.

Versabatur eodem tempore Athenis Lasus Hermionensis, cujus suasu hortatuque Hipparchus Onomacritum, Musaei vaticiniorum nefarium interpolatorem, urbe ejecit, teste Herod. VII, 6. Cum Laso igitur inimicitias exercuisse videtur Simonides, vellicatus ab isto apud Aristophanem Vespp. 1410.

Λᾶσός ποτ' ἀντεδίδασκε καὶ Σιμωνίδης.
Ἔπειθ' ὁ Λᾶσος εἶπεν· Ὀλίγον μοι μέλει.

Ubi Scholiasta: *τὸν Λᾶσον καὶ Σιμωνίδην ὡς ἀντιτεχνοῦντας ἀλλήλοις ὁ ποιητὴς εἰςάγει.* Aemulationis caussas aperiunt quae de Laso addunt Scholia: *ὁ Λᾶσος πρῶτος περὶ μουσικῆς λόγον ἔγραψε καὶ διθύραμβον εἰς ἀγῶνα εἰςήγαγε καὶ τοὺς ἐριστικοὺς εἰσηγήσατο λόγους.* Gloriae autem suae obtrectatores Simonides aequo animo ferre non sustinebat.

Eo tempore, quod intercessit inter necem Hipparchi et bella Persica — nam quando naufragio isto, de quo dixerat Fr. Hymn. XXXVIII. usus fuerit et quas in terras fuerit ejectus obscurum est —, Aleuadarum et Scopadarum, Thessaliae tyrannorum familiaritate usum le-

gimus Simonidem, opulentissimorum hominum. Quos quidem aeternitatem memoriae unis poetae Cei carminibus acceptam referre, Theocritus ait versibus venustissimis Idyllio XVI, 34.

Πολλοὶ ἐν Ἀντιόχοιο δόμοις καὶ ἄνακτος Ἀλεύα
Ἁρμαλιὰν ἔμμηνον ἐμετρήσαντο Πενέσται·
πολλοὶ δὲ Σκοπάδαισιν ἐλαυνόμενοι ποτὶ σακὸν
μόσχοι σὺν κερααῖσιν ἐμυκάσαντο βόεσσιν,
μυρία δ' ἀμπεδίον Κρανώνιον ἐνδιάασκον
ποιμένες ἔκκριτα μᾶλα φιλοξείνοισι Κρεώνδαις.
Ἀλλ' οὔ σφιν τῶν ἦδος, ἐπεὶ γλυκὺν ἐξεκένωσαν
θυμὸν ἐς εὐρεῖαν σχεδίαν στυγνοῦ Ἀχέροντος,
ἄμναστοι δὲ τὰ πολλὰ καὶ ὄλβια τῆνα λιπόντες
δειλοῖς ἐν νεκύεσσι μακροὺς αἰῶνας ἔκειντο,
εἰ μὴ δεινὸς ἀοιδὸς ὁ Κήϊος αἰόλα φωνέων
βάρβιτον ἐς πολύχορδον, ἐν ἀνδράσι θῆκ' ὀνομαστοὺς
ὁπλοτέροις· τιμᾶς δὲ καὶ ὠκέες ἔλλαχον ἵπποι,
οἵ σφισιν ἐξ ἱερῶν στεφανηφόροι ἦνθον ἀγώνων.

Ex carminibus Epiniciis et Threnis, quae Scholiasta teste nobilissimis Thessalorum dominis scripsit, supersunt fragmenta Epinic. XII. in Scopam, filium Creontis: XIII. Threnor. Fr. XLVI, in communem Scopadarum interitum; fr. XLVIII. in Antiochum Aleuadam; cll. fr. L. Adde Epigrr. CLXXXV. CCXXVII. Poetam non ita Thessalorum animos carminibus suis deleniisse, rudium hominum, ut reliquos deleniebat omnes, apparebit comparanti Plutarch. Aud. Poet. p. 15, C. *Σιμωνίδης μὲν ἀπεκρίνατο πρὸς τὸν εἰπόντα· Τί δὴ μόνους οὐκ ἐξαπατᾷς Θετταλούς; Ἀμαθέστεροι γάρ εἰσιν, ἢ ὡς ὑπ' ἐμοῦ ἐξαπατᾶσθαι.* Aleuadasque non ea qua par fuerat mercede remuneratos Simonidem, Sozomenus scribit Hist.

Eccles. p. 4, 12. Cantabr., Theodosio Imperatori blanditus. Neque vero poetae ipsi Creontis ille filius Scopas ita probari potuit, ut non laudes ipsi tribuendas haud vulgari temperamento miscendas putaret.

Apud Thessalos artem memoriae, de qua exposuimus in Epigr. CCIV.; invenisse fertur singulari quodam casu admonitus. Refert Cicero secutus Callimachum Orat. II, 86, 351. »Dicunt quum coenaret Cranone in Thessalia Simonides apud Scopam, fortunatum hominem et nobilem, cecinissetque id carmen quod in eum scripsisset, in quo multa ornandi caussa poetarum more in Castorem scripta et Pollucem fuissent, nimis illum sordide dixisse, se dimidium ejus ei quod pactus esset, pro illo carmine daturum, reliquum a suis Tyndaridis, quos aeque laudasset, peteret, si ei videretur. Paullo post esse ferunt nuntiatum Simonidi, ut prodiret: juvenes stare ad januam duos quosdam, qui eum magnopere evocarent: surrexisse illum, prodisse, vidisse neminem. Hoc interim spatio conclave illud, ubi epularetur Scopas, concidisse: ea ruina ipsum oppressum cum suis interiisse.« Hinc sua hausit Valerius Maximus I, 8. Neque multum discrepat Quinctilianus Instit. Orat. XI, 2, 11. »Artem memoriae primus ostendisse dicitur Simonides: cujus vulgata fabula est, quum pugili coronato carmen, quale componi victoribus solet, mercede pacta scripsisset, abnegatam ei pecuniae partem, quod more poetis frequentissimo digressus in laudes Castoris et Pollucis exierat. Quapropter partem ab iis petere, quorum facta celebrasset, jubebatur. Et persolverunt, ut traditum est. Nam quum esset grande convivium in honorem ejusdem victoriae atque adhibitus ei coenae Simonides, nuntio est excitus, quod eum duo juvenes equis advecti desiderare

majorem in modum dicebantur. Et illos quidem non invenit, fuisse tamen gratos erga se deos exitu comperit. Nam vix eo limen egresso triclinium illud supra convivas corruit atque ita confudit, ut non ora modo oppressorum, sed membra etiam omnes requirentes ad sepulturam propinqui nulla nota possent discernere. Tum Simonides dicitur memor ordine quo quisque discubuerat corpora suis reddidisse. Est autem magna inter auctores dissensio, Glaucone Carystio, an Leocrati, an Agatharcho, an Scopae scriptum sit id carmen; et Pharsali fuerit haec domus, ut ipse quodam loco significare Simonides videtur atque Apollodorus et Eratosthenes et Euphorion et Larissaeus Eurypylus tradiderunt, an Cranone, ut Apollas Callimachusque (ita vulgatam Apollas Callimachus correximus), quem secutus Cicero hanc famam latius fudit. Scopam nobilem Thessalum periisse in eo convivio constat, adjicitur sororis filius; putant et ortos plerosque ab alio Scopa, qui major aetate fuerit. Quanquam mihi totum de Tyndaridis fabulosum videtur: neque omnino hujus rei meminit usquam poeta ipse profecto non taciturus de tanta sua gloria.«

Superest hodie Callimachius ille locus, quo ipsum loquentem inducit suavem poetam; quem apud Suidam s. v. *Σιμωνίδης* misere affectum persanavit Bentlejus (Fr. LXXI.) in hunc modum:

Οὐδ' ὑμέας, Πολύδευκες, ὑπέτρεσεν, οἵ με μελάθρου
μέλλοντος πίπτειν ἐκτὸς ἔθεσθέ ποτε
δαιτυμόνων ἄπο μοῦνον, ὅτε Κρανώνιος, αἶ αἴ,
ὤλισθεν μεγάλους οἶκος ἐπὶ Σκοπάδας.

Neque vero alio spectat Aristides Orat. Sacr. IV, p. 584. Canter. *Καὶ ὁ μισθὸς τοῦ ᾄσματος, ὥσπερ τῷ Σιμωνίδῃ*

παρὰ τῶν Διοςκούρων φασὶ γενέσθαι τὸ σωθῆναι μόνον, ἀνθ' ὧν εἰς αὐτοὺς ἐποίησε, πλὴν ὅσον ἡμεῖς γε οὐ μόνοι τότε, ἀλλὰ καὶ οἱ φίλοι διεσώθησαν μεθ' ἡμῶν. More suo fabulam exornavit deformavitque Phaedrus Fabb. IV. 24., respicit Ovidius Ib. 513 diras imprecatus adversario:

> Lapsuramque domum subeas, ut sanguis Aleuae,
> Stella Leoprepidae quum fuit aequa viro.

Primum id dubitari non licet, quin in comissatione illa plerique ex gente Scopadarum aedium ruina oppressi perierint, siquidem ipse poeta τὴν τῶν Σκοπαδῶν ἀθρόαν ἀπώλειαν threno luxerat, teste Phavorino apud Stobaeum Sermm. CV, 62. cll. Threnor. Fr. XLVI. In eo ipso carmine, opinor, poeta Quinctiliano ejusque auctoribus significare videbatur, Pharsali celebratum convivium. Quam quidem sententiam seduli illi antiquarum rerum scrutatores Apollodorus (in Chronicis) et Eratosthenes (p. 221. Bernhardy) et Euphorion (ἐν τῷ περὶ τῶν Ἀλευαδῶν, Meineke p. 81.) et Larissaeus Eurypylus, quem ad ipsam Aleuadarum gentem magna cum probabilitate referunt, sunt amplexi: Cranonem Apollas (de quo scriptore dixit Boeckh. praef. Scholl. Pind. p. XXI.) et Callimachus substituerunt, primariam Scopadarum sedem esse recordati: Pharsali, quae urbs et ipsa dicionis privatae Scopadarum, comissatio celebrata videtur. Illi igitur scriptores ut in Thessalia rem accidisse consentiunt, ita Scopam carmine laudatum fuisse conspirant. Contra eae sententiae, quae vel Glauco Carystio vel Leocrati vel Agatharcho denique cuidam carmen scriptum praedicabant, longo post tempore et a levioribus quidem auctoribus agitatae videntur. Nam quum

vulgata fabula esset, poetam interitum vitasse ope Dioscurorum, quos in ipso illo carmine praeconio suo ornasset, nihil isti circumspexerunt aliud, nisi quibus in carminibus Simonidis mentio facta esset Dioscurorum. Carminis in Glaucum particulam lege Fr. Epinic. XX.

Quae autem in fine adjicit Quinctilianus, sibi totum de Tyndaridis fabulosum videri neque omnino ejus rei meminisse usquam poetam ipsum, non taciturum de tanta sua gloria, ea haud admodum peritum fabularum praestant interpretem. Nam quum aliquo tandem modo exisset Simonides ex conclavi, quae res statim explanabitur quomodo habuerit, quo in conclavi Scopae victoriam carmine in Dioscurorum laudes effuso concelebrasset et quum aedes subita ruina essent collapsae, ipse autem servatus unus: quid quaeris, homines Graeci populari et nativa quadam religione miram desideratissimi vatis et Diis cari servationem repetebant ab divis fratribus, quos scirent illo carmine laudatos:

Omnes scierunt Numinum praesentiam
Vati dedisse vitam mercedis loco.

Ita Arionem servant delphines, Ibyci necem grues vindicant: Dis hominibusque et ipsis animalibus cura poetae. Valde autem suspicamur, sordidam illam vocem Scopae affictam ab istis incuriosis rerum veritatis homuncionibus, qui — *τῶν Ἑλλήνων οἱ σφόδρα περιττοὶ* Plut. Comp. Thes. et Romul. VI. — de rebus inventis (*περὶ εὑρημάτων*) inani sedulitate conficiebant libellos: qui qualis farinae fuerint libelli quum alia demonstrant haud pauca, tum qua via Simonidem artis memoriae repertorem exstitisse fabulantur. Ab istis viris egregiis tota res in historiolae est formam redacta. Etenim post

tam exquisitam contumeliam Scopadarum interitum vix fuerat plancturus Simonides, v. Fr. Threnor. XLVI.

Erat autem Creontis ille filius homo ab animi mansuetudine remotissimus, propensus in crudelitatem: v. Epinic. Fr. XII. Veri igitur non absimile nobis videtur, ipsum illud carmen, cujus reliquiae Scopam nescio quid eo tempore in Thessalos crudelius commisisse docent, cantatum esse in nobili ista comissatione. Thessali autem supplicium sumpturi de tyranno, cujus impotentem dominationem perosi videntur, aedes forsitan ad convivium illud agendum exstructas subruisse, Scopae ejusque familiae, quae nec aliis temporibus invidia vacabat Thessalorum, attulisse necem, poetam autem dulcissimum evocasse et a turpi exitio segregavisse videntur unum. Qua in sententia egregie nos confirmavit Phanias Eresius apud Athen. X, p. 438, E. *Φανίας ὁ Ἐρέσιος ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Τυράννων ἀναίρεσις ἐκ τιμωρίας Σκόπαν φησὶ τὸν Κρέοντος μὲν υἱὸν, Σκόπα δὲ τοῦ παλαιοῦ υἱϊδοῦν φιλοποτοῦντα διατελέσαι καὶ τὴν ἐπάνοδον τὴν ἀπὸ τῶν συμποσίων ποιεῖσθαι ἐπὶ θρόνου καθήμενον καὶ ὑπὸ τεσσάρων βασταζόμενον οὕτως οἴκαδε ἀπιέναι*, ut hoc modo scrupulus eximatur Buttmanno Mythol. II, p. 268. — Ceterum consimili fortuna usum Theramenem scribit Plutarch. Consol. Apollon. p. 105, B. *Θηραμένης ὁ γενόμενος Ἀθήνησι τῶν τριάκοντα τυράννων συμπεσούσης τῆς οἰκίας, ἐν ᾗ μετὰ πλειόνων ἐδείπνει, μόνος ἐσώθη.* Simonideam autem fabellam Pindaro affinxit Solin. Polyh. 1.

Superest ut castigemus errorem Quinctiliano communem cum Phaedro. Cernitur is in verbis statim ab initio positis, quibus id carmen *pugili coronato* scriptum fuisse perhibetur: unde Phaedrus Dioscuros *pulvere*

sparsos, sudore multo diffluentes corpora apparuisse dicit. Hoc inde manavit, quod Grammatici quidam post aetatem Alexandrinorum de sola Dioscurorum memoria, quo carmen illud cujus fama percrebuisset agnoscerent, argumentum duxerunt: pugilatu autem Glaucus vicit et Leocrates: Agatharchum licet credere. Scopas autem, fortunatus homo et is tyrannus, detrectavit hercules in alia descendere certamina, nisi quae quadrigis rhedisve mularibus instituerentur: reliqua enim sua persona indigna aestimabant istius condicionis homines. Unde poeta Syracusanus Thessalorum equos Simonidis carminibus nobilitatos canit:

τιμᾶς δὲ καὶ ὠκέες ἔλλαχον ἵπποι,
οἵ σφισιν ἐξ ἱερῶν στεφανηφόροι ἦνθον ἀγώνων.

Nobilissimi equi Thessalorum; Aleuadae ἱππικώτατοι Satyro apud Ath. XII, p. 534, B. Hinc *equis advecti* Tyndaridae poetam suum ruinae subtracturi. Neque illud vilipenderimus, quod Pollux pariter atque Castor laudibus ornati dicuntur uterque: πὺξ ἀγαθὸς unus Pollux: ambo ταχέων ἐπιβήτορες ἵππων, πώλων ὠκέων δματῆρες, ἱππότα σοφώ.

Poetam autem iter illud ante Persarum irruptionem suscepisse, hoc licet argumento demonstrare. Herodotus enim VII, 6. solos Aleuadas Persarum studio deditos memorat, Scopadas non item; quippe qui aedium ruina exstincti essent. Neque poeta patriae amore flagrans illo tempore operam suam tyrannis istis fuerat locaturus. Reversus igitur Athenas et alia circumvolitabat thyma et admirabiles victorias popularium suorum vel carminibus studuit vel Epigrammatis ad omnem posteritatem propagare.

IV. Miltiadi Epigramma scripsit CLXXXVIII. in statuam Panis post Marathoniam victoriam dedicatam. Anno autem post archonte Aristide Olymp. LXXII, 4. quum Athenienses praemio proposito poetas ad Elegiam in eos, qui in agro Marathonio occubuissent, faciundam publica auctoritate provocassent, Aeschylum suavitate sua vicit Simonides, cfr. Elegiarum Fr. LVIII. cll. Epigr. CXLIX. Decem fere annis post quum Xerxes Graeciam infestasset, praeter alia Leonidae Spartiatarumque in Thermopylis facinora insigniter concelebravit, ad Epigrammata ipsorum tumulis inscribenda ab Amphictyonibus conductus; Megistiae hospitis, eximii vatis, tumulum de suo exornavit, v. Epigrr. CL — CLV. Encomium in *τοὺς ἐν Θερμοπύλαις θανόντας* v. Fr. IX. Deinde navales pugnas Artemisiam et Salaminiam summosque Graecorum duces in caelum extulit, v. Fr. carmm. II — VIII., Epigrr. CLVII — CLX. et CXC — CXCIV. Ipso Themistocle familiarissime utebatur: *αἰεὶ γὰρ τὸν ὅμοιον ἄγει θεὸς ὡς τὸν ὅμοιον*: a quo minus justa exigens aliquando lepido responso ad officium revocatus est: Plutarch. Themistocl. V. cll. Praeceptt. Polit. p. 807, A. et Regum Apophthegm. p. 185, C. *Κριτὴν ἀσφαλῆ περὶ τὰ συμβόλαια παρεῖχεν ἑαυτὸν, ὥστε που καὶ πρὸς Σιμωνίδην τὸν Κεῖον εἰπεῖν αἰτούμενόν τι τῶν οὐ μετρίων παρ' αὐτοῦ στρατηγοῦντος, ὡς οὔτ' ἐκεῖνος ἂν ἐγένετο ποιητὴς ἀγαθὸς ᾄδων παρὰ μέλος, οὔτ' αὐτὸς ἀστεῖος ἄρχων παρὰ νόμον χαριζόμενος.* Idem quum ei Simonides an quis alius artem memoriae polliceretur, Oblivionis, inquit, mallem, teste Cicerone de Finn. II, 32, 104. Aliud specimen infra adscripsimus, ubi de Corinthiorum cum Simonide necessitudine agimus. Themistocli communis

2

Lycomidarum sacelli post vastatam Atticam instauratori epigramma scripserat, v. Epigr. CXCVII.

Flagrantissimo odio Themistoclem atque Simonidem persequebatur Timocreon Rhodius poeta, de quo disputavit Boeckhius Indice lectt. Berolin. semestr. aestiv. 1833: Diogenes Laertius II, 25, 46. *Σιμωνίδῃ ἐφιλονείκει Τιμοκρέων.* Apertius Suidas s. v. *Τιμοκρέων, Ῥόδιος κωμικὸς καὶ αὐτὸς τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας· διεφέρετο δὲ πρὸς Σιμωνίδην τὸν τῶν μελῶν ποιητὴν καὶ Θεμιστοκλέα τὸν Ἀθηναῖον, εἰς ὃν ἐξύφανε ψόγον δι' ἐμμελοῦς τινος ποιήματος. — Ἔγραψε κωμῳδίαν εἴς τε τὸν αὐτὸν Θεμιστοκλέα καὶ εἰς Σιμωνίδην τὸν μελοποιὸν καὶ ἄλλα.* Caussae discidii Timocreontem inter et Themistoclem duce Plutarcho Them. XXI. in clara luce ponuntur. Nam qui alios patria profugos muneribus corruptus reduxisset, Timocreontem et hospitem et amicum ob Medorum studium fugatum non passus erat Rhodum reverti, licet tria talenta argenti accepisset. Post autem quum Themistocles et ipse eandem ob caussam ad Persas confugisset, Timocreon atram bilem in perfidum hominem evomuit. Simonideae autem litis quae peculiaris exstiterit origo ut obscurum sit, poeta Ceus eum odisse debebat, qui tam abjecto fuisset animo atque vesano, ut, qui Graecus esset natione, Persarum regis Graecis infestissimi partibus favere ejusque aulam adire sibi non dedecori duceret, cfr. Thrasymachus Chalcedonius apud Athen. X, p. 416, A. Et poeta Ceus fortasse criminationes ab Timocreonte in Themistoclem suum collatas in ipsum auctorem retorquebat, patronum sospitaturus. Exstat Epigramma Simonidis CLXXXVI. in vivum Timocreontem jocular iter compositum; ejusdem versiculum epi-

cum risit Epigr. CCXXIX., ad quem jocum ille respondit par pari rependens.

Post pugnam Plataeensem Olymp. LXXV, 2. pugnatam, quam elegiaco carmine praedicavit, v. Eleg. Fr. LIX., cll. Epigr. CXCIX., Pausaniae floruit hospitio, cui multa ab ipso facete dicta celebravit antiquitas. Plato Epp. II. *Περὶ Ἱέρωνος ὅταν διαλέγωνται οἱ ἄνθρωποι καὶ Παυσανίου τοῦ Λακεδαιμονίου, χαίρουσι τὴν Σιμωνίδου ξυνουσίαν παραφέροντες, ἅ τε ἔπραξε καὶ εἶπε πρὸς αὐτούς.* Cujusmodi sermonis memoriam servavit Plutarchus Consol. ad Apoll. p. 105, A. *Σιμωνίδης ὁ τῶν μελῶν ποιητὴς Παυσανίου τοῦ βασιλέως τῶν Λακεδαιμονίων μεγαλαυχουμένου συνεχῶς ἐπὶ ταῖς αὐτοῦ πράξεσι καὶ κελεύοντος ἀπαγγεῖλαί τι αὐτῷ σοφὸν μετὰ χλευασμοῦ, συνεὶς αὐτοῦ τὴν ὑπερηφανίαν, συνεβούλευε μεμνῆσθαι ὅτι ἄνθρωπος ἐστί.* Pertexit Aelianus V. H. IX, 41. *Τοῦτο παραχρῆμα μὲν ἐξεφαύλισε Παυσανίας καὶ παρ' οὐδὲν ἔθετο, ὑποτυφόμενος ἤδη εἰς τὸν τοῦ μηδίζειν ἔρωτα καὶ μεγαλοφρονῶν ἐπὶ τῇ πρὸς βασιλέα ξενίᾳ, ἴσως δὲ καὶ ὑπὸ τοῦ οἴνου παραφερόμενος. Ἐπεὶ δὲ ἦν πρὸς τῇ Χαλκιοίκῳ καὶ διεπάλαιε τῷ λιμῷ καὶ ἔμελλεν ἀποθνήσκειν ἀνθρώπων ἀλγεινότατα, ἀλλὰ τηνικαῦτα ἐμνήσθη τοῦ Σιμωνίδου καὶ ἐξεβόησεν εἰς τρίς· Ὦ ξένε Κεῖε, μέγα τι ἄρα χρῆμα ἦν ὁ λόγος σου, ἐγὼ δὲ ὑπ' ἀνοίας οὐδὲν αὐτὸν ᾤμην εἶναι.* En gemellum Croesum, en Solonem! — Eidem gloriabundo Epigramma confecit nobilissimum CXCVIII.

V. Simonides postquam anno Olympiadis LXXV, 3/4. octoginta natus annos Adimanto Athenis archonte choro cyclico vicisset, quae ipsi palma quinquagesima sexta cessit, in cuius memoriam scriptum superest Epigramma CCIII. cll. CCIV., invitatus ab Hierone tyranno

Syracusas se contulit ibique ad Olympiadis LXXVIII. annum primum, qui vitae ultimus fuit, vixit. Et si audiamus Libanium, accurate narrando fidem facientem, Magnam Graeciam invisebat eo tempore, quo in Siciliam erat profecturus. Nam ille T. IV, p. 1101. Rsk. in itinere ad Tarentum, ubi navem esset conscensurus, quum repperisset mortuum eumque humasset, ab eodem per somnum monitum scribit, ne navigaret: obtemperasse illum, reliquos nave percussa interiisse, v. ad Epigrr. CLXXXIII. IV. Namque Hiero diuturna aegrotatione pristinam morum ferocitatem exuerat optimarumque artium illecebris mirifice captus viros in omni sapientia principes ad se vocabat, Simonidem, Pindarum, Bacchylidem, Aeschylum, alios, v. Aelian. V. H. IV, 15. Simonidem munificentia tyranni allectum vel gravem annis Syracusas adire non detrectasse Aelianus tradit V. H. IX, 1. aliique. Neque ipse dissimulabat, pretio sermones suos ab illo redemptos, Synes. Epp. 88.; tamen plus profuisse Hieroni Simonidem, quam contra, veterum scriptorum una est et consentiens vox, quippe quibus sapientia majoris erat quam opes, v. Aelian. V. H. XII, 25. et Synes. l. c. et alii. Simonides autem ante Pindarum regis precibus cesserat, si quidem fides Apophthegmati Pindari, quod ex codice Boeckhius protraxit Scholl. Pind. p. 10. *Ἐρωτηθεὶς* (Pindarus), *διὰ τί Σιμωνίδης πρὸς τὸν τύραννον ἀπεδήμησεν εἰς Σικελίαν, αὐτὸς δὲ οὐ θέλει; Ὅτι βούλομαι, εἶπεν, ἐμαυτῷ ζῆν, οὐκ ἄλλῳ*: quae non ex animo dicta eventus docuit. Simonides statim ut advenerat pacem conciliavit inter Theronem Agrigentinum et Hieronem ejusque amicos, ut Hiero adeo sororem Theronis duceret, v. Scholl. Pind. Olymp. II, 29. Tyrannus autem tam largiter victum submini-

strabat poetae, is ut maximam partem venderet, quas ei sordes exprobrat Chamaeleon apud Athen. XIV, p. 656, D. *Ὄντως ἦν ὡς ἀληθῶς κίμβιξ ὁ Σιμωνίδης καὶ αἰσχροκερδής, ὡς Χαμαιλέων φησίν· ἐν Συρακούσαις γοῦν τοῦ Ἱέρωνος ἀποστέλλοντος αὐτῷ τὰ καθ' ἡμέραν λαμπρῶς, πωλῶν τὰ πλείω ὁ Σιμωνίδης μικρὸν μέρος ἀνετίθετο· ἐρομένου δέ τινος τὴν αἰτίαν »Ὅπως, εἶπεν, ἥ τε Ἱέρωνος μεγαλοπρέπεια καταφανὴς ᾖ καὶ ἡ ἐμὴ κοσμιότης.«* En nunquam haesitantem! Poeta autem ut exhilarabat Hieronem carminibus, ex quibus superesse conjecimus Fr. inc. CXVII., et facete dictis delectabat, ita erudiebat sermonibus suis. Quales sermones antiquitas jactavit non paucos; nam, ut est apud Platonem Epist. II., *Περὶ Ἱέρωνος ὅταν διαλέγωνται οἱ ἄνθρωποι καὶ Παυσανίου τοῦ Λακεδαιμονίου, χαίρουσι τὴν Σιμωνίδου ξυνουσίαν παραφέροντες ἅ τε ἔπραξε καὶ εἶπε πρὸς αὐτούς.* Omnino tyrannus ex omnibus illis qui *ἔπαιξον φίλαν ἄνδρες ἀμφὶ θαμὰ τράπεζαν*, uno Simonide maxime videtur delectatus, homine in omni genere disputationis insigniter volutato. Superest dialogus Xenophontis Atheniensis, quem ille fingit Hieronem inter et Simonidem habitum de vitiis et virtutibus tyrannidis: qui non dubium esse potest quin rationem habuerit eorum, quae de sermonibus inter utrumque consertis hominum ore circumferrentur.

Quae disputationes quibus in argumentis versatae sint, et ex Xenophonteo libello et ex iis licebit suspicari, quae sunt apud Ciceronem de Natura Deor. I, 22. »Roges me, quid aut quale sit deus; auctore utar Simonide: de quo quum quaesivisset hoc idem tyrannus Hiero, deliberandi sibi unum diem postulavit. Quum idem ex eo postridie quaereret, biduum petivit. Quum saepius duplicaret numerum dierum admiransque Hiero requireret,

cur ita faceret: »Quia quanto, inquit, diutius considero, tanto mihi res videtur obscurior. Sed Simonidem arbitror, — non enim poeta solum suavis, verum etiam cetera quam doctus sapiensque traditur —, quia multa venirent in mentem acuta atque subtilia, dubitantem, quid eorum esset verissimum, desperasse omnem veritatem.« Idem fere de Thalete Milesio et Croeso refert Tertullianus Apol. 46. et ad Nationes II, 2., versibus eandem sententiam declaravit Jophon Bacchis fabula apud Stobaeum Eclogg. phys. II, 1, 9.

Ἐπίσταμαι δὲ καὶ τόδ᾽, οὖσά περ γυνή,
ὡς μᾶλλον ὅστις εἰδέναι τὰ τῶν θεῶν
ζητεῖ, τοσούτῳ μᾶλλον ἧσσον εἴσεται.

Neque minus familiariter uxore tyranni, quam ipse Hieroni conciliasset, videtur usus. Ex responsis ipsi datis est illud, quo opulentos sapientibus beatiores praedicavit apud Aristotelem Rhet. II, 16. *Ὅθεν καὶ τὸ Σιμωνίδου εἴρηται περὶ τῶν σοφῶν καὶ πλουσίων πρὸς τὴν γυναῖκα τὴν Ἱέρωνος ἐρομένην, πότερον γενέσθαι κρεῖττον πλούσιον ἢ σοφόν; Πλούσιον, εἰπεῖν· τοὺς γὰρ σοφοὺς ὁρᾶν ἐπὶ ταῖς τῶν πλουσίων θύραις ἔφη διατρίβοντας*: seipsum urbane traducens, eximie suppalpatus mulierculae. Eadem similiter referunt Stobaeus Sermm. XCI, 31., S. Maximus Confessor II, p. 572. Combefis. neque aliorsum digitum intendit Plato Rei Publ. VI, p. 489, B. *Οὐ γὰρ ἔχει φύσιν κυβερνήτην ναυτῶν δεῖσθαι ἄρχεσθαι ὑφ᾽ αὑτοῦ οὐδὲ τοὺς σοφοὺς ἐπὶ ταῖς τῶν πλουσίων θύραις ἰέναι, ἀλλ᾽ ὁ τοῦτο κομψευσάμενος ἐψεύσατο.* Quae quidem Scholia inter Eubulum atque Socratem disputata fingunt, quibus fidem detrahendam perspexit Groen van Prinsterer Prosopograph. Platon. p. 17.

Poeta autem non ita se Musamque suam tyranno mancipaverat, ut non popularium suorum victorias Epigrammatis honestare pergeret. Ita Epigrr. CLXI. CLXV. VI. et CCIX. in Sicilia scripta esse ratio temporum indicio est.

Discessit Simonides octoginta novem natus annos Syracusis, Olympiade LXXVIII, 1. Refertur ab Cicerone Cat. M. VII, 23. in eos poetas, quos non coegerit in suis studiis obmutescere senectus, quod confirmatur Fr. Hyporch. XLV., Epigr. CCIV. autem memoriae in octogenario incredibilem vim jactat. Memorabilis locus Hieronymi Epist. 34. T. IV. p. 258. »Ad poetas venio Homerum, Hesiodum, Simonidem, Stesichorum, qui grandes natu cycneum nescio quid et solito dulcius vicina morte cecinerunt;« quam quidem fabellam ex carmine quodam poetae haustam arbitramur. Nobili sepulcro honestatus suavissimus poeta, cui hoc inscriptum fuisse Epigramma tradidit Tzetzes Chill I, 24.

Ἓξ ἐπὶ πεντήκοντα, Σιμωνίδη, ἤραο νίκας
καὶ τρίποδας· θνήσκεις δ' ἐν Σικελῷ πεδίῳ.
Κείῳ δὲ μνήμην λείπεις, Ἕλλησι δ' ἔπαινον
εὐξυνέτου ψυχῆς σῆς ἐπιγεινομένοις.

De sepulcro nefarie diruto haec narrantur apud Suidam v. *Σιμωνίδης*, quae ex Aeliani libris, quos de providentia scripserat, fluxisse suspicantur homines eruditi: *Ἀκραγαντίνων στρατηγὸς ἦν ὄνομα Φοῖνιξ. Συρακουσίοις δὲ ἐπολέμουν οὗτοι. οὐκοῦν ὅδε ὁ Φοῖνιξ διαλύει τὸν τάφον τοῦ Σιμωνίδου μάλα ἀκηδῶς τε καὶ ἀνοίκτως καὶ ἐκ τῶν λίθων τῶνδε ἀνίστησι πύργον καὶ κατὰ τοῦτο ἑάλω ἡ πόλις. ἔοικε δὲ καὶ Καλλίμαχος τούτοις ὁμολογεῖν. οἰκτίζεται γοῦν τὸ ἄθεσμον ἔργον καὶ λέγοντά γε αὐτὸν ὁ Κυρηναῖος πεποίηκε τὸν γλυκὺν ποιητήν·*

οὐδὲ τὸ γράμμα
ἠδέσθη τὸ λέγον, μ' υἷα Λεωπρεπέος
κεῖσθαι Κήϊον ἄνδρα.
Κἆτ' εἰπὼν ἄττα ἐπιλέγει·
οὐδ' ὑμέας, Πολύδευκες, ὑπέτρεσεν, οἵ με μελάθρου
μέλλοντος πίπτειν ἐκτὸς ἔθεσθέ ποτε
δαιτυμόνων ἄπο μοῦνον, ὅτε Κρανώνιος, αἶ, αἴ,
ὤλισθεν μεγάλους οἶκος ἐπὶ Σκοπάδας.

VI. Jam postquam vitam poetae ad finem perduximus, quibus fuerit moribus, qua indole animi, quaerendum erit, deinceps ad lustrandam poesin ipsam gradum facturis. Primum in eo conspirant omnes, qui de eo memorarunt, ut eum non mediocri lucri cupiditate arsisse coarguant: nimirum *κέρδει καὶ σοφία δέδεται*, Pindarus ait. Ab Ceo poeta tanquam a fonte suo repetunt pretia carminibus pacta: nam qua erat ingenuitate animi ipse minime omnium dissimulabat, sibi *χρήματα, χρήματ' ἄνδρα* esse: Schol. Pind. Isthm. II, 5. *Νῦν, φησὶ, μισθοῦ συντάττουσι τοὺς ἐπινικίους πρῶτον Σιμωνίδου προκαταρξαμένου. — ἔνθεν καὶ Καλλίμαχος·*

οὐ γὰρ ἐργάτιν τρέφω
τὴν Μοῦσαν, ὡς ὁ Κεῖος Ὑλλίχου νέπους.

Λέγει δὲ (Pindarus) *ταῦτα πρὸς Σιμωνίδην, ὡς φιλάργυρον διασύρων τὸν ἄνδρα· — τοιοῦτον δέ τι καὶ Ἀνακρέων εἴρηκε* (Fr. XXX.).

οὐδ' ἀργυρέη κώκοτ' ἔλαμπε Πειθώ.

Quem et ipsum Simonidis argentatam artem notasse praeter Scholiastam intellexit Tzetzes Chill. VIII, 828 (cll. X, 786).

Οὕτω λέγων ὑπάργυρα πᾶσαν γραφὴν ἐποίει,
ὡς Ἀνακρέων τε αὐτὸς Καλλίμαχός τε λέγει,
καὶ ἕτεροι μυρίοι δὲ τῶν ἐλλογίμων ἄνδρες.

Praeterea Scholiasta Aristoph. Pac. 681., quorum partim in Lexicon suum intulit Suidas s. v. *Σιμωνίδης*: *Σιμωνίδης δοκεῖ πρῶτος σμικρολογίαν εἰςενεγκεῖν εἰς τὰ ᾄσματα καὶ γράψαι ᾆσμα μισθοῦ. τοῦτο δὲ καὶ Πίνδαρος ἐν τοῖς Ἰσθμιονίκαις φησὶν αἰνιττόμενος* (Isthm. II, 5.). Additum est aliud Scholium, quo ob idem vitium *Κίμβιξ* appellatus perhibetur a Xenophane: qui vere falsene appellationis non admodum honorificae auctor celebretur opinaturis relinquimus. Eadem compellatione Chamaeleon utitur *ἐν τῷ περὶ Σιμωνίδου* apud Athen. XIV, p. 656, D. *Οντως ἦν ὡς ἀληθῶς κίμβιξ ὁ Σιμωνίδης καὶ αἰσχροκερδής, ὡς Χαμαιλέων φησίν.* Idem vitium subobscure tangit Aristot. Rhet. IV, 1. *Εὐκοινώνητος ἐστὶν ὁ ἐλευθέριος εἰς χρήματα· δύναται γὰρ ἀδικεῖσθαι μὴ τιμῶν γε τὰ χρήματα, καὶ μᾶλλον ἀχθόμενος, εἴ τι δέον μὴ ἀνάλωσεν, ἢ λυπούμενος, εἰ μὴ δέον τι ἀνάλωσε, καὶ τῷ Σιμωνίδῃ οὐκ ἀρεσκόμενος.* Fabulantur praeterea, duas solitum dicere poetam se habere cistas, gratiarum alteram, alteram nummorum; illam vacuam semper, hanc plenam, Plutarch. de S. N. V. p. 555, F., idem de Curios. p. 525, A., Stobaeus Sermm. X, 39., Schol. Arist. Pac. 681., qui prudenter commonet: *πλὴν τοῦτο λόγῳ περιφερόμενον εὑρίσκεται, καθ' ἱστορίαν γὰρ οὐδεὶς ἱστόρηκεν.* Ad quam fabellam respicit Theocritus Idyll XVI, 5.

Τίς γὰρ τῶν, ὁπόσοι γλαυκὰν ναίουσιν ὑπ' ἀῶ,
ἁμετέρας Χάριτας πετάσας ὑποδέξεται οἴκῳ
ἀσπασίως, οὐδ' αὖθις ἀδωρήτως ἀποπεμψεῖ;

αἱ δὲ σκυζόμεναι γυμνοῖς ποσὶν οἴκαδ' ἴασι,
πολλά με τωθάσδοισαι, ὅτ' ἀλιθίαν ὁδὸν ἦνθον·
ὀκνηραὶ δὲ πάλιν κενεᾶς ἐπὶ πυθμένι χηλῶ
ψυχροῖς ἐν γονάτεσσι κάρη μίμνοντι βαλοῖσαι,
ἔνθ' αὔη σφίσιν ἕδρα, ἐπὰν ἄπρακτοι ἵκωνται.

Illam quam diximus narratiunculam inficetius deformavit, qui argumentum scripsit Theocritei illius Idyllii, cujus haec sunt: *Λέγουσι τὸν Σιμωνίδην ἔχειν δύο κιβώτια, τὸ μὲν χαρίτων, τὸ δὲ διδόντων. ὅτε οὖν τις παρ' αὐτὸν παρεγένετο χάριν αἰτούμενος, ἐκέλευε φέρειν τὰ κιβώτια· εὑρίσκετο οὖν τὸ μὲν τῶν χαρίτων κενόν, τὸ δὲ τῶν διδόντων πλῆρες· καὶ οὕτως ὁ τὴν δωρεὰν αἰτούμενος ἀνεκόπτετο*: probabilius illi, qui tale quid reposuisse dicunt poetam, quum quis encomium petiit gratiam habiturum pollicitatus, Stob. Sermm. X, 39. Eundem non mirandum est nobiles homines et generosos ex opibus censuisse, quas a majoribus traditas accepissent: Plutarch. de Nobil. XVIII. *Σιμωνίδην δέ φασι ἀποκρίνασθαι διερωτώμενον, τίνες εὐγενεῖς, τοὺς ἐκ πάλαι πλουσίων φάναι*, adulatus forsitan lautis Corinthiis. Confer Welckerum Prolegg. Theogn. p. LIX. Neque extrema senectus sitim istam exstinxerat: Stobaeus Sermm. X, 62. *Σιμωνίδης ἐρωτηθεὶς, διὰ τί ἐσχάτου γήρως ὢν φιλάργυρος εἴη; Ὅτι, εἶπεν, βουλοίμην ἂν ἀποθανὼν τοῖς ἐχθροῖς μᾶλλον ἀπολιπεῖν, ἢ ζῶν δεῖσθαι τῶν φίλων, κατεγνωκὼς τῆς τῶν πολλῶν φιλίας τὸ ἀβέβαιον.* Similiter Plut. An Seni p. 786, B. *Σιμωνίδης ἔλεγε πρὸς τοὺς ἐγκαλοῦντας αὐτῷ φιλαργυρίαν, ὅτι τῶν ἄλλων ἀπεστερημένος διὰ τὸ γῆρας ἡδονῶν, ὑπὸ μιᾶς ἔτι γηροβοσκεῖται τῆς ἀπὸ τοῦ κερδαίνειν.* Unde Aristophanes Pac. 681. Sophoclem tanquam alterum Simonidem vellicat:

ΕΡΜΗΣ.

πρῶτον δ' ὅ τι πράττει Σοφοκλέης ἀνήρετο.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

εὐδαιμονεῖ· πάσχει δὲ θαυμαστόν.

ΕΡΜΗΣ.

τὸ τί;

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

ἐκ τοῦ Σοφοκλέους γίγνεται Σιμωνίδης.

ΕΡΜΗΣ.

Σιμωνίδης; πῶς;

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

ὅτι γέρων ὢν καὶ σαπρὸς
κέρδους ἕκατι κἂν ἐπὶ ῥιπὸς πλέοι [2]).

Et licet hanc criminationem callide avertisse dicatur Simonides, tamen ob eam potissimum caussam a quibusdam hominibus diffamatus esse videtur: Stobaeus Sermm. II, 42. *Σιμωνίδης ὁ μελοποιὸς εἰπόντος τινὸς, ὅτι πολλοὶ αὐτὸν παρ' αὐτῷ κακῶς λέγουσιν, Οὐ παύσῃ, ἔφη, ποτὲ σὺ τοῖς ὠσί με βλασφημεῖν;* in pectus ejusmodi susurrum non influere ingerens. Muneris autem amplitudine ita capiebatur, ut vel lyrae modi ad auri mensuram variarent: lepidum certe est quod de Simonide et

---

[2]) Tanquam proverbio utitur versiculo hoc: *Θεοῦ θέλοντος κἂν ἐπὶ ῥιπὸς πλέοις*, ad rem praesentem deflexo atque immutato, v. Schol. Eurip. Phoen. 398. Quis primus illo usus fuerit, veteres scriptores dubii haerent: Plutarch. de Pyth. Oracc. VII, p. 405, B. Pindarum nominat, prudenter addens: *εἴγε Πίνδαρος ἦν ὁ ποιήσας;* v. Boeckh. Frr. Pind. p. 554. Apud Theophil. ad Autolyc. II, 9. p. 108. Wolf. *Θέσπιος* ignotus quidam perhibetur auctor, cujus in locum Gatakerus *Thespin* sufficiebat: *Incerti* dicitur apud Stob. Eclogg. Phys. I, 19. Adde Suid. s. v. *ῥιπός* Noli de Simonide cogitare: frustra Aristophanem invocaveris.

Leophrone Rhegino proditum habemus, v. Epinic. Fr. XVII.: pravos homines si non collaudavit, at excusavit, ut Scopam, Creontis filium, v. Epinic. Fr. XII., quamvis callidissime versatus in re lubrica ita, ut laudes molliret admonitionibus. Nam quod ait Socrates Platonis Protag. p. 346, B. *Πολλάκις, οἶμαι, καὶ Σιμωνίδης ἡγήσατο καὶ αὐτὸς ἢ τύραννον ἢ ἄλλον τινὰ τῶν τοιούτων ἐπαινέσαι καὶ ἐγκωμιάσαι οὐχ ἑκὼν, ἀλλ' ἀναγκαζόμενος.* Cate praeterea serviens tempori alias aliter de eadem re statuit, veluti perfectam virtutem deorum generi peculiarem praedicat Epinic. Fr. XII. idemque eandem multo sudore parabilem affirmat mortalibus Fr. XXXII.

Non incommodum videtur hoc loco quaerere, quae necessitudo poetam inter et Corinthios intercesserit: post de simultate, quam cum Pindaro exercuisse fertur, verba faciemus. Poeta Ceus aliquando carminibus suis Corinthios vellicaverat, quod ei exprobravit Themistocles apud Plut. Them. V. *Θεμιστοκλῆς ποτε τὸν Σιμωνίδην ἐπισκώπτων ἔλεγε νοῦν οὐκ ἔχειν, Κορινθίους μὲν λοιδοροῦντα μεγάλην οἰκοῦντας πόλιν, αὐτοῦ δὲ ποιούμενον εἰκόνας οὕτως ὄντος αἰσχροῦ τὴν ὄψιν.* Superest versiculus, quo se a Simonide ludibrio habitos conquererentur, v. Fr. Inc. XCIV.

Κορινθίοισι δ' οὐ μανίει τὸ Ἴλιον.

Postea autem et consiliis Adimanti, classis Corinthiorum ad Salaminem praefecti, totam Graeciam servatam testatur, Epigr. CLX., et Democriti Corinthiorum imperatoris milites classiarios post praelium Artemisium arma Medis detracta Latonae dedicasse narrat Epigr. CXC., et Corinthios ad Salaminem occisos duobus Epigrammatis

CLVII. VIII. insigni praeconio condecorat, et uxores eorum pro communi Graeciae salute ardentissima ad Venerem suam vota concepisse significat Epigrammate CXCIV. Quam commutationem pristini odii non defuisse videntur, qui muneribus conciliatam clamarent: nam hinc demum explicantur recte, quae ex Elegia in pugnam Plataeensem scripta aetatem tulerunt: vide quae diximus ad Fr. Elegiar. LIX. Hinc ab iis vocatur in partes, qui Herodotun malignitatis incusabant, Plutarcho, Dione Chrysostomo. Quas lites qui componere volet, meminerit oportet, Herodotum Atheniensium partes, civium suorum, sequi solere, utpote istorum fere narrationibus edoctum: sepulcralia vero monumenta vel anathemata omnium oculis exposita ut res gestas exornaverint, (velut Epigr. CCXIV. Milonis Crotoniatae septem gloriatur victorias, qui sexies consensu judicum vicisset: septimam sibi arrogavit ipse, et non illiberalis poeta Ceus.) ita easdem de suo confingere poetis impune non licebat. Unde summa diligentia adhibenda est, ne alterum dum a mendacio vindices, injuriam facias alteri. Nos quidem Herodotum bona fide rettulisse arbitramur, quae a testibus suis accepisset: ut ipse Adimantum Corinthiorum ducem ex fuga revertisse post Salaminiam victoriam ex fide Atheniensium scribit, candide addens: *Οὐ μέντοι Κορίνθιοι ὁμολογέουσιν, ἀλλὰ ἐν πρώτοισι σφέας αὐτοὺς τῆς ναυμαχίης νομίζουσι γενέσθαι. μαρτυρεῖ δέ σφι καὶ ἡ ἄλλη Ἑλλάς*, VIII, 94., cll. Plutarch. de Herod. Malign. p. 870, B. iidemque Simonidi censemus non liberum fuisse scribere quae quivis Graecorum vanitatis potuisset coarguere. Veluti caussa non videtur esse idonea, cur quae de Democrito Naxiorum duce apud Salaminem fortissimo poeta Epigr. CXCIII. praedicavit, commentitia

esse suspicemur, quum et Hellanicus et Ephorus, scriptores rerum, Naxios testentur sex vel quinque navibus Graecis auxiliatos, Plut. l. c. p. 868, E.

Poetarum opera quum auro redimi solerent, non mirandum est, poetas invicem aemulatos esse. Quid quod jam Hesiodus ut *κεραμέα κεραμεῖ*, ita *ἀοιδῷ ἀοιδὸν* invidere affirmat. Augebatur contentio certaminibus publicis, ut alter alterum deprimere studeret. Cum Laso contendisse Simonidem supra diximus: quomodo cum Pindaro vixerit, aequali natu minore, superest ut dispiciendum sit. Pindarus, qui ab Simonide institutum tradiderunt, (tradunt autem Vita Pind. p. 5. Boeckh. *Πίνδαρος ἀκροατὴς γέγονε Σιμωνίδου.* Eustath. Opuscc. p. 58, 17. Tafel. *Καὶ Σιμωνίδου ἤκουσε, νεώτερος μὲν ἐκείνου ὤν, πρεσβύτερος δὲ Βακχυλίδου.*) si hoc dixerunt, Pindari artem ex Simonidea poesi cepisse incrementa, recte dixisse putandi sunt. Nam licet poeta Thebanus sua via incederet, tamen vel invitus didicerat a Simonide. Id autem credibile videtur, poetam Ceum, quo erat animo, aegre tulisse, junioris aemuli admirationem sibi detrahere haerentem capiti cum multa laude coronam: Scholiasta Pind. Olymp. IX, 74. *Σιμωνίδης ἐλασσωθεὶς ὑπὸ Πινδάρου λοιδορίας ἔγραψε κατὰ τοῦ κρίνοντος ἀγαθῶν εἰδέον* (*ᾠδῶν* Boeckhius.): nam haec vera esse possunt, licet Pindari mens a vituperando poeta multis annis antequam illa scriberentur defuncto fuerit alienus, v. Fr. inc. CXXIV. Vetus autem est opinio, Pindarum Olymp. II, 86.

σοφὸς ὁ πολλὰ εἰδὼς φυᾷ· μαθόντες δὲ λάβροι
παγγλωσσίᾳ, κόρακες ὥς, ἄκραντα γαρύετον
Διὸς πρὸς ὄρνιχα θεῖον,

Pindarum igitur haec in Simonidem et Bacchylidem torsisse: Scholl. vett. *Αἰνίττεται Βακχυλίδην καὶ Σιμωνίδην, ἑαυτὸν λέγων ἀετὸν, κόρακας δὲ τοὺς ἀντιτέχνους, τοὺς εὐφυεῖς ἀετοῖς παραβάλλων, τοὺς ἀφυεῖς κόραξιν.* Cautius alius Scholiasta v. 158. *Εἰ δέ πως πρὸς Βακχυλίδην καὶ Σιμωνίδην αἰνίττεται, καλῶς ἄρα ἐξείληπται τὸ γαρύετον δυϊκῶς. καὶ οὕτως ὄντως ἔχει ὁ λόγος.* Haec eo probabiliora redduntur, quod quo tempore Simonides ab Hierone subornatus pacis inter tyrannos conciliator exstitit, ipse Theroni suspectus fuisse videtur, Pindarus autem eo ipso tempore Thrasydaeo et Theroni magis quam Hieroni addictus fuisse, quae Boeckhius ex Schol. Pind. Pyth. II, 131. coegit. Similem locum, qui est Nem. III, 80.

ἔστι δ' αἰετὸς ὠκὺς ἐν ποτανοῖς,
ὃς ἔλαβεν αἶψα, τηλόθε μεταμαιόμενος, δαφοινὸν ἄγραν ποσίν.
κραγέται δὲ κολοιοὶ ταπεινὰ νέμονται,

ad unum Bacchylidem applicant Scholia, omninoque aequum videtur, Bacchylidem potius natu minorem et Simonidis vestigia nimis prementem notari solitum esse a poeta Thebano, quam Graecis omnibus acceptissimum Leoprepidam vel annis venerabilem. Namque quod ad Nem. IV, 35. [illegible]

ἔμπα, καίπερ ἔχει βαθεῖα ποντιὰς ἅλμα
μέσσον, ἀντίτειν' ἐπιβουλίᾳ· σφόδρα δόξομεν
δαΐων ὑπέρτεροι ἐν φάει καταβαίνειν,

annotatum est: *δοκεῖ ταῦτα τείνειν εἰς Σιμωνίδην, ἐπεὶ ἐκεῖνος παρεκβάσει χρῆσθαι εἴωθεν*, id quam fidem habeat, hinc velim aestimari, quod diu ante scriptum illud

carmen Simonidem Libitina sacrarat. Rectius Dissenius Aeginetas quosdam poetas lyricos carpi suspicatur. Superest locus Isthm. II. init.

Οἱ μὲν πάλαι, ὦ Θρασύβουλε, φῶτες, οἳ χρυσαμπύκων
ἐς δίφρον Μοισᾶν ἔβαινον κλυτᾷ φόρμιγγι συναντόμενοι,
ῥίμφα παιδείους ἐτόξευον μελιγάρυας ὕμνους,
ὅστις ἐὼν καλὸς εἶχεν Ἀφροδίτας
εὐθρόνου μνάστειραν ἁδίσταν ὀπώραν.
ἁ Μοῖσα γὰρ οὐ φιλοκερδής πω τότ' ἦν οὐδ' ἐργάτις,
οὐδ' ἐπέρναντο γλυκεῖαι μελιφθόγγου ποτὶ Τερψιχόρας
ἀργυρωθεῖσαι πρόςωπα μαλθακόφωνοι ἀοιδαί.
Νῦν δ' ἐφίητι τὸ τὠργεῖον φυλάξαι
ῥῆμ' ἀλαθείας ὁδῶν ἄγχιστα βαῖνον,
χρήματα, χρήματ' ἀνήρ, ὃς φᾶ κτεάνων θαμὰ λειφθεὶς
καὶ φίλων.

Hoc loco non solum Simonidem ut *φιλάργυρον* a Pindaro traduci loquuntur, sed illa quoque: *νῦν δ' ἐφίητι* et sqq. in eundem tendere perhibent. Verum haec Pindarus se ipsum ingeniose carpens scripsit: Simonides eandem victoriam ante Pindarum celebraverat: unde v. 12. addit Pindarus: *οὐκ ἀγνῶτ' ἀείδω Ἰσθμίαν ἵπποισι νίκαν*, non dicturus, opinor, de adversario exoso, cujus carmina explodere consuesset. Omnino incertus rumor de aemulatione utriusque poetae ad Scholiastas perlatus videtur: testatior res de Bacchylide, v. Neue p. 3 sqq. In rebus mythicis autem ubi discrepant, adversandine studio ducti diversa sequuti sint, an alias ob caussas, incertum est. Confer Simonidis Fr. Hymn. XXXV. Inc. LXXX. Aliis rationibus Scholiastarum narratiunculas confutat Thierschius Pind. Transl. Germ. I, p. 30.

VII. In maxima virtutis parte poetae Cei ab Aristide περὶ παραφθέγμ. III, p. 645, A. ipsius σωφροσύνη numeratur: quippe Ceus ille, non Chius fuit. Aristidis haec sunt: *Τήνγε τοῦ Σιμωνίδου σωφροσύνην οἶσθα· εἰ δὲ μὴ, ἀλλ' ἕτεροι ἴσασιν, ὡς ἕν τι τῶν ἀγαθῶν ἐστὶ τῶν ἐκείνου τὸ γνωριμώτατον σχεδὸν καὶ περὶ τὴν ποίησιν καὶ περὶ αὐτὸν τὸν βίον.* Cernuntur nunc etiam ejus moderationis vestigia: veluti Fr. Encom. X. Cleobulum Lindium exagitat aheneo monumento aeternitatem auguratum: (*ἅπαντα γάρ ἐστι θεῶν ἥσσω.*): quum longe modestior poeta Ceus et ubique *νόῳ πίσυνος*, quod desiderat in aliis, vel ipsam gloriam non perennem, sed *ἔσχατον δύεσθαι κατὰ γᾶς* dixerit, Fr. Inc. CIV.; licet ipse alio loco Epigr. CLXXIX. sua videatur vineta caedere: sed merito idem Graecorum in Thermopylis occisorum *ἀέναον κλέος* nunquam occidere posse affirmat Fr. IX. Hinc omnem virtutem bonaque omnia a Deo repetit, qua est *εὐσεβείᾳ*, v. Fr. Epin. XII. et XXXIII. Ipse vitae suae abstinentiam (*κοσμιότητα*) prae se tulit, quum ob venditas res ad vitam victumque necessarias ab Hierone sibi ministratas carpebatur, v. supra p. XXI.; neque ab hac quaestione abhorret, quod Pausaniae ultra modum se efferenti graviter respondisse fertur, supra p. XIX., quod taciturnitatem, quam in primariis virtutibus reponebant veteres, identidem hominibus vel in carminibus vel per familiares sermones commendabat, v. Fr. Inc. CVII. et quae sunt huiusmodi plura.

Poeta autem qua conspicuus est modestia atque religione (cfr. Epigr. CLXXXIII.), vetustas fabulas, quas carminum suorum decus esse voluit, ita suscepit, ut non reluctaretur memoriae antiquitatis et communi persuasioni hominum. Sed exstiterunt eadem aetate, qui genio

saeculi obsequuti quas de rebus fabulosis narrationes anni sanxissent, ad lubitum reformarent, communem hominum fidem ex veterum poetarum monumentis profectam parum reveriti. Coeperat enim illa aetas philosophorum disputationibus de rebus divinis et fabulis vetustis frequentari. Simonides igitur, poeta rerum ab majoribus cum fide traditarum tenacissimus, non praetermisit occasionem, qua novarum rerum avidos perstringeret. Ita quandam nescio quam narrationem auctoremve fabulae dixerat πολεμεῖν τῷ πολλῷ χρόνῳ, Fr. Inc. CXXVI., in novae cujusdam fabulae vituperationem directa illa Fr. Inc. CXXIV.

'Εξελέγχει δ' ὁ νέος
οἶνος οὐ τὸ πέρυσι δῶρον ἀμπέλου· ὁ δὲ μῦθος
ὅδε κενεόφρων.

Idem Meleagrum in ludis funebribus Peliae hasta victorem ab diversa aliorum poetarum narratione vindicat testimoniis usus Homeri et Stesichori, Fr. Epin. XXV., forsitan simili consilio τὸ δοκεῖν καὶ τὰν ἀλάθειαν βιᾶσθαι dixerat Fr. Inc. CXXV. Unde factum est, ut ipse paucissima in veteribus fabulis immutaverit ex ingenio suo, hoc quoque in genere dispar cycno Dircaeo. Namque ubique fere antiquiorum poetarum Epicorum Lyricorumque vestigiis inhaeret, Homeri, Hesiodi, Eumeli, Stesichori, Ibyci.

Sed praeter poetarum gentem, — cum uno, nisi fallit conjectura, Anacreonte Teio familiarius vivebat, Veneri et Baccho unice operato, certe tumulo defuncti tenerrimum inscripsit Epigramma CLXXI., quod exquisitis laudibus ἡδὺν ἄλυπον illum amasiorum hierophantam mactaret: — praeter poetas igitur philosophorum gregem

acriter impugnabat. Leoprepida enim, qui »non poeta solum suavis, verum etiam in philosophandi scientia quam doctus sapiensque traditur«, verba sunt Ciceronis de Nat. Deor. I, 22., illos homines, qui Septem Sapientum nomine appellantur, ut aemulabatur, ita se ab illorum vinci auctoritate aegre ferebat. Quorum quidem sapientia ut ad respublicas regundas administrandasque (quo de argumento disputat Simonides cum Hierone Xenophonteo idemque Fr. Inc. CIX. aperte profitetur: *Πόλις ἄνδρα διδάσκει.*) et ad emendandos mores vitamque beate agendam referebatur quummaxime: ita universa Cei poetae philosophia id spectabat, quo vita hominum beatior evaderet et ab animi aegritudine remotior. Namque ita fere poeta ratiocinari solet: »Vita brevis est et aerumnosa: indulgendum igitur genio, ne rapax Orcus usum rerum intercipiat: vino, quo ad poesin exstimulamur (Fr. Inc. CII.), eluendae mordaces curae: nihil vita est sine jucunditate et voluptate.« Estque illud animo hominum natura insitum, ut et vitae molestias rerumque humanarum fragilitatem identidem lugeant iidemque horam praecipiant carpendam quam minimum credulos proximae. Illuc ea referuntur, quae in threnis elegisque spirat mollissime: haec praecepta et in lyricis carminibus frequentavit et in Elegiis. Veluti vitae brevitatem et angustias luget Frr. Thren. LI. LIV. XLVI. VII. Eleg. LX., hilaritatem et jocos commendat Epin. XI., Frr. Inc. CXVI. XVII. XVIII. Eleg. LX. Idem ab reconditioris philosophiae perscrutatione abhorrebat: quin eo progrediebatur modestiae, ut Hierone quale esset summum numen repetitis vicibus sciscitante de justo responso desperaret, v. supra p. XXI.

Philosophos igitur illos veteres, quorum concisae sententiae tunc etiamnum in ore omnium versabantur, aemulatum esse Ceum poetam, dum ejus dicta fragmentaque carminum reputamus, aperte videmur intelligere. Quid, quod ipse cum Chilone Septem illorum numero inseritur apud Cyrill. adv. Iulian. I, p. 13. *Πεντηκοστῇ ἕκτῃ Ὀλυμπιάδι γνώριμοι ἦσαν ἤδη Σιμωνίδης καὶ Χίλων τῶν ἑπτὰ σοφῶν ὄντες*: liberalius. Namque Menagius ad Diog. Laert. I, 68. probabiliter Epimenidem substituisse videtur, quem Pamphila apud Diogenem ad Olymp. LVI. rettulit. Sed in societatem illorum, qui Septem appellantur, Simonidem passus est venire Plato Reip. I, p. 335, E. *Μαχούμεθα ἄρα, ἦν δ' ἐγώ, κοινῇ ἐγώ τε καὶ σὺ, ἐάν τις αὐτὸ φῇ ἢ Σιμωνίδην ἢ Βίαντα ἢ Πιττακὸν εἰρηκέναι ἤ τιν' ἄλλον τῶν σοφῶν τε καὶ μακαρίων ἀνδρῶν.* Illuc regrediamur. Uti illud, quo Pausaniae spiritus cohibuisse, eaque, quae prudentissime hominibus respondisse fertur, a nobis diversis locis exprompta; quibus sententiis tanquam luminibus quibusdam distinxit carmina, digna illa quidem et indole et ponderosa gravitate elocutionis egregiis istis hominibus. Ita illorum exemplo et griphos conscripsit, quo sententiarum velamine et illi veteres sapientes et Dorienses maxime delectabantur, et sententias suas proverbiali quasi quodam colore inficit, veluti Fr. Epin. XV. Inc. CX. CXXIV., quo ingenioso genere acutae elocutionis gaudet et Pindarus et ut quisque prudentissimus est poeta. Eaque Septem illorum aemulatio in caussa fuit, cur interdum illorum potissimum sententiis bellum indiceret, ut Pittaci Mytilenaei, Cleobuli Lindii: sibi nimirum illud si quid est laudis et gloriolae apponebat, quod detraxisset illis. Verissime Platonicus ille Socrates

Protag. p. 343, C. *Ὁ Σιμωνίδης, ἅτε φιλότιμος ὢν ἐπὶ σοφίᾳ, ἔγνω, ὅτι εἰ καθέλοι τοῦτο τὸ ῥῆμα ὥσπερ εὐδοκιμοῦντα ἀθλητὴν καὶ περιγένοιτο αὐτοῦ, αὐτὸς εὐδοκιμήσει ἐν τοῖς τότε ἀνθρώποις. εἰς τοῦτο οὖν τὸ ῥῆμα καὶ τούτου ἕνεκα τούτῳ ἐπιβουλεύων κολοῦσαι αὐτὸ, ἅπαν τὸ ᾆσμα πεποίηκεν, ὥς μοι φαίνεται.* Poeta autem non solum ob artem poeticam erat *εὐδόκιμος καὶ ἐτιμᾶτο ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων* (Lucian. pro Imagg. XIX.), sed etiam ob philosophiam efferebatur non mediocriter, uti Hiero ait apud Xenophontem I, 1. *Ποῖα ταῦτ' ἐστὶν, ὁποῖα δὴ ἐγὼ βέλτιον ἂν εἰδείην σοῦ, οὕτως ὄντος σοφοῦ ἀνδρός;* Idem ab Sophistis, quorum proavum jure appelles, valde adamatus est, qui ipsius sapienter dicta in disputationibus suis fundamentum ponere consueverant. Unde Plato Reip. I, p. 331, E. *Σιμωνίδῃ γε οὐ ῥᾴδιον ἀπιστεῖν· σοφὸς γὰρ καὶ θεῖος ὁ ἀνήρ*, quanquam ei loco admixta est urbana quaedam irrisio. Ipse enim poeta Sophistarum artem cum aliis poetis carminum involucris obvelatam exercuisse ipsis videbatur: Protagoras apud Platonem p. 316, D. *Ἐγὼ τὴν σοφιστικὴν τέχνην φημὶ μὲν εἶναι παλαιάν, τοὺς δὲ μεταχειριζομένους αὐτὴν τῶν παλαιῶν ἀνδρῶν, φοβουμένους τὸ ἐπαχθὲς αὐτῆς, πρόσχημα ποιεῖσθαι καὶ προκαλύπτεσθαι τοὺς μὲν ποίησιν, οἷον Ὅμηρόν τε καὶ Ἡσίοδον καὶ Σιμωνίδην, τοὺς δὲ* et quae sunt reliqua. De eadem re dixerat Chamaeleon apud Athen. XIII, p. 611, A. *Πολλαὶ τῶν πόλεων καὶ μάλιστα ἡ Λακεδαιμονίων, ὡς Χαμαιλέων φησὶν ἐν τῷ περὶ Σιμωνίδου, οὐ προσίενται οὔτε ῥητορικὴν οὔτε φιλοσοφίαν διὰ τὰς ἐν τοῖς λόγοις ὑμῶν φιλοτιμίας καὶ ἔριδας καὶ τοὺς ἀκαίρους ἐλέγχους.* Et quae ludibundus jactat Socrates p. 340, E. *Κινδυνεύει γάρ τοι ἡ Προδίκου σοφία θεία τις εἶναι πάλαι, ἤ τοι ἀπὸ Σι-*

μωνίδου ἀρξαμένη, ἢ καὶ ἔτι παλαιοτέρα, ea inquam si recte interpretaris, non videntur absona esse. Prodicus enim Ceus ut praeceptis suis juvenum animos ad virtutem conformabat, qua in doctrina Simonidis sui vestigia legisse probabile est, ita in distinguendis verbis et vocabulis (ἐν διαιρέσει τῶν ὀνομάτων καὶ ῥημάτων) unice volutabatur: poeta autem et ipse summa diligentia verba vocesque ponderare solebat, unde τὴν ἐκλογὴν τῶν ὀνομάτων in eo valde laudari ab Dionysio Halicarnassensi infra disputamus. Veluti in carmine Scopae scripto Pittacei dicti verba cum pulvisculo excutit, Fr. Epin. XII.: et γόους ab οἴκτῳ, et τύχαν a πότμῳ accuratissimo discrimine internoscit Fr. Encom. IX.

Simonides autem semper habebat in promptu, quo vel alios lacesseret ipse, vel quod sciscitanti non inscite extemplo reponeret quibusque consortia familiarium hominum condiret. Velut responsum illud, quod Hieronis uxori dedisse ferebatur, v. supra p. XXII., vel quod narrat Plutarch. Symposs. III. prooem. Σιμωνίδης ὁ ποιητὴς ἔν τινι πότῳ ξένον ἰδὼν κατακείμενον σιωπῇ καὶ μηδενὶ διαλεγόμενον, Ὦ ἄνθρωπε, εἶπεν, εἰ μὲν ἠλίθιος εἶ, σοφὸν πρᾶγμα ποιεῖς, εἰ δὲ σοφὸς, ἠλίθιον. Neque ab hac parte hujus disputationis aliena, quae in convivio apud Hieronem de lepore sibi non apposito profudit, Homerum lepide traducens, Epigr. CCXXVIII.

Οὐδὲ γὰρ οὐδ' εὐρύς περ ἐὼν ἐξίκετο δεῦρο.

Adde quae in tyrannorum Thessaliae symposio in simili caussa ἀπεσχεδίασε, Fr. CCXXVII. Hi illi sunt εὐτράπελοι λόγοι Simonidis, quos Stratonicus imitatus dicitur: Ephorus ap. Athen. VIII, p. 352, C. Ζηλωτὴς δὲ τῶν εὐτραπέλων λόγων τούτων ἐγένετο ὁ Στρατόνικος Σιμω-

νίδου τοῦ ποιητοῦ, ὥς φησὶν Ἔφορος ἐν δευτέρῳ περὶ εὑρημάτων, φάσκων καὶ Φιλόξενον τὸν Κυθήριον περὶ τὰ ὅμοια ἐσπουδακέναι. Stratonici lepide dicta propinantur ibid. p. 347, F. sqq. quantum satis est.

Ob sententias hominum moribus emendandis aptissimas, quas in carminibus frequentabat Ceus poeta, ut philosophis disputandi praebuit materiem, veluti Prodico civi suo, cujus Hercules aperte respicit Simonidis Fr. Epin. XXXII, v. Welcker. Mus. Rhen. 1833, IV. p. 536. sqq., ita insigniter placebat Marathonomachis illis vetustis civibus Atticae et avitae virtutis tenacibus, sobriis hominibus sobrius poeta. Quanquam ruente vetere disciplina post aetatem Simonidis adolescentulis odio esse coeperat Gnesippi impudicas cantilenas depereuntibus. Displicebat autem et ob eximiam sententiarum gravitatem et σωφροσύνην suam et ob rhythmorum temperantiam atque castitatem; nam Pindari et Simonidis rhythmi ὁ ἀρχαῖος τρόπος καλεῖται ὑπὸ τῶν νῦν, Plut. Mus. XX. Jam ante Olympiadem LXXXVIII. scripsit quisquis τοὺς Εἵλωτας docuit (Mueller. Mus. Rhen. 1832, IV. p. 479.) poeta Comicus apud Athen. XIV, p. 638, E.

Τὰ Στησιχόρου τε καὶ Ἀλκμᾶνος Σιμωνίδου τε
ἀρχαῖον ἀειδὲν, ὁ δὲ Γνήσιππος ἔστ' ἀκούειν,
ὃς νυκτερίν' εὗρε μυχοῖς ἀείσματ' ἐκκαλεῖσθαι
γυναῖκας ἔχοντας ἰαμβύκην τε καὶ τρίγωνον.

Similiter ille in Nubibus (Olymp. LXXXIX, 3.) perditus adolescentulus Strepsiadae patris ingratiis Σιμωνίδην ἔφασκ' εἶναι κακὸν ποιητήν Aeschyloque similiter spreto Euripideam ῥῆσιν, quem tunc in deliciis habebat vulgus, declamitat, v. Fr. Epin. XIX. Cum Nubibus summam habet sententiae similitudinem idem Aristophanes Dae-

talensibus apud Athen. XV, p. 694, A. (Olymp. LXXXVIII, 2.)

Αἶσον δή μοι σκόλιόν τι λαβὼν Ἀλκαίου κἀνακρέοντος.

Quae sunt patris filium τὴν μουσικὴν ἀποβαλόντα cohortantis. Solebant enim carmina Simonidis aliorumque poetarum Lyricorum scoliorum instar cantari in conviviis; cfr. Scholl. Arist. Vespp. 1217. Ἀρχαῖον ἔθος ἑστιωμένους ᾄδειν ἀκολούθως τὸ πρῶτον, εἰ παύσαιτο τῆς ᾠδῆς. καὶ γὰρ ὁ ἐξάρχης δάφνην ἢ μυῤῥίνην κατέχων ᾖδε Σιμωνίδου ἢ Στησιχόρου μέλη, ἄχρις οὗ ἤθελε, quae verba emendat Kleinius Stesich. p. 103. Videntur Athenis potissimum, quam non inepte alteram poetae patriam vocaveris, carmina Leoprepidae fuisse valde trita et vulgata. —

VIII. Verum ad carmina ipsa lustranda eorumque insigniores virtutes contemplandas traducenda disputatio est. Ut igitur in aliis poetis aliae virtutes praedicantur primariae, ita mellitam quandam suavitatem et tenuitatem veteres judices unanimi consensu omnes tribuunt Simonidi, Pindaro os grandia locutum. Ipse poeta Fr. Inc. LXXVII. τερπνότατα μέλη sua vocat: quantum mutatus ab illo! Sed qui quanto hiatu distineantur Ceus vates et Thebanus persentiscere volent, comparabunt Simonideorum prooemiorum tenuitatem cum τηλαυγέσι προςώποις illius. Nam carminum vestibula pandere videntur Frr. Encom. IX. X. Epin. XII. Thren. XLVI. LIV. Ob dulcedinem illam Schol. Arist. Vespp. 1410. et Suidas s. v. Σιμωνίδης. Μελικέρτου ei cognomen inditum dicunt, διὰ τὸ ἡδύ: sive eo vocabulo μελίγηρυν loquebantur, sive, quae Welckeri est suspicio, αἰσχροκέρδειαν subobscure tangebant. Idem Suidas postea: Σιμωνίδης Κεῖος, θυγατριδοῦς κατά τινας τοῦ προτέρου,

ὃς ἐπεκλήθη Μελικέρτης; intellige avum, non nepotem. Quod eruditissimis quibusdam hominibus fucum fecit. Subtiliter Pindari et Simonidis indolem discrevit auctor Epigramm. in Novem Lyricos Anth. Pal. IX, 571. (Brunck. Anall. III, 260.)

Ἔκλαγεν ἐκ Θηβῶν μέγα Πίνδαρος· ἔπνεε τερπνὰ
Ἡδυμελιφθόγγου Μοῦσα Σιμωνίδεω.

Aliud Epigramma *ἀδέσποτον* in Novem Lyricos Anth. Pal. IX, 184. (Brunck. Anall. III, 260.)

Ἧτε Σιμωνίδεω γλυκερὴ σελὶς ἵλαθι.

Cicero de Nat. Deor. I, 22. »Suavis poeta Simonides.« Et in Zeuxippeam statuam poetae Christodorus Ecphras. 44. (Anth. Pal. II, 1. Brunck. Anall. II, 458.)

Εὔνασας ἁβρὸν ἔρωτα, Σιμωνίδη, ἀλλ' ἔτι χορδῆς
ἱμείρεις, ἱερὴν δὲ λύρην οὐ χερσὶν ἀράσσεις.
Ὤφελεν ὁ πλάσσας σέ, Σιμωνίδη, ὤφελε χαλκῷ
συγκεράσαι μέλος ἡδύ· σὲ δ' ἂν καὶ χαλκὸς ἀναυδὴς
αἰδόμενος ῥυθμοῖσι λύρης ἀντήχεε μολπήν.

Neque aliam ob rationem Auson. Profess. XIII. Citarii, Siculi Syracusani, Grammatici Burdigalensis carmina vel praetulisse Simonideis videtur:

Carminibus, quae prima tuis sunt condita in annis,
Concedit Cei Musa Simonidei.

Assequebatur autem poeta jucundam illam suavitatem et verbis ad consilium suum sapientissime delectis atque affabre compositis et rebus ipsis ad demulcendos animos maxime comparatis. Dionysius Halicarnassensis Vett. Scrr. Judic. II, 6. *Σιμωνίδου παρατήρει τὴν ἐκλο-*

γὴν τῶν ὀνομάτων, τῆς συνθέσεως τὴν ἀκρίβειαν. Ab eodem Dionysio accensetur iis poetis, qui τῷ τῆς γλαφυρᾶς καὶ ἀνθηρᾶς συνθέσεως χαρακτῆρι excelluerint: Compos. Verbb. XXIII, p. 342. Schaefer. Ἐποποιῶν μὲν οὖν ἔγωγε μάλιστα νομίζω τουτονὶ τὸν χαρακτῆρα ἐπεξεργάσασθαι Ἡσίοδον· μελοποιῶν δὲ Σαπφὼ καὶ μετὰ ταύτην Ἀνακρέοντά τε καὶ Σιμωνίδην. Neque aliter arbitratur Quinctilianus Instit. Orat. X, 1, 64. »Simonides tenuis alioqui, sermone proprio et jucunditate quadam commendari potest.« Tenuitatem cum lacte Joniae hausit: sermonem proprium Atticum solum transfudit. Admiramur hodieque τὴν ἐκλογὴν τῶν ὀνομάτων et τῆς συνθέσεως τὴν ἀκρίβειαν, veluti in Fr. Threni L., in quo Danaa maerens inducitur: quod carmen pedestri sermoni proximum censet Dionysius: adde Fr. Inc. CXXVIII., ubi mare flatibus ventorum leniter motum monstraturus quum φρὶξ oritur, dicit αὐτὴν καὶ δεῖξαι πειρώμενος·

Ἐς ἅλα στίζοισα πνοά.

Idem tamen, ubi res postulabat, spreta humilitate ad Pindari grandiloquentiam assurrexit, uti in dithyrambis, quibus quinquaginta sex victorias reportavit; Himerius Orat. III, 1. Σιμωνίδης καὶ Πίνδαρος ἀγέρωχοί τε ὄντες καὶ ὑψαύχενες ἄφετοί τε καὶ ἔξω μέτρων ἀθύρουσιν. Et Theocrito quoque est δεινὸς ἀοιδὸς ὁ Κήϊος αἰόλα φωνέων βάρβιτον ἐς πολύχορδον.

Excellebat autem suavissimus poeta τῇ περὶ τὸ συμπαθὲς λεπτότητι, Grammat. vit. Aesch. p. XIV. Dindorf. Quam ob caussam in threnis et elegis omnibus ejusdem generis poetis longe antelatus est et ab suae aetatis hominibus et a veteribus magistris, v. Praefat. Threnorum:

in quibus vel Atheniensi Aeschylo et Marathonomachae palmam eripuit. Sed in quibusvis carminibus eas res solebat delibare, quae animos hominum pungerent nec paterentur torpore senescere; velut, uno ut exemplo defungamur, vel tempestates saepissime vel mare tranquillum adumbravit. Facillime autem rapimur in misericordiam, si quis mala sua et calamitates ipse maerens inducitur: hinc ille in Threnis Danaam et Antigoni Aleuadae matrem Dyseridem, Timarchum et Gorgo in Elegiis lugubribus loquentes facit modulatissimis verbis et quae animum omnium mirifice deleniant. Aliis in carminibus alios: uti chorum mulierum Atticarum ingruentibus copiis Persarum Salaminem deportatarum, Fr. VI.; Achillem in Sigeo supra tumulum Graecis vela ventis dantibus comparentem et infelicem viginti natorum matrem Polyxenam filiam rogantem, Fr. Inc. XC. XCI.; de quo Longin. de Sublim. XV, 7. *ἣν οὐκ οἶδ' εἴ τις ὄψιν ἐναργέστερον εἰδωλοποίησε Σιμωνίδου.* Similiter loquentes introducit nuncium ab Theseo Creta reduce missum ad Aegea jam mortifero saltu concussum, Fr. Epin. XXXI.; pugilem appellantem adversarium a se devincendum Fr. Epin. XXIV. Et vide quam dulcia spiret Fr. Epin. XXVI., ubi heroes Thebanos Archemorum moribundum deplorasse ait. Quibus rebus effecit, ut et omnes suae aetatis homines carminum dulcedine deleniret (*μόνους οὐκ ἐξηπάτησε Θεσσαλούς,* Plutarch. And. Poet. p. 15, C.) et ad recentioris aevi poesin proxime accessisse putandus sit.

Ut autem poeta ipse *τὸν λόγον τῶν πραγμάτων εἰκόνα* vocabat, Fr. Inc. CXIII., ita omnia vividis coloribus pingere studebat, verba factis aequaturus: qua re assequebatur illud, ut ipsius poesis vere *ζωγραφία λαλοῦσα* evaderet. Cfr. ipsius ingeniose dictum apud Plu-

tarch. de Glor. Athen. p. 346, F. Ὁ Σιμωνίδης τὴν μὲν ζωγραφίαν ποίησιν σιωπῶσαν προσαγορεύει, τὴν δὲ ποίησιν ζωγραφίαν λαλοῦσαν· ἃς γὰρ οἱ ζωγράφοι πράξεις ὡς γινομένας δεικνύουσιν, ταύτας οἱ λόγοι γεγενημένας διηγοῦνται καὶ συγγράφουσιν. Unde non mirum videri debet, quod ei in Hyporchematis primae deferebantur, in quibus μάλιστα κατωρθωκέναι ἔδοξεν, Plutarch. Symposs. IX, 15, 2. Et quae pauca aetatem tulerunt ex hoc genere carminum, illud judicium quam sit perite latum documento sunt: ita vivunt omnia et ob oculos admoventur.

Simonides autem qui nullam praetermitteret occasionem, qua suavi rerum perstringendarum amplificatione et dilatatione animis hominum lenocinaretur, diversus a Pindaro summa rerum et quae scopum extemplo ferirent, delibare sueto, non raro a proposito digressus videtur et vagabundus luxuriansque exspatiatus latius: Schol. Pind. Nem. IV, 35. Σιμωνίδης παρεκβάσει χρῆσθαι εἴωθεν. Quod quidem in eo paratam habet excusationem eoque magis consentaneum est, quo propius attingeret poeta illam aetatem, quae in Epicae poesis studium profusa omnes venas Heliconii liquoris aperuit. Unde eum dixerim interdum more Epicis poetis concesso ulterius persecutum res ipsi argumento non prorsus necessarias. Quanquam id nunc quidem suspicari proclivius est, quam demonstrare. Castoris laudes et Pollucis in Scopae epinicio carmine mire diffuderat, v. ad Fr. Epin. XII.; quod vero Pittaci sententiam a se improbatam in carmine eidem Scopae celebrando scripto ad taedium infringit, fortasse laudum in ipso victore inopia adactus fecit. Sed illuc revocaverim quae Fr. Epin. XVIII. delineatur imago pacati maris animantiumque Orphei can-

tus illecebris consopitorum; deinde quae Danaa lamentatur uberius Fr. Thren. L.; tum quae Fr. Epin. XXVI. de Atlantis septem filiabus adjicit, quum de solo Majae filio sermo fuisse videatur; et quae Fr. IV. de Zeta et Calai memoraverat, ubi de solo Borea, Orithyiae raptore, fuerat dicendum. Adde quae suspicamur de Frr. Epin. XXVIII — XXX. Ipse autem poeta hanc exuberantem Musae suae facundiam probe sensisse eandemque astute vindicavisse videtur: Fr. Inc. LXXV.

Ἁ Μοῖσα γὰρ οὐκ ἀπόρως σπεύδει τὸ παρὸν μόνον,
ἀλλ' ἐπέρχεται
πάντα ϑεριζομένα.

Forsitan eodem loco apibus Musam suam comparaverat *ἄνϑεσιν ὁμιλεοίσαις ξανϑὸν μέλι μηδομέναις*, Fr. Inc. LXXVI.

Ad has Ceae poesis virtutes adde quod Leoprepida non angustis unius speciei carminum limitibus circumseptus omnes et eos latissimos Lyricae poesis fines permensus et in Epigrammatis facile principem locum obtinet. Quorum carminum ad nostram memoriam notitia prodita sit, hac tabella continentur:

I. *Ἡ Καμβύσου καὶ Δαρείου βασιλεία*, Fr. I.
II. *Ἡ ἐν Ἀρτεμισίῳ ναυμαχία*, Fr. II — VI.
III. *Ἡ ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχία*, Frr. VII. VIII.
IV. *Ἐγκώμια*, Frr. IX. X.
V. *Ἐπίνικοι ᾠδαί*, Fr. XI — XXXIII.
VI. *Ὕμνοι (Κατευχαί.)*, Fr. XXXIV — XXXIX.
VII. *Παιᾶνες*, Fr. XL.
VIII. *Διϑύραμβοι. Τραγῳδίαι*, Fr. XLI.
IX. *Σκόλια*, Fr. XLII.
X. *Παρϑένια.*
XI. *Ὑπορχήματα*, Fr. XLIII — XLV.

XII. *Θρῆνοι*, Fr. XLVI — LVII.
XIII. *Ἐλεγεῖαι*, Fr. LVIII — LXVIII.
XV. *Ἐπιγράμματα.* (*Ἀποσχεδιάσματα.*) CXLVIII — CCXXXI.

Distribuimus autem carmina lyrica fere ad Pindaricorum carminum ordinem, quum Grammaticorum descriptionem qualis fuerit ignoremus.

IX. Simonides Ceus ab Ioanne Grammatico in Aldi Hort. Adon. f. 243, B. accensetur iis poetis Lyricis, qui dialecto usi Dorica Dorienses natione non fuerint: nam Ceus colonos acceperat Iones. Nos quae Hermannus Opuscc. I, p. 247. de Pindaro praecepit: »Est Pindari dialectus Epica, sed colorem habens Doricae, interdum etiam Aeolicae linguae,« jure nostro transferimus in Simonidem Lyricum: nam de Epigrammatis commodior infra erit dicendi locus. Neque aliud dicebant illi Grammatici veteres, qui dialectum ejus, de qua libellum ediderat Trypho Alexandrinus teste Suida, prorsus ignorari dixerunt, v. Grammaticum post Gregor. Corinth. p. 635. Schaefer. Quanquam Simonides, quum Ionica fuerit insula oriundus idemque diu multumque versatus Athenis Atticis, modestius, opinor, quam Pindarus recipiendis formis Doricis splendorem orationi et gravitatem conciliabat. Veluti in lyricis carminibus bis verbo *δίζημαι* utitur Ionibus peculiari. Ita Bacchylides in levioribus carminum generibus, ut in Eroticis, Dorismum repudiasse videtur, v. Frr. XXIII. XXV. XXVII. Dorismus igitur Simonidis angustis circumscriptus limitibus: angustioribus circumscriptus a librariis, qui saepissime vulgares formas sibique notiores reconditioribus et ab ipsorum usu remotis substituerint: quae quidem ad Pindaricas leges reformavimus omnia, quum, quid in

singulis discrepaverit a Pindaro, vix certo dignoscere liceat. Velut ubique in prima declinatione α restituimus, ubi id η literae cesserat, similiter ut in illis γεγενημένον, μωμήσομαι, ὀνησίπολιν et rell. Porro ubique poetae formas ἀποτρέποισα, καλέοισιν, στρέφοισαν, κλέπτοισιν vel ex libris vel de nostro reddidimus: semel θραύοντι in carmine offertur Dorio: similiter Μοῖσα scribendum erat loco vulgaris formae. Pariter ὄρνιθες et βλέφαρον in ὄρνιχες et γλέφαρον mutavimus, in compositis βλ deserere non ausi.

Paucula, ut Aeschylum fecisse accepimus, a Siculis duxisse videtur δωρικώτερα: ut πώλυπος cum Epicharmo habet commune, κάρκαρον cum Rhinthone Tarentino et Sophrone Syracusano. Aeolica delibavit exigua: ex abstrusioribus est ἔλλαθι loco vulgaris ἵλαθι; loquitur enim Achilles in Sigeo Aeolidis sepultus, Fr. Inc. XCI. Minus insolens ἐπαίνημι in carmine ad Scopam Epin. Fr. XII, 21., quod Socrates Platonis Lesbium esse et ob Pittacum Lesbium positum jocatur. In eundem censum veniunt, nisi fallimur, φρὲς pro φέρε usurpatum, ut videtur, Fr. Inc. LXXXIII.; πύϊρ, κυανοπρώϊραν ad morem Aeolensium soluta praeter solitum. Alia ad Aeolensium linguam prope accedentia in carmine Epin. XII. Aeoliis modis apto restituta sunt de more Pindari: ex quibus est ἐσλός, πράξαις. Sed ἐς praepositionem, quae Pindaro in Aeoliis ἐν sonat, intactam relinquere placuit.

Omnino autem Simonides tanquam scopulum fugit quae lenem sermonis tenorem conturbarent, veluti τριγλώχιν ὀϊστὸς dicere maluit, quam altera forma antelata sigmatismo aures obtundere, Fr. Inc. CXXXIX. eandemque ob caussam Fr. LXXXIII. τύγε ascivit. Idem omnino Pindaro et in eo dissimilis, quod abest a studio con-

sectandi voces rariores et magnum sonaturas: qui quidem prope nunquam a vulgari dicendi consuetudine deflexerit, hac quoque in re tenuitati sermonis studiose prospiciens.

Hiatum Simonides admittit ita, ut ubique in Epicorum poetarum auctoritate repositam habeat excusationem: turpes quique hiatus certissima emendatione sublati. Restant ii, qui in alloquutionibus accedente interpunctione cernuntur, ut in Danaae v. 4.: *Εἶπέ τε· Ὦ τέκος*, et Epigr. CLVII, 1. *Ὦ ξένε, εὔϋδρον.* In eadem Danaa v. 3. quod legitur *δείματι ἤριπεν*, id ab usu Dativi veniam impetrabit. Sunt denique, qui ope digammi removentur et exemplo poetarum Epicorum: quam in partem interpretanda *σάφα εἰδώς, οὐδὲ ἴσασιν, ἄνδρα ἰδών, μήποτε εἴπῃς, χέρα εἶπέ τε, θαρσαλέον ἔπος*, ubi nota ultimam vocis *θαρσαλέον* in arsi productam, *ἑπτὰ ἰοπλοκάμων, τὸ Ἴλιον* et quae sunt alia, si qua sunt.

In correptionibus productionibusque brevium vocalium ante mutam cum liquida medium quendam Homerum inter et Pindarum locum tenet ita, ut Epicae poesis auctoritas praegravasse videatur. Ratione enim solerter inita decem fere numerantur productiones, ubi semel bisve corripiendi licentiae indulserit. Diphthongos in mediis vocabulis aliquoties corripit, ut in vulgaribus *τοιοῦτος, ἐποίησε*, ita in v. *Ἀμυκλαίαν*: in Epigr. CXCIII, 3. *δηΐων* tanquam anapaesto utitur ad normam Homeri. Voces *χρυσέας* et *ἴσος* prima habet brevi cum Pindaro: *καλὸς* in Lyricis eandem habet mensuram, in Epigrammatis producitur more poetarum Epicorum. Namque Simonides in Elegiis atque Epigrammatis sermonis Epici consuetudinem religiose custodit, veluti in Lyricis *ὁ αἰὼν*, femello genere in Elegiis atque

Epigrammatis dicit. Sed idem *Πίσα*, quam vocem in Lyricis cum Pindaro corripuit, in Epigr. CCXIV. produxerit, nostro jure addubitavimus.

Quod ad Synizesin attinet, vulgaria sunt illa *Ἀρχεναύτεω, χερνήτεω, φιλέωσιν, βαλέω, θεάν, θεῶν, μὴ οὐ, δινάεντα, ἔαρος, Μεγιστέα*, similia: majore libertate in Epigrammate *χαρίεντας* (⏑ – ⏑) tanquam amphibracho utitur. Elisionem *αι* diphthongi semel restituimus Threnor. Fr. L, 16. *Κέλομ', εὗδε βρέφος*. A Crasibus abhorruisse videtur poeta: nunc certe nonnisi *τοὐπιπλεῖστον* et *τοὕνεκεν* comparent: Thren. Fr. LII. *καὶ ὅ*, non *χὤ* scriptum ferimus. —

X. Carmina Simonidis et ab aliis Grammaticis et ab Aristophane Byzantio numeris descripta fuisse constat testimonio Dionysii Halic. Comp. Verbb. XXVI, p. 430. Schaefer. (v. Threnor. Fr. L.). Metra poetae quum in universum aestimanti Pindaricis sint similia, non videbantur uberiorem disputationem desiderare: nobis quomodo singula dimetiri placuerit, patebit infra. Quanquam primum, quo gravitatem devitaret poeta Ceus, et logaoedicis numeris utitur frequentius et in syllabis ancipitibus brevem praeferre amat. Deinde quo propius abest ab Epica poesi, dactylico delectatur numero, veluti Fr. VII. habet heptametrum catalecticum in disyllabum, sententiae ponderi congruum. Idemque hexametro non abstinet vel cum aliis numeris juncto, ut Fr. Epin. XVIII, 4. vel per se posito, ut ibidem v. 7. cll. Encom. Fr. IX, 3., sed heroico versui dissimili, utpote uno ductu comprehenso caesuraque carente. Grammatici veteres quos versus Simonidis nomine insigniunt, maximam partem sunt dactylici vel puri vel logaoedici. Marius

Victorin. p. 2518, 12. Putsch. »Pentametrus catalecticus (scr. acat.), qui e quinque, ut

Phoebus me docuit juga Pieridum sequi.

Et hoc Simonidium dicitur.« At exemplum illud versiculi est logaoedici. Adde Serv. Centim. p. 1820, 25. Simonidium constat trimetro acatalectico, ut est hoc:

Indue pallia serica.«

Marius Victorin. p. 2518, 4. »Trimetrus acatalectus, qui e tribus, ut

Cui non dictus Hylas puer.

Hoc ἡμιεπὲς dicitur, quo Simonides frequenter usus est.« Et Servius p. 1820, 44. eidem Pentametrum acatalecticum tribuit, hoc exemplo apposito:

Parthenopaeus erat puer Arcadiae decus.«

Qui quidem versus omnes, si non logaoedici erant, in systematis habebant locum, veluti similes exstant Fr. Thren. L, 4. 20. Elusit acumen Grammaticorum syllaba finalis anceps, qua Simonides plerumque brevi usus videtur. Praeterea versu Archebuleo, cujus haec est species:

× –́ ◡ ◡ – ◡ ◡ – ◡ ◡ – ◡ – ⏓

usus dicitur apud Atil. Fortunat. p. 2673. et Mar. Victor. III, p. 2582. Ejusdem nomine appellat Serv. Centim. p. 1822, 19. anapaesticum trimetrum hypercatalectum, quem vocat, hoc addito specimine:

»Tuba terribili procul aere sonat, clipeum quate miles.« Quem versum patet aliter metiendum esse.

In iambicis versibus notatu dignus liberrimae conformationis senarius, quo ipso ad lyricorum modorum dignitatem adspirat, qui est Fr. Inc. CVI.

Ὁ δαὖτε θάνατος ἔκιχε καὶ τὸν φυγόμαχον,

si quidem recte emendavimus. Qui autem senarii et olim obtrudebantur Simonidi et nunc obtruduntur — id quod vel G. Hermanno accidit Fr. Epin. XIX. —, ab usu Lyricorum poetarum longissime recedunt. Vetustus tamen error, siquidem Fr. Inc. XCIV. fortasse vel Aristotelis aetate labem traxerat: quanquam id nobis aegre persuaserimus: satius est incusare librarios.

De compositione stropharum haec sunt apud Hephaestionem p. 122, 16. *Ἐπῳδικὰ μὲν οὖν ἐστιν ἐν οἷς συστήμασιν ὁμοίοις ἀνόμοιόν τι ἐπιφέρεται. ἐπ' ἔλαττον μέντοι τοῦ τῶν τριῶν ἀριθμοῦ οὐκ ἂν γένοιτό τι τοιοῦτον· ἐπὶ πλεῖον δὲ οὐδὲν αὐτὸ κωλύει ἐκτείνεσθαι· γίνεται γὰρ ὥσπερ τριὰς ἐπῳδική, οὕτω καὶ τετρὰς καὶ πεντὰς καὶ ἐπὶ πλεῖον, ὡς τά γε πλεῖστα Πινδάρου καὶ Σιμωνίδου πεποίηται.* Strophas poetae Cei non minus artificiose quam Pindaricas compositas fuisse, ex Encom. Fr. IX., Epin. XII. et Thren. L. abunde colligitur. Scolia, si ab Simonide profectum est Fr. XLII., Aeolensium poetarum more modoque confecisse videtur, ut alii fecerunt poetae Dorienses.

Doriae harmoniae masculae et gravitate insigni ut plurima alia carmina, ita vel Dithyrambos attemperasse videtur, quibus et Dorios modos et Phrygios et Lydios adhibitos ait Dionys. Hal. Comp. Verbb. XIX, p. 262. Sch. Poeta ipse Aristonis Argivi *Δωρίους καθαροὺς αὐλοὺς*, qui Dithyrambis assonuissent, cum laude commemorat Epigr. CCV, 7. Et cfr. Frr. Inc. LXXVII. CXX., quae Dithy-

rambis accensenda videntur. Si recte arbitramur, hae praeterea reliquiae Dorios numeros ostendunt: Frr. II. III. IV. VI. X. XI. XVIII. XIX. XX. XXIV. XXV. XXVII. XXXII. XXXIII. LXIX. LXXI. LXXV. LXXVI. CVII. CXVI. CXVII. CXXV. CXXXVIII. De reliquis — et ne de his quidem omnibus res extra dubitationem posita est —, quilibet suo fruatur judicio.

L y d i a m harmoniam *ὀξεῖαν καὶ ἐπιτήδειον πρὸς θρῆνον* Threnos habuisse probabile est plerosque, nisi quod quidam Doricis modis apti erant, veluti Fr. LIV. Lydios modos videmur agnoscere in Encomio in Thermopylenses Fr. Enc. IX., fractiores ab initio, incalescente poetae pectore concitatiores.

A e o l i c a m *βαρύβρομον ἁρμονίαν* (Lasus Hermionensis Ath. XIV, p. 624, E.) Epin. Fr. XII. in Scopam Thessalum offert.

Modos C r e t i c o s (*Κρητικόν: μέλος τι καὶ ῥυθμός.* Photius, cll. Boeckh. Metr. Pind. II, 7. p. 143.) poeta ipse Fr. XLV. vindicat Hyporchematis, qui Creticis potissimum abundabant, numero violentis motibus apto, et anapaestis velocissimis.

Denique L o c r i c a harmonia interdum usus videtur, si fides Heraclidae Athen. XIV, p. 625, D. *Δεῖ δὲ ἁρμονίαν εἶδος ἔχειν ἤθους ἢ πάθους, καθάπερ ἡ Λοκριστί. ταύτῃ γὰρ ἔνιοι τῶν γενομένων κατὰ Σιμωνίδην καὶ Πίνδαρον ἐχρήσαντό ποτε καὶ πάλιν κατεφρονήθη.*

Simonides quod lyrae *τὸν τρίτον φθόγγον* addidisse dicitur Scholl. Ar. Vespp. 1410. et Suid. s. v., recte viderunt Musicum illum veterem Simonidem intelligendum esse, quem supra p. VIII. tetigimus. Ceo poetae *βάρβιτον πολύχορδον* perverse tribuit Theocritus XVI, 45. Ipse aulo videtur delectatus, cfr. Frr. Inc. LXXVII.

et Epigr. CCV, 7. Ob modorum gravitatem et in summa arte temperantiam, ipsius Musica ὁ ἀρχαῖος τρόπος postea vocatus est, v. Plut. Mus. XX. Hyporchematis Molossum quoddam instrumentum, quod quale fuerit incompertum est, assonabat, v. Fr. Hyporch. XLV.

XI. De Simonide commentarios ediderat Chamaeleon Heracleota, quos Athenaei beneficio cognoscimus, v. X, p. 456, C., XIII, p. 611, A., XIV, p. 656, C. Ex quibus commentariis pleraque videntur fluxisse vel facete dicta vel sapienter praecepta, quae ad nostram aetatem pervenerunt. Ὑποθέσεις εἰς Σιμωνίδην confecerat Palaephatus Aegyptius vel Atheniensis Grammaticus, Suidas s. v. Παλαίφατος. Recentiore aetate de vita et carminibus Simonidis complures exposuerunt, inter quos cum laude nominandi Venerabilis Fridericus Iacobsius, et alio nomine de Simonide praeclare meritus, et G. E. Weberus, qui in versione Elegiacorum poetarum p. 607 — 612. capita rerum complexus est. Peculiarem dissertationem edidit Van Goens Batavus, Trajecti ad Rhenum 1768. Post hunc Boissy Gallus, Paris. 1755., iterum 1788. Illius libellum consului: alterum non vidi. Non sustinui autem exagitandis virorum doctorum erroribus, qui sunt non pauci iique gravissimi commissi, quandam gloriolam aucupari. Et quid juvabat, res si qua simplex agebatur et ex veteribus monumentis, quae cuique patent, satis asserta, illorum ubique auctoritatem interponere? Neutrum fructuosum fuerat.

Carminum Simonideorum Fragmenta post Neandrum et Stephanum, quem repetiit Aemil. Portus, Fulvius Ursinus diligentius collegit, interdum bonorum codicum auxilio adjutus. Post potiora complexus est Brunckius in Anall. Vett. Poett. Graecorum T. I. p. 120 — 147., sapienter ille in fronte admonens, non unius Leoprepidae, sed etiam

ἄλλων τινων ὁμωνύμων (et non ὁμωνύμων) ποιητῶν carmina exhiberi. Commentariis bonae frugis plenis ea instruxit Fr. Iacobsius. Nostra aetate Gaisfordius Brunckianam farraginem cum Ursinianis imperitissime conflavit, additis quibusdam de suo: Britannum magna levitate in hoc quidem opere versatum Lipsiae instauravit Guil. Dindorfius, is quoque notulis hic illic adspersis: eundem in Britannia nuper I. A. Giles, Baccalaureus Oxoniensis, ducem elegit, cujus Scriptores Graecos Minores incredibili judicii perversitate in his terris recoquere coeperunt Francofurti ad Moenum. Sunt praeterea, qui partem in libros suos receperunt, ut Ilgenius in Scoliorum collectionem, Iacobsius vel Thierschius potius in Anthologiam Poeticam, Mehlhornius in Anthologiam Lyricam, Boissonadius in T. XV. Poetarum Graecorum. Amorgini Simonidis iambos nuperrime Welckerum secrevisse nunc demum affertur nuncius. Nos priorum interpretum commenta, quae vel sermo Graecus vel doctrina metrorum vel aetas denique nostra respueret, ut par erat, pressimus, et pressimus non pauca, hac quoque in caussa non tam ambiguam aliquam laudem ex religiosa enumeratione inutilium rerum fortasse apud quosdam judices orituram quaerentes, quam saluti literarum solliciti. Nam quaevis aetas profert, quae ut obliterentur providendum est sequenti, ne mole obruantur potius literae quam illustrentur, et multi erroribus implicari debebant, quo nobis aliisque iter ad verum reperiundum muniretur. Largam emendaturis messem spondemus, largiorem paratam esse cavillaturis certo scimus: emendent, cavillentur. Sic qui tacuimus alios erit quum tacebimur ipsi et ut vel hac aetate taceamur, poetae nostri caussa vehementer optamus.

II.

SIMONIDIS CEI

CARMINUM RELIQUIAE.

A.

CARMINUM LYRICORUM FRAGMENTA.

I.

Ἡ ΚΑΜΒΥΣΟΥ ΚΑΙ ΔΑΡΕΙΟΥ ΒΑΣΙΛΕΙΑ.

Scholiasta Aristoph. Vespp. 1410. et Suidas v. *Σιμωνίδης. Γέγραπται αὐτῷ Δωρίδι διαλέκτῳ ἡ Καμβύσου καὶ Δαρείου βασιλεία.* Eodem spectat Vita Pindari cod. Vratisl. apud Boeckhium p. 9. et qui haec *κατὰ τοὺς παλαιοὺς* enarrat, Eustathius Opuscc. p. 58, 17. Tafel. *Ἐπέβαλε δὲ ὁ Πίνδαρος τοῖς χρόνοις Σιμωνίδου ἢ νεώτερος πρεσβυτέρῳ· τῶν γοῦν αὐτῶν μέμνηνται ἀμφότεροι πράξεων· καὶ γὰρ Σιμωνίδης τὴν ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχίαν γέγραφε,* (cujus meminit Pind. Pyth. I, 76. Isthm. IV, 48.) *καὶ Πίνδαρος μέμνηται τῆς Κάδμου βασιλείας.* In locum Cadmi Schneiderus praef. Nicandri Theriacc. p. XVI. *Δαρείου* sufficiebat, ad literarum ductus verisimilius Boeckhius Pind. Fr. Inc. 92. *Καμβύσου:* quamvis absurda ratiocinatio Grammaticorum. Hinc aetatem poetae Cei sistit Freculphus Chronicorum III. sub fin., qui eum regnante Cambyse clarum memorat.

Simonidis carmen quale fuerit difficile est ad augurandum: modo ne pedestri oratione opus historicum confingas cum hominibus quibusdam non indoctis. Fortasse barbarorum regum saeva facinora — quanquam Persis suis *ἄκακος ἄναξ Δαρεῖος* — in exemplum proponebat popularibus suis, quo contra Persas Xerxe duce bellum Graeciae illaturos inflammaret. Nisi forte posteriore aetate excerpta fuisse credis, quae de Cambyse et Dario per carmina Leoprepidae sparsa erant, ut Pindari *κατα-*

λογάδην παραινέσεις τοῖς Ἕλλησι circumferebantur, teste Suida: sed id parum probabile. Inter carminum reliquias nihil est quod huc referas: nam quod Uptonus ad Dionys. Hal. de Compos. Verbb. p. 37. Schaef. tetrametrum trochaicum apud Hephaestionem servatum Simonideo carmini vindicabat, merito alii eundem Anacreontis (ut Bergkius Anacr. p. 263.) esse judicaverunt. Est autem hic:

Ἐρξίῃ πῃ δηὖτ' ἄνολβος ἀθροΐζεται στρατός.

II.

Ἡ ἘΝ ἈΡΤΕΜΙΣΙΩΙ ΝΑΥΜΑΧΙΑ.

Μεγάλων ἀέθλων Μοῖσα μεμνᾶσθαι φιλεῖ.
PINDARUS.

Illustres victoriae Graecorum de Persis reportatae et Epicorum et Lyricorum et Tragicorum poetarum ingenia exercuerunt. Isocrates Panegyr. XLII. *Εὕροι ἄν τις ἐκ μὲν τοῦ πολέμου τοῦ πρὸς τοὺς βαρβάρους ὕμνους πεποιημένους, ἐκ δὲ τοῦ πρὸς τοὺς Ἕλληνας θρήνους ἡμῖν γεγενημένους, καὶ τοὺς μὲν ἐν ταῖς ἑορταῖς ᾀδομένους, τῶν δ' ἐπὶ ταῖς συμφοραῖς ἡμᾶς μεμνημένους.* Multis poetis eorum laudes, qui in Thermopylis occubuerunt, celebratas testatur Diodorus Sic. XI, 11. Res ipsa loquitur; ut dormitaverit is qui Menexenum conscripsit, p. 239, C. *Ὧν οὔτε ποιητής πω δόξαν ἀξίαν ἐπ' ἀξίοις λαβὼν ἔχει, ἔτι τ' ἐστὶν ἐν μνηστείᾳ, τούτων πέρι μοι δοκεῖ χρῆναι ἐπιμνησθῆναι ἐπαινοῦντά τε καὶ προμνώμενον ἄλλοις ἐς ᾠδάς τε καὶ τὴν ἄλλην ποίησιν αὐτὰ θεῖναι πρεπόντως τῶν πραξάντων.* Conferas A. G. Langii Parerg. VI. ad Vindicias Trag Rom. in Opuscc. p. 101.

De Simonideis carminibus Scholl. Arist. Vespp. 1410. et Suidas v. *Σιμωνίδης. Γέγραπται αὐτῷ Δωρίδι διαλέκτῳ ἡ Καμβύσου καὶ Δαρείου βασιλεία καὶ Ξέρξου ναυμαχία, καὶ ἡ ἐπ' Ἀρτεμισίῳ ναυμαχία δι' ἐλεγείας· ἡ δ' ἐν Σαλαμῖνι μελικῶς.* Locus conturbatus: nam quae separatur pugna Xerxis, et Artemisia est et Salaminia, ut auctor scholii si non scripserit, at debuerit scribere: *Καὶ Ξέρξου ναυμαχία· καὶ ἡ μὲν ἐπ' Ἀρτεμισίῳ δι' ἐλεγείας, ἡ δ' ἐν Σαλαμῖνι μελικῶς.* Quanquam ne hoc quidem verum: utraque pugna lyricis modis adstricta: Plataeensis elegiacos sibi numeros vindicat, unde refellitur transponendi ratio, quam iniit Bergkius noster Anacreont. p. 232.

Ad Artemisium *παῖδες Ἀθαναίων ἐβάλοντο φαεννὰν κρηπῖδ' ἐλευθερίας*, ait Pindarus: nam licet teste Herodoto VIII, 1 — 19. post tria praelia aequo Marte discessum sit, at Graeci tunc primum navalibus copiis cum barbaro congressi quid virtus et quid patientia posset perspexerunt. Hinc oratores, ut Isocrates Paneg. XXVI., victoriam loquuntur et Plutarchus de Herodoti Malign. p. 868, A. quum omnes fere mortales in victoria Graecis tribuenda consentire testatur, testimonium dicit pro poeta Ceo.

Frr. II. III. IV. V. VI.

Heliodorus apud Priscian. de Metr. Comic. p. 1328. 2
Putsch. »Simonides et Alcman in iambis teste Heliodoro non solum in fine ponunt spondeum, sed etiam in aliis locis. Simonides in *τῇ ἐπ' Ἀρτεμισίῳ ναυμαχίᾳ* in dimetro catalectico:

Ἐβόμβησεν θάλασσα.

[–́] ⏑ – – –́ ⏑ – ⏓

3 in secundo loco spondeum posuit. *Ἀντιστρέφει δὲ αὐτῷ·*

Ἀποτρέποισα Κῆρας.

Alcman autem in primo (h. e. in primo libro carminum) catalecticum trimetrum fecit habentem in quarto loco modo iambum, modo spondeum, sic: *Νευμόναρχε παρθένοις ἀεῖδεν· Καὶ ναὸς ἁγνᾶς εὐπύργω θεραπαίνας* [3]).
4 In quarto loco spondeum habet. Similiter:

Χέρσονδε κωφὸν ἐν φύκεσσι πιτνεῖ.

– ´ ◡ ´ ◡ – – ´ ◡ – –

quarto loco spondeum posuit: nam φῦ producitur teste Heliodoro, qui ait Simonidem hoc frequenter facere.«

Primum et alterum frustulum non iambis, sed trochaicis dipodiis constat. Codex Lindemanni *ἐβόμβησεν θαλάσσας*. Cui respondebant in antistropha, (nam verba *ἀντιστρέφει δὲ αὐτῷ* ex Graeco Heliodori servavit Priscianus), quae depravata praestant libri: Lindemanni codex *ἀποτρέπουσ' εἰ κῆρας*, Aldus *ἀποτρέπουσαν κῆρας*, Putschius *ἀποτρέποις εἶ κῆρας*, Ursinus *ἀποστρέφουσα κῆρας*. De navigio dicta puta barbarorum impetum fortiter propulsante. Godofr. Hermannus Opusc. II, p. 261. *ἀποτρέπουσα* an *ἀποτρέπουσαν* verum sit fluctuat: neutrum vero.

Tertium fragmentum ab Welckero Alcman. p. 18. Alcmani accensum Simonidis est et ipsum. Nam Pri-

[3]) Alcmanis locum aliis fontibus collatis ita restituit Hermannus:

Μῶσ', ἄγε, Μῶσα λίγεια,
πολυμελὲς ἀοιδᾶς μέλος
νεοχμὸν ἄρχε παρθένοις ἀείδεν.

Sequentia ita nobiscum corriges: *Καί·*

καὶ ναὸς ἁγνὸς εὐπύργω θεράπνας.

scianus postquam duo apposuit exempla Simonidis, duo Alcmanis: pergit usus voce similiter ad aliud frustulum eaque versuum specie frequenter usum Simonidem Heliodoro teste admonet: nam cave credas mensuram vocis *φῦκος* dixisse Grammaticum: adeo absurdum fuisse hominem aegre nobis persuademus: id sua natura producitur, non lubidine poetarum. Codex *χερσάνδε*: *φύκεσι* Aldus. Cadaver dicit poeta tempestate ad litus jactatum.

Singulari enim favore Boreae fruebantur Athenienses, cujus opem ipsis ad Artemisium praestitam non praetermiserat Simonides. Testantur Scholl. Apoll. Rhod. 5
I, 211. *Τὴν Ὠρείθυιαν Σιμωνίδης ἀπὸ Βριλησσοῦ φησὶν ἁρπαγεῖσαν ἐπὶ τὴν Σαρπηδονίαν πέτραν τῆς Θρᾴκης ἐνεχθῆναι. — ἡ δὲ Ὠρείθυια Ἐρεχθέως θυγάτηρ, ἣν ἐξ Ἀττικῆς ἁρπάσας ὁ Βορέας ἤγαγεν ἐς Θρᾴκην κἀκεῖσε συνελθὼν ἔτεκε Ζήτην καὶ Κάλαϊν, ὡς Σιμωνίδης ἐν τῇ Ναυμαχίᾳ.* Tetigerat haec Simonides eodem loco, quo Choerilus in Persicis, v. Naekius Choeril. p. 154., et Herodotus VII, 189. cll. Pausan. Attic. I, 19, 6. Nam quum Atheniensibus in Chalcide Euboeae stationem habentibus editum oraculum esset, *τὸν γαμβρὸν ἐπίκουρον ἐπικαλέσασθαι* (cfr. Himer. Oratt. I, 18.), Aquilonem dici arbitrati eum, qui Erechthei sui Orithyiam in Thraciam sustulisset, sacrificiis oblatis implorarunt, vindicaret Orithyiam neve salvas vellet naves barbarorum. Precibus annuit: disturbata Persarum classis.

Simonides ab Brilesso, — nam vulgatum *Βριλισσοῦ* correxit Naekius et Mueller. in Ersch. et Gruber. Encyclop. v. Attica p. 218.: Heynius et Sturzius Pherecyd. p. 164. *Ἰλισσοῦ* tentaverant —, colle Attico, raptam fecit Orithyiam, reliqui vel ab Ilisso, quam famam Athenis concreditam ara evincit, quam Boreae ad Ilissum

exstruxerant, de qua praeter Herodotum v. Platon. Phaedr. p. 229, C., vel ab Cephisso, quos sequitur Choerilus, cujus versum instauravit Hermannus:

Ἄνθε᾽ ἀμέργουσαν πηγὰς ὕπο Κηφισοῖο.

Subtilius vero poeta Ceus, qui *Ὠρείθυιαν* ab monte appellatam recordatus sit, quorum in cacuminibus saeviunt turbines: subtiliter illud quoque, ut *τὴν ἁρπαγεῖσαν* ad rupem *Σαρπηδονίαν*, quam non incommode *Rapaciam* interpreteris, ablatam narret.

Denique ad hoc carmen pertinere suspicamur quod
6 est apud Scholl. Paris. Apoll. Rhod. I, 583. *Νῆσος ἡ Σκίαθος τῆς Θεσσαλίας ἐγγὺς Εὐβοίας, ἧς καὶ Σιμωνίδης μέμνηται.* Quae insula, ut consentaneum erat, Graecorum navibus tenebatur, quae classem barbarorum opperirentur, Herodot. VII, 179. 182. VIII, 7.

III.

Ἡ ἘΝ ΣΑΛΑΜΙΝΙ ΝΑΥΜΑΧΙΑ.

VII. VIII.

7 Ad hoc carmen haud cunctanter rettulimus quae sunt apud Plutarchum de Exsil II, p. 602, C. *Ἂν γὰρ τούτων τις μνημονεύῃ φρένας ἔχων καὶ μὴ παντάπασι τετυφωμένος, αἱρήσεται καὶ νῆσον οἰκεῖν φυγὰς γενόμενος Γύαρον ἢ Κίναρον*

σκληρὰν, ἄκαρπον καὶ φυτεύεσθαι κακήν·

οὐκ ἀθυμῶν οὐδὲ ὀδυρόμενος οὐδὲ λέγων τὰ τῶν παρὰ Σιμωνίδῃ γυναικῶν·

Ἴσχει δέ με πορφυρέας ἁλὸς ἀμφιταρασσομένας ὀρυμαγδός.

–́ ᴗ ᴗ – ᴗ ᴗ – ᴗ ᴗ – ᴗ ᴗ – ᴗ ᴗ – ᴗ ᴗ – ᴗ

Videmur nobis audire haec vociferantem chorum Atticarum mulierum, quas cum senibus liberisque vel Troezena, vel Aeginam, vel Salamina denique submoverant, Herodot. VIII, 41. 60, 2. De numero v. Prolegg. p. XLIX.

Plutarch. Themistocl. XV. *Οἱ δ' ἄλλοι τοῖς βαρ-* 8
βάροις ἐξισούμενοι τὸ πλῆθος ἐν στενῷ κατὰ μέρος προσφερομένους καὶ περιπίπτοντας ἀλλήλοις ἐτρέψαντο μέχρι δείλης ἀντισχόντας, ὡς εἴρηκε Σιμωνίδης, τὴν καλὴν ἐκείνην καὶ περιβόητον ἀράμενοι νίκην, ἧς οὔθ' Ἕλλησιν οὔτε βαρβάροις ἐνάλιον ἔργον εἴργασται λαμπρότερον, ἀνδρείᾳ μὲν καὶ προθυμίᾳ τῶν ναυμαχησάντων, γνώμῃ δὲ καὶ δεινότητι Θεμιστοκλέους. Plutarchus num verba *ἀράμενοι νίκην* et *ἐνάλιον ἔργον* a poeta mutuatus sit, ut placet Schaefero et Sintenisio, incertum est: Simonides barbaros *μέχρι δείλης ἀντισχεῖν* testatus erat, quo pertinacem suorum virtutem extolleret: cfr. Herodot. VIII, 86. Similiter Aeschylus Perss. 405.

Τὰ πρῶτα μὲν δὴ ῥεῦμα Περσικοῦ στρατοῦ
ἀντεῖχεν· ὡς δὲ πλῆθος ἐν στενῷ νεῶν
ἤθροιστ', ἀρωγὴ δ' οὔτις ἀλλήλοις παρῆν,
αὐτοὶ δ' ὑφ' αὐτῶν ἐμβολαῖς χαλκοστόμοις
παίοντ', ἔθραυον πάντα κωπήρη στόλον,
ἑλληνικαί τε νῆες οὐκ ἀφραδμόνως
κύκλῳ πέριξ ἔθεινον.

IV.

ἘΓΚΩΜΙΑ.

Encomia carmina laudes hominum in comissatione

cantandas complexa Simonidi tribuunt Scholl. Arist. Vespp. 1410. et Suidas v. *Σιμωνίδης*.

IX. *ΕΙΣ ΤΟΥΣ ἘΝ ΘΕΡΜΟΠΥΛΑΙΣ ΘΑΝΟΝΤΑΣ.*

Diodorus Sic. XI, 11. *Οὐχ οἱ τῶν ἱστοριῶν συγγραφεῖς μόνοι, ἀλλὰ καὶ πολλοὶ τῶν ποιητῶν καθύμνησαν αὐτῶν τὰς ἀνδραγαθίας· ὧν γέγονε καὶ Σιμωνίδης ὁ μελοποιὸς, ἄξιον τῆς ἀρετῆς αὐτῶν ποιήσας Ἐγκώμιον, ἐν ᾧ λέγει·*

Τῶν ἐν Θερμοπύλαις θανόντων
εὐκλεὴς μὲν ἁ τύχα, καλὸς δ' ὁ πότμος,
βωμὸς δ' ὁ τάφος, πρὸ γόων δὲ μνᾶστις, ὁ δ' οἶκτος ἔπαινος.
Ἐντάφιον δὲ τοιοῦτον οὔτ' εὐρὼς
οὔθ' ὁ πανδαμάτωρ ἀμαυρώσει χρόνος, ἀνδρῶν ἀγαθῶν.
Ὁ δὲ σακὸς οἰκέταν εὐδοξίαν
Ἑλλάδος εἵλετο· μαρτυρεῖ δὲ Λεωνίδας
ὁ Σπάρτας βασιλεὺς, ἀρετᾶς μέγαν λελοιπὼς
κόσμον ἀέναόν τε κλέος.

x – –́ ⏑ ⏑ – ⏑ – –
–́ ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏓
– –́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – – –́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏓
–́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ – –́ –
x ⏑ –́ ⏑ ⏑ – ⏑ – – –́ ⏑ ⏑ – –́ ⏑ ⏑ –
⏑ ⏑ –́ ⏑ –́ ⏑ – – –́ ⏑ –
–́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ –́ ⏑ ⏑ – ⏑ –
x – –́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑ – –
x ⏑ –́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ x

Versu 1. *Θερμοπύλαισι* codices A H. 2. *δὲ ὁ πότμος* cod. L. 3. Libri corrupte *προγόνων δὲ μνᾶστις*: Her-

mannus de Metris p. 453. *πρὸ χοῶν*, quae tamen dubium esse nequit quin his quoque heroibus oblatae fuerint, ut Plataeensibus: *πρὸ γόων* Ilgenius et Eichstaedt. Nov. Actt. Societ. Lat. Ienens. I, p. 198. collato Plutarcho Consol. ad Apollon. p. 114, D. *Οὐδεὶς ἀγαθὸς ἄξιος θρήνων, ἀλλ' ὕμνων καὶ ἐπαίνων, οὐδὲ πένθους, ἀλλὰ μνήμης εὐκλεοῦς, οὐδὲ δακρύων ἐπωδύνων, ἀλλ' ἀστείων ἀπαρχῶν.* Quo probato haec exsistit interpretatio totius loci, qui pulcherrimo ordine procedit: Horum virorum gloriosa est fors, quibus contigerit oppugnare hostes funestissimos; pulchra sors, vitam enim pro patriae salute deposuerunt; ara sepulcrum, h. e. sacrum et venerabile; loco lamentationum est tacita recordatio praeclari facinoris; commiseratio praedicatio, qui alias viros in aetatis flore exstinctos commiseramur, hos praedicamus tam pulchra sorte usos. Nam *γόοι* ab *οἴκτῳ* ita differunt (v. Prolegg. p. XXXVIII.), ut illud sit luctus cum lacrimis et planctu in efferendo mortuo fundi solito: *οἶκτος* autem (nam ita vulgatam scripturam *οἶτος* emendavit Iacobsius et Hermannus, codex K *οὗτος*), illam respiciat animi affectionem, quae nos amicorum hominum obitum commiserari jubet. 5. Verba *ἀνδρῶν ἀγαθῶν* hominibus eruditis valde molesta non vulgare pondus addunt fini enuntiati: ad *ἐντάφιον τοιοῦτον* respiciunt. 6. Legebatur *σηκός*: libri *οἰκετᾶν*, Hermannus ad Herodian. post Librum de Emend. Rat. Gr. Gr. p. 314. *οἰκητάν*: syllabam brevem metrum postulare videtur; *οἰκέτης* inquilinum significat et apud Aeschyl. Agam. 715. Thierschii *οἰκέτιν* vulgato deterius. 7. Vulgatum *εἵλατο* (Ursinus *εἵλατο*), quod Diodori est, v. Lobeck. Phryn. p. 183., emendavit Hermannus. Leonidas autem testari dicitur, gloriam Graeciae sepulcro illo conditam esse,

quoniam is, praeclari facinoris pars magna, et ipse ibi conditus erat. Ursinus *Λεωνίδης*. 8. *Σπάρτης* Ursinus. 9. *ἀένναον* codex L.

De Lydiis modis carminis, cujus hoc exordium esse videtur, v. Prolegg. p. LII. Constituebat, immo vero discerpebat et dilaniabat G. Burgessius in Diario Class. Britann. 1820, XLIV. p. 338. Laudem ex certaminibus efflorescentem perennem esse similiter ait Pindarus Pyth. VI, 10.

Τὸν οὔτε χειμέριος ὄμβρος ἐπακτὸς ἐλθών,
ἐριβρόμου νεφέλας
στρατὸς ἀμείλιχος, οὔτ' ἄνεμοι ἐς μυχοὺς
ἁλὸς ἄξοισι παμφόρῳ χεράδι
τυπτόμενοι.

Unde discas Pindarum discernere ab suavi tenuitate Simonidis.

X. *'ΑΔΗΛΟΝ.*

Diogenes Laert. I, 6, 2. *Τὸ ἐπίγραμμά τινες τὸ ἐπὶ Μίδᾳ τοῦτόν φασι* (Cleobulum) *ποιῆσαι·*

Χαλκέη παρθένος εἰμί, Μίδου δ' ἐπὶ σήματι κεῖμαι·
ἔστ' ἂν ὕδωρ τε ῥέῃ καὶ δένδρεα μακρὰ τεθήλῃ,
ἠέλιός τ' ἀνιὼν λάμπῃ λαμπρά τε σελήνη,
καὶ ποταμοί γε ῥέωσιν, ἀνακλύζῃ δὲ θάλασσα,
αὐτοῦ τῇδε μένουσα πολυκλαύτῳ ἐπὶ τύμβῳ
ἀγγελέω παριοῦσι, Μίδας ὅτι τῇδε τέθαπται.

Φέρουσι δὲ μαρτύριον Σιμωνίδου ᾆσμα, ὅπου φησί·

Τίς κεν αἰνήσειε νόῳ πίσυνος Λίνδου ναέταν Κλεόβουλον,
ἀενάοις ποταμοῖς,
ἄνθεσί τ' εἰαρινοῖς,

ἀελίου τε φλογὶ χρυσέας τε σελάνας,
καὶ θαλασσαίαισι δίναις ἀντιθέντα μένος στάλας;
ἅπαντα γάρ ἐστι θεῶν ἥσσω·
λίθον δὲ καὶ βρότεοι παλάμαι θραύοντι· μωροῦ φωτὸς
ἅδε βουλά.

–́ ⏑ – – –́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – – –́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑
–́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –
–́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –
–́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – –
–́ ⏑ – – –́ ⏑ – – – ⏑ –́ ⏑ ⏑ – –́ –
⏑ –́ ⏑ ⏑ –́ ⏑ ⏑ – –́ –
⏑ –́ ⏑ –́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – – –́ ⏑ – – –́ ⏑ – ⏑ – –

Quam sententiam poeta Ceus praecedente carmine effert: *Ἐντάφιον δὲ τοιοῦτον οὔτ' εὐρὼς, οὔθ' ὁ πανδαμάτωρ ἀμαυρώσει χρόνος, ἀνδρῶν ἀγαθῶν*, eandem hoc carmine tuetur, obloquutus Cleobulo Lindio, de qua re revolve dicta in Prolegg. p. XXXVI., qui vel aheneae columnae, ut ipse dicit, vel lapideae, ut affirmat Simonides, sempiternitatem auguratus esset. Eum *Λίνδου ναέταν* contemptim videtur appellare: Carem enim fuisse natione testatur Duris Samius apud Diog. Laert. I, 6, 1.

Versu 1. Libri *αἰνήσειεν νῷ*, Ursinus *αἰνήσειε νῷ*: correxit Hermannus apud Huebnerum. 2. Libri *ἀενάοις*, quod correctum ab eodem Herm., qui videndus ad Eurip. Ionem 117. 4. Vulgo *χρυσᾶς*: correxit Hermannus. 5. *Θαλασσέαισι* Froben. et Ursinus. Post Frobenius *ἀντιθετούμενος στήλας*, Menagius et Ursinus *ἀντιθέμενον στήλας*, codices Stephani *ἀντιθέντα μένος τάλας*, unde correctum est quod recepimus. 7. Vulgo *βρότειοι*: emendavit Hermannus.

V. Ἐπινίκοι ᾨδαί.

Carmina Epinicia Pindaricis magnificentia posthabere videtur Theophylactus Epist. 8. ad Opheomachum, p. 14. Meurs. *Γένοιτό μοι τὸν ἐμὸν ἑταῖρον Ὀλυμπιονίκην ἀκοῦσαι· τάχα γὰρ ἄν σοι καὶ ἐπινικίους προςᾴσωμαι, οὐδὲν ἀτιμότερον τῶν Βακχυλιδῶν ἢ Σιμωνιδῶν, ἴσως καὶ πρὸς τὴν (τοῦ) Βοιωτοῦ λύραν ἁρμοζομένους.* Grammatici haec carmina secus ac Pindarica videntur descripsisse. Namque Fr. XI. citatur *Σιμωνίδης ἐν Τεθρίπποις*, Fr. XVIII. *ἐν Πεντάθλοις*: unde ex variis generibus victoriarum ordinem carminum institutum fuisse cognoscimus. Pariter nobiliores victorias apud Pindarum praeposuerunt minus honorificis, quadrigas et rhedam mularem cursui, luctae, disco.

XI. Ἀδήλῳ τεθρίππῳ.

Scholiasta Aristoph. Eqq. 404., (ubi est:
Ἄισαιμι γὰρ τότ' ἂν μόνον· Πῖνε, πῖν' ἐπὶ συμφοραῖς.)
Τότε, φησίν, ἐπᾴσαιμί σοι τὸ Σιμωνίδου μέλος· Πῖνε, πῖν' ἐν ταῖς συμφοραῖς. ἐκ τῶν Σιμωνίδου δὲ τοῦτο Τεθρίππων. τὸ δὲ συμφοραῖς ἐπ' ἐσθλοῖς. τῶν μέσων γὰρ ἡ συμφορά.

Simonides quid scripserit non potest ambigi, si qui meminerit, istum versiculum excepisse alium qui est apud Athen. X, p. 447, A. *Τοῦτο γὰρ παθεῖν οὐ δύνανται οἱ τὸν κατὰ Σιμωνίδην πίνοντες*

Οἶνον ἀμύντορα δυςφροσυνάων.

Hinc intelligitur, *ἐνὶ συμφοραῖς* scripsisse poetam, non *ἐπὶ*, eundemque *συμφορὰς* de fortuna adversa usurpasse: aliter Aristophanes Simonidem exagitans, qui et *συμφο-*

ρὰς posuit *ἐπ' ἐσθλοῖς* et *ἐπὶ συμφοραῖς* scripsit, ut esset: propter eas res, quae faustae evenerunt. En jam Simonidea:

Πῖνε, πῖν' ἐνὶ συμφοραῖς
οἶνον, ἀμύντορα δυςφροσυνᾶν.

–́ ⏑ –́ ⏑ ⏑ – ⏑ –
–́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –

Bibe in rebus adversis vinum, curarum remedium. Fr. V. Fritzschio in Censura Eumenidd. I, p. 110. aliter visum: is *χαίρειν ἔν τινι* damnat, ubique *ἐπί τινι* requirit. Siccine vero? *Χαίρειν ἐν κακοῖς* est gaudere *in* rebus adversis, *ἐπὶ κακοῖς*, ***propter*** res adversas. Apud Aristophanem *Πῖνε πῖν' ἐπ' εἰςφοραῖς* reponit, quod qui totius loci tenorem observaverit, videbit absurdum esse. At strophae haec non concinunt scilicet; respondet enim: *καὶ κοβαλικεύσομεν.* Verum sarta tecta: verba *πῖνε, πῖν' ἐπὶ συμφοραῖς* nemo non recordabatur Athenis, esse ex carmine Simonideo, unde excusatur neglecta accuratissima responsio. Neque in his acquiescit acumen Fritzschianum: quid quaeris, Simonidem *χαῖρε, χαῖρ' ἐπὶ συμφοραῖς* dixisse ludibundus, opinor, homo philologus persuadere conatur. Quae quo sint digna nomine locus Athenaei documento esto.

XII. *ΣΚΟΛΙΑι ΤΩι ΚΡΕΟΝΤΟΣ ΘΕΣΣΑΛΩι ΤΕΘΡΙΠΠΩι.*

Πολλὰ ἔστι καὶ περὶ ἑκάστου τῶν ἐν τῷ ᾄσματι εἰρημένων ἀποδεῖξαι ὡς εὖ πεποίηται· πάνυ γὰρ χαριέντως καὶ μεμελημένως ἔχει· ἀλλὰ μακρὸν ἂν εἴη αὐτὸ οὕτω διελθεῖν· ἀλλὰ τὸν τύπον αὐτοῦ τὸν ὅλον διεξέλθωμεν καὶ τὴν βούλησιν, ὅτι παντὸς μᾶλλον ἔλεγχός ἐστι τοῦ

Πιττακείου ῥήματος διὰ παντὸς τοῦ ᾄσματος. Socrates apud Platon. Protag. p. 344, A.

In Platonis Protag. p. 339, A. sqq. Socrates cum Protagora Abderita de virtute disceptantes qualis esset non pervenerunt ad finem. Jam Sophista, quem in Simonide aliisque poetis explicandis versatum ex Platonis dialogo collegisse videtur Themistius Soph. p. 289, D., rem de integro orsurus ad explicationem poetarum confugit, in qua omnes flagitat gnaviter versatos. Verba haec sunt: *Καὶ δὴ καὶ νῦν ἔσται τὸ ἐρώτημα περὶ τοῦ αὐτοῦ μὲν, περὶ οὗπερ ἐγώ τε καὶ σὺ νῦν διαλεγόμεθα, περὶ ἀρετῆς, μετενηνεγμένον δὲ εἰς ποίησιν· τοσοῦτον μόνον διοίσει· λέγει γάρ που Σιμωνίδης πρὸς Σκόπαν τὸν Κρέοντος υἱὸν τοῦ Θετταλοῦ, ὅτι* . . . .

Στροφή.

Ἄνδρ᾽ ἀγαθὸν μὲν ἀλαθέως γενέσθαι χαλεπὸν
χερσίν τε καὶ ποσὶ καὶ νόῳ τετράγωνον, ἄνευ ψόγου τετυγμένον.

Exciderunt quinque versus.

Ἀντιστροφή.

Οὐδέ μοι ἐμμελέως τὸ Πιττάκειον νέμεται,
καίτοι σοφοῦ παρὰ φωτὸς εἰρημένον· Χαλεπὸν φάτ᾽ ἐσλὸν ἔμμεναι.
Θεὸς ἂν μόνος τοῦτ᾽ ἔχοι γέρας· ἄνδρα δ᾽ οὐκ ἔστι μὴ οὐ κακὸν ἔμμεναι,
ὃν ἂν ἀμάχανος συμφορὰ καθέλῃ.
Πράξαις γὰρ εὖ πᾶς ἀνὴρ ἀγαθός,
κακὸς δ᾽, εἰ κακῶς, καὶ
τοὐπιπλεῖστον ἄριστοι, τούς κε θεοὶ φιλῶσιν.

Ἐπῳδός.

Ἔμοιγ᾽ ἐξαρκεῖ

ὃς ἂν μὴ κακὸς ᾖ
μηδ' ἄγαν ἀπάλαμνος εἰδώς τ' ὀνασίπολιν δίκαν,
ὑγιὴς ἀνήρ.
Οὔ μιν ἐγὼ μωμάσομαι·
οὐ γὰρ ἐγὼ φιλόμωμος·
τῶν γὰρ ἀλιθίων ἄπειρα γένεθλα.
Πάντα τοι καλὰ τοῖσίτ' αἰσχρὰ μὴ μέμικται.

Στροφή β'.

Τοὔνεκεν οὔποτ' ἐγὼ τὸ μὴ γενέσθαι δυνατὸν
διζήμενος, κενεὰν ἐς ἄπρακτον ἐλπίδα μοῖραν αἰῶνος βαλέω,
πανάμωμον ἄνθρωπον, εὐρυεδοῦς ὅσοι καρπὸν αἰνύμεθα χθονός.
Ἔπειτ' ὔμμιν εὑρὼν ἀπαγγελέω.
Πάντας δ' ἐπαίνημι καὶ φιλέω,
ἑκὼν ὅστις ἔρδῃ
μηδὲν αἰσχρόν· ἀνάγκᾳ δ' οὐδὲ θεοὶ μάχονται.

Strophae

–́⏑⏑ –⏑⏑ –⏑ –⏑– –́⏑⏑×
––́⏑ –́⏑⏑ –⏑– –́⏑ –́⏑⏑ –⏑ –́⏑ –́⏑–
⏑⏑ –́⏑– –́⏑ –́⏑⏑ –⏑– –́⏑ –́⏑⏑ –⏑×
⏑ –́⏑⏑ –́⏑– –́⏑ –́⏑⏑–
– –́⏑– –́⏑ –́⏑⏑–
⏑–́ –́⏑––
–́⏑ –́⏑⏑–– –́⏑⏑ –⏑ –⏑

Epodus

⏑–́– –́–
⏑–́ –́⏑⏑–
–⏑ –́⏑⏑ –⏑– –́⏑ –́⏑⏑ –́⏑ –́⏑⏑ –⏑×
–́⏑⏑ –– –́⏑–
–́⏑⏑ –⏑⏑ –×
–́⏑ –́⏑⏑ –́⏑ –́⏑⏑ –⏑
–́⏑ –́⏑⏑ –⏑⏑– –́⏑––

Simonidea a Platonicis secrevit Schleiermacherus; in numeros suos redigere conatus est God. Hermannus apud Heindorfium p. 597.; antea Heynius periclitatus erat, cujus est dissertatio Opuscc. I, p. 160. Hermannus ut recte strophas detexit, ita minus recte singulos dispescuit versus carminis, quod Aeolios modos habuisse tenendum est. Nos strophas dedimus ex descriptione Boeckhii de Metr. Pind. III, 25. p. 337., Epodum dimensi sumus ipsi.

Versu 1. Suidas *Πιττάκειον, μετουσιαστικόν, τὸ τοῦ Πιττακοῦ· καὶ Σιμωνίδης φησί· Ἄνδρ' ἀγαθὸν ἀλαθέα γενέσθαι χαλεπόν, τὸ Πιττάκειον. εἴρηκε γὰρ ὁ Πιττακός· Χαλεπὸν ἐσθλὸν ἔμμεναι.* 2. Respicit Aristot. Ethic. Nicom. I, 10, 11. *Καὶ τὰς τύχας οἴσει κάλλιστα ὁ εὐδαίμων καὶ πάντη πάντως ἐμμελῶς ὅγ' ὡς ἀγαθὸς ἀληθῶς καὶ τετράγωνος ἄνευ ψόγου.* Rhetor. I, 11. *Τὸν ἀγαθὸν ἄνδρα φάναι εἶναι τετράγωνον μεταφορά· ἄμφω γὰρ τέλεια.* Similiter partem horum verborum usurpant Sopater Stobaei Sermm. XLIV, 17., Julian. Caess. p. 333, B. et qui verba *τετράγωνον ἄνευ ψόγου* aptat Homero suo Eustath. Il. *Δ*, p. 475, 41. Omnibus numeris absolutum cum firmiter constituto commutavit Damascius scripturae vitio deceptus apud Suidam v. *Τετράγωνος· εὐσταθὴς, ἑδραῖος. Δαμάσκιος· Σεμνὸς δὲ ἦν καὶ εὐσχήμων τὰ πάντα καὶ τετράγωνος καὶ ἄνευ ψόγου τεταγμένος.* Illius scripturae optimum se praestat interpretem poeta ipse, qui corporis habitum (*χερσίν τε καὶ ποσί*) cum affectione mentis (*νόῳ*) conjungat. Hominem quadratum Romani vocabant: simili comparatione Horat. Sermm. II, 7, 86.

Fortis et in se ipso totus teres atque rotundus.

Sed nihil similius, quam quod est apud suavissimum

poetam nostratem Walterum von der Vogelweide p. 79. Lachmann.

Sît ich dem getriuwen friunde bin
einloetic unde wol gevieret. —

In iis quae interciderunt Scopas et gens Scopadarum appellati erant: ad quos respicit ὔμμιν versu 20. 3. De dicto Pittacio χαλεπὸν ἐσθλὸν ἔμμεναι v. Zenob. Provv. VI, 38., Suidas v. χαλεπὰ τὰ καλά, Diogenes Laert. I, 4, 4. *Εἶπέ τε χαλεπὸν ἐσθλὸν ἔμμεναι· οὗ καὶ Σιμωνίδης μέμνηται λέγων· Ἄνδρα ἀγαθὸν ἀλαθέως γενέσθαι χαλεπόν, τὸ Πιττάκειον.* [μέμνηται αὐτοῦ καὶ Πλάτων ἐν Πρωταγόρᾳ]. 4. Libri ἐσθλόν: correxit Boeckhius. 5. τοῦτ' ἔχοι γέρας altero loco Plato, altero τοῦτο ἔχοι τὸ γέρας, ubi unus codex apud Bekkerum ἔχοι τοῦτο. 6. ἀμάχανος Boeckhius. Libri ἀμήχανος: pro καθέλῃ duo codd. καθέλοι. 7. Πράξαις Boeckhius, ut in carmine Aeolio: libri πράξας. 9. In libris est: ἐπὶ πλεῖστον δὲ καὶ ἄριστοί εἰσιν οὓς ἂν οἱ θεοὶ φιλῶσιν, quae ad numeros revocavit Hermannus. — Epodus. Versu 12. Libri εἰδώς γε ὀνήσει πόλιν, quod praeclare emendatum ab eodem Hermanno, nisi quod ὀνησίπολιν scripsit. Vel ob sensum vel ob sermonis conformationem compares Soph. Antig. 366.

Σοφόν τι τὸ μηχανόεν τέχνας ὑπὲρ ἐλπίδ' ἔχων,
ποτὲ μὲν κακὸν, ἄλλοτ' ἐπ' ἐσθλὸν ἕρπει·
νόμους παρείρων χθονὸς
θεῶν τ' ἔνορκον δίκαν,
ὑψίπολις· ἄπολις, ὅτῳ τὸ μὴ καλὸν ξύνεστι
τόλμας χάριν.

13. οὔ μιν Schleiermacherus: libri οὐ μήν. Legebatur μωμήσομαι. 14. Libri οὐ γάρ εἰμι φιλόμωμος:

Hermannus εἰμὶ induxit: nobis ἐγὼ requiri visum est. 15. Legebatur ἠλιθίων. Tum ἀπείρων γενέθλα codices omnes, vulgata in editis est vetustissimis. 17. διζόμενος codex Σ; tum plures codd. εἰς. 19. εὐρυέδους ὅσοι κ. αἰν. χθ. vulgo. Codices quidam εὐρυεδοῦς, neque aliter Plutarch. Sympos. IX, 14, 2. Παιδείας δὲ καὶ λόγου δεόμεθα πάντες εὐρυεδοῦς ὅσοι καρπὸν αἰνύμεθα χθονός. Idem de Tranquill. p. 470, D.; de Fraterno Amor. p. 485, C., ubi est εὐρυόδου γ' ὅσοι κ. ἀ. χ. Denique adv. Stoicc. p. 1061, B. εὐρυέδους ὅσοι κ. ἐδόμεθα χθονός, ubi Turnebus νεμόμεθα. Amplificavit poeta Homericum Iliad. VI, 142. βροτῶν, οἳ ἀρούρης καρπὸν ἔδουσι. 20. Ἔπειθ' ὑμῖν libri: emendavit Hermannus. 21. Loco formae ἐπαίνημι, quam Socrates ludit de industria posuisse poetam ob Pittacum Lesbium, pars codicum ἐπαινῆμιν, ἐπαινοῖμι. 22. Ἔρδη libri plerique: quidam ἔρδει vel ἔρδει. 23. Synes. Epp. 103. Ἀνάγκᾳ δὲ οὐδὲ θεοί, φασί, μάχονται. Adde Schol. Eurip. Orest. 478., Zenob. Provv. I, 85., Phalarid. Epp. 83., Procl. Plat. Cratyl. p. 93. Boiss., Diog. Laert. I, 4, 4.

Plato de hoc carmine Sophistas disputantes fecit ideo, ut quam lubricum id genus disputationis esset quantasque haberet cautiones explicatio poetarum istis hominibus adamata, luculento exemplo declararet. Simonides autem cur Pittaci potissimum dictum impugnaverit, Sophistarum personam indutus paene dixerim et ipse, dictum est in Prolegg. p. XXXVI. Pro fundamento carminis illam sententiam posuit, quo clariore in luce collocaret suam opinionem Difficile esse bonum virum evadere. Quanquam cave credas, Pittacum quum χαλεπὸν ἐσθλὸν ἔμμεναι dixit, consummatam intellexisse virtutem nec unquam labantem: mentem dicti Simonides

de industria ita inflexit, ut haberet quo carperet dominum Mytilenaeum, in quem non sine acerbitate jacta illa sunt v. 4. *Καίτοι σοφοῦ παρὰ φωτὸς εἰρημένον*, v. Welcker. Mus. Rhen. 1833, 4. p. 541 sqq. Convellit autem poeta Ceus Pittacium dictum his rationibus (*ὡς ἂν εἰ λέγοι λόγον* p. 344, B.): »Deus solus hoc sibi habuerit, ut constanter bonus sit: vir omnis bonus, si bene agit; sin minus, malus; diutissime optimi ii, quorum salus Diis cordi est. Satis est si quis non sit malus et pravus (*ὃς ἂν μὴ κακὸς ᾖ*, h. e. qui non semper et omnibus in rebus de industria malum se hominem gerit) civitatemque quavis ratione sustentet, sanus vir. Eum ego virum non insectabor: stultorum enim infinitae propagines, (*ὥστ' εἴ τις χαίρει ψέγων, ἐμπλησθείη ἂν ἐκείνους μεμφόμενος*, Socrates p. 346, C.). Omnia profecto pulchra, quibus non sint admixta turpia, h. e. modo ne quis cogitate et malitia mentis ductus inferat injuriam alteri. Quare nunquam equidem vana aucupans et ea quae non cadant in hominem, desiderabo virum ab omni parte et omni in re probum. (Quae addit versu 20: *ἔπειτ' ὔμμιν εὑρὼν ἀπαγγελέω*, festive addita puta, similiter ut nos facere consuevimus in fine fabularum popularium). Ego diligo quicunque caveant a turpibus quantum in ipsis est: necessitati vero ne Dii quidem ipsi reluctantur.« —

Scopas, Creontis filius, in quem quadrigis victorem hoc carmen scriptum fuit, necesse est ob nescio quale facinus in subditos non vulgare, sed si poetam audimus, necessitate rerum excusabile, in justam omnium incurrerit vituperationem eo tempore, quo haec vel Cranone vel Pharsali cantata sunt: quid tamen deliquerit incertum est, v. Buttmann. Mythol. II, p. 268 sqq. Jam poeta

quem laudare debebat, ejus agendi rationem nonnisi humanae infirmitatis consolatione vindicare poterat, ut injuriam ei facturi videamur, si quae de virtute ab felicitate hominum Deorumque favore apta disserit, ex animo scripta opinemur. Confer Prolegg. p. XV., ubi hoc idem carmen esse conjecimus, quod quum Cranone Pharsalive exhiberetur, aedibus subrutis exstinctus Scopas cum suis esse dicitur, servatus unus poeta a Tyndaridis, quos illo ipso carmine praeconio suo ornasset.

XIII. *'ΑΔΗΛΟΝ.*

Strabo IX, 5. p. 441. *Διὰ τὸ ἀναμὶξ οἰκεῖν* Σιμωνίδης *Περῥαιβοὺς καὶ Λαπίθας καλεῖ τοὺς Πελασγιώτας ἅπαντας τοὺς τὰ ἑῷα κατέχοντας τὰ περὶ Γυρτῶνα καὶ τὰς ἐκβολὰς τοῦ Πηνειοῦ καὶ Ὄσσαν καὶ Πήλιον καὶ τὰ περὶ Δημητριάδα καὶ τὰ ἐν τῷ πεδίῳ Λάρισσαν, Κρανῶνα, Σκοτοῦσσαν, Μόψιον, Ἄτρακα καὶ τὰ περὶ τὴν Νεσσωνίδα λίμνην καὶ Βοιβηΐδα.*

Haec non ambiguum est quin in carminibus in Scopadas Alcuadasque conscriptis locum habuerint, quorum privatae dicionis tota illa regio fuit. Dixit autem. opinor, Simonides, majores illorum sibi agrestes gentes Perrhaeborum Lapitharumque subdidisse. Namque Perrhaebi a Lapithis devicti in regiones montanas circa Olympum et Tempe rejecti, *τὴν δὲ χώραν καὶ τοὺς ὑπολειφθέντας τῶν Περῥαιβῶν κατέσχον Λαρισσαῖοι·* — Larissaei autem Aleuadae ab illisque orti Scopadae — *οὗτοι οὖν κατεῖχον τέως τὴν Περῥαιβίαν καὶ φόρους ἐπράττοντο, ἕως Φίλιππος κατέστη κύριος τῶν τόπων*, Strabo X. p. 311. Tauchn. — Ceterum *τὰ περὶ Δημητριάδα* Strabonis sunt, quum ea urbs a Demetrio demum Poliorceta condita sit. Adde O. Mueller. ad mappam geograph. Graec. boreal. p. 7 sqq.

XIV. ΞΕΝΟΚΡΑΤΕΙ ᾿ΑΚΡΑΓΑΝΤΙΝΩι ῾ΑΡΜΑΤΙ.

Scholiast. Pind. Isthm. II. Argum. *Οὗτος ὁ Ξενοκράτης οὐ μόνον Ἴσθμια νενίκηκεν ἵπποις, ἀλλὰ καὶ Πύθια τὴν εἰκοστὴν τετάρτην Πυθιάδα, ὡς Ἀριστοτέλης ἀναγράφει. Καὶ Σιμωνίδης ἐπαινῶν ἀμφοτέρας αὐτοῦ τὰς νίκας κατατάσσει.*

Xenocrates, Aenesidemi filius, frater Theronis Agrigentinorum tyranni, Pythiam victoriam reportaverat et Isthmiam teste Pind. Ol. II, 54.: et illam quidem Olymp. LXXI, 3., Isthmiam ante Olymp. LXXVI, 1. Cfr. Dissenii Introd. Isthm. II. Simonides statim post Isthmiam forsitan Encomium carmen scripserat, quo Pindarus, qui multo post carmen transmitteret, respicit Isthm. II, 12. *Οὐκ ἀγνῶτ' ἀείδω Ἰσθμίαν ἵπποισι νίκαν.*

XV. ᾿ΑΔΗΛΩι ῾ΑΡΜΑΤΙ.

Plutarch. de discrim. amic. et adulat. p. 49, C. *Ὁ Σιμωνίδης τὴν ἱπποτροφίαν φησὶν οὐ Ζακύνθῳ ὀπαδεῖν, ἀλλ' ἀρούραισι πυροφόροις.* Numeri hi fuerint:

Ἱπποτροφία γὰρ οὐ Ζακύνθῳ,
ἀλλ' ἀρούραισι πυροφόροις ὀπαδεῖ.

– ⏑́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑́ ⏑ – –
⏑́ ⏑ – –́ ⏑ –́ ⏑ ⏑ – ⏑ – –

Zacynthum poeta pro regione saxosa atque silvosa et equis alendis minus apta posuit, v. Prolegg. p. XXXVI. Quanquam insula nemorosa (*ὑλήεις, ὑλήεσσα*) Homero, Straboni IX, 2. p. 341. Tauchn. est *ὑλώδης μὲν, εὔκαρπος δέ.* Verum

οὔ τις νήσων ἱππήλατος οὐδ' εὐλείμων,
αἵθ' ἁλὶ κεκλίαται· Ἰθάκη δέ τε καὶ περὶ πασέων,

Homer. Odyss. IV, 607., unde Simonides colorem duxit, qui laudabat patriam victoris equestris.

XVI. ʼΑΔΗΛΩι ʽΑΡΜΑΤΙ ʼΗ ʼΑΠΗΝΗι.

Plutarch. Ethic. Virtut. p. 445, C. *Ὁ Πλάτων ἐξεικονίζει περὶ τὰ τῆς ψυχῆς ὑποζύγια, τοῦ χείρονος πρὸς τὸ βέλτιον ζυγομαχοῦντος ἅμα καὶ τὸν ἡνίχον διαταράττοντος, ἀντέχειν ὀπίσω καὶ κατατείνειν ὑπὸ σπουδῆς ἀναγκαζόμενον ἀεὶ*

Μὴ βάλῃ φοίνικας ἐκ χειρῶν ἱμάντας,

κατὰ Σιμωνίδην.

–́ ⏑ – – –́ ⏑ – – –́ ⏑ – ⏓

XVII. ΛΕΩΦΡΟΝΙ ʽΡΗΓΙΝΩι ΑΠΗΝΗι.

Aristoteles Rhet. III, 2, 45. *Ὁ Σιμωνίδης ὅτε μὲν ἐδίδου μισθὸν ὀλίγον αὐτῷ ὁ νικήσας τοῖς ὀρεῦσιν, οὐκ ἤθελε ποιεῖν ὡς δυσχεραίνων εἰς ἡμιόνους ποιεῖν. Ἐπεὶ δʼ ἱκανὸν ἔδωκεν, ἐποίησε·*

Χαίρετʼ ἀελλοπόδων θύγατρες ἵππων.

Καίτοι καὶ τῶν ὄνων θυγατέρες ἦσαν.

–́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ –́ ⏑ – –

Multi codices *θυγατέρες ἵππων.* Carmen Anaxilae Rheginorum tyranno scriptum tradit discipulus Aristotelis Heraclides Pontic. Polit. 25. *Ἀναξίλας νικήσας Ὀλύμπια ἡμιόνοις εἱστίασε τοὺς Ἕλληνας. Καί τις αὐτὸν ἐπέσκωψεν εἰπών· Οὗτος τί ἂν ἐποίει νικήσας ἵπποις. ἐποίησε δὲ καὶ ἐπινίκιον Σιμωνίδης·*

Χαίρετʼ ἀελλοπόδων θύγατρες ἵππων.

Denique non diversum fuit carmen ab eo, quod ob oculos habet Athen. I, p. 3, E. locutus de iis qui pecuniae minime parci universos Graecos coenaverint, id quod Anaxilam fecisse Olympiae testatur Heraclides: *Ἀλκιβιάδης*

θύσας Ὀλυμπίῳ Διῒ τὴν πανήγυριν πᾶσαν εἱστίασε· τὸ αὐτὸ ἐποίησε καὶ Λεώφρων Ὀλυμπίασιν, ἐπινίκιον γράψαντος τοῦ Κείου Σιμωνίδου. Is filius fuit Anaxilae, Messaniorum et Rheginorum tyranni, quocum una Locrensibus Epizephyriis bellum movebat ad internecionem excisurus, ni deterruisset Hiero, cfr. Epicharmi Insulas fabulam apud Schol. P. P. I, 99. Scholia Pyth. II, 34. Ἀναξίλας καὶ Κλεόφρων (leg. Λεώφρων) ὁ τούτου παῖς Ἰταλίας ὄντες τύραννοι, ὁ μὲν ἐν Μεσσήνῃ τῇ Σικελικῇ, ὁ δὲ ἐν Ῥηγίῳ τῷ περὶ Ἰταλίαν, πόλεμον ἠπείλουν Λοκροῖς. Justin. Philipp. XXI, 3. »Rheginorum tyranni Leophronis bello Locrenses premebantur.« Is igitur quum Olympiae rheda mulari vicisset, scripsit Epinicium Simonides: patrem autem quoniam una renuntiari jussisset filius, ut moris erat, eundemque in carmine isto non praetermisisset poeta, ut jam ad utrumque pertineret victoria: vel Leophroni aurigae vel patri tyranno carmen scriptum ferebatur. Neque pugnant contra hanc sententiam quae ex Aristotele affert Pollux Onomast. V, 75, 4. Ἀναξίλας ὁ Ῥηγῖνος οὔσης, ὥς φησιν Ἀριστοτέλης, ἀγόνου τῆς Σικελίας λαγῶν, ὁ δὲ εἰςαγαγών τε καὶ θρέψας, ὁμοῦ δὲ καὶ Ὀλύμπια νικήσας ἀπήνῃ, τῷ νομίσματι τῶν Ῥηγίνων ἐνετύπωσεν ἀπήνην καὶ λαγών: quos numos nec nunc aetas abolevit, v. Mueller. Etruscc. I, p. 326. Verum et Messaniorum numi iisdem Olympicae victoriae notis signati, de quibus v. Burmann. in Dorvill. Sicul. I, Tab. 3. nr. 2. 3. 4. 5., cll. p. 295. Ad utramque enim civitatem ab Anaxila consociatam decus victoriae pertinebat.

Docebunt haec simul, quo jure Diodori narrationibus de rebus Anaxilae fidem suam adjunxerint et alii viri docti et Boeckhius Pind. Pyth. II. Introduct. p.

240 sqq. Namque Diodorus XI, 48. *Ἐτελεύτησεν* (Olymp. LXXVI, 1.) *Ἀναξίλας ὁ Ῥηγίου καὶ Ζάγκλης τύραννος δυναστεύσας ἔτη δεκαοκτώ· τὴν δὲ τυραννίδα διεδέξατο Μίκυθος πιστευθεὶς ὥστε ἀποδοῦναι τοῖς τέκνοις τοῦ τελευτήσαντος οὖσι νέοις τὴν ἡλικίαν.* Verum non liberorum natu minorum, sed Rhegii *ἐπίτροπον* relinquit Anaxilas Herodoti VII, 170. *Ὁ δὲ Μίκυθος οἰκέτης ἐὼν Ἀναξίλεω ἐπίτροπος Ῥηγίου καταλέλειπτο, οὗτος ὅσπερ ἐκπεσὼν ἐκ Ῥηγίου* (rursus fallit Diodorus XI, 66.) *καὶ Τεγέην τὴν Ἀρκάδων οἰκήσας ἀνέθηκε ἐν Ὀλυμπίῃ τοὺς πολλοὺς ἀνδριάντας.* Quae prave interpretatus est Diodorus, per totum hunc locum fallaces duces sectatus: rectius Pausanias V, 26, 3., cui Smicythus est *δοῦλος καὶ ταμίας τῶν Ἀναξίλα χρημάτων.* Idem autem statim post de donariis istis Micythi: *Τὰ ἐπὶ τοῖς ἀναθήμασιν ἐπιγράμματα καὶ πατέρα Σμικύθῳ Χοῖρον καὶ Ἑλληνίδας αὐτῷ πόλεις Ῥήγιόν τε πατρίδα καὶ τὴν ἐπὶ τῷ πορθμῷ Μεσσήνην δίδωσιν οἰκεῖν.* En gloriabundum hominem privatum et Rhegio patria ejectum, teste Herodoto! In Messanae enim imperio patri successit Leophron, qui vivo eodem Rhegio praefectus fuerat: Rhegii cura, si fides Herodoto potius quam Diodoro, demandata Micytho, Leophronis tanquam ministro et vicario. Leophronem autem patri supervixisse, quem Boeckhius praemature defunctum statuit, docet Dionysius Halicarn. Excerptt. Vales. p. 539. *Ἀναξίλας Ῥηγίνων τὴν ἀκρόπολιν κατελάβετο καὶ πάντα τὸν τοῦ βίου χρόνον κατασχὼν Λεόφρονι (Λεώφρονι) τῷ παιδὶ τὴν ἀρχὴν κατέλιπε.* Verum is quum Rhegium Leophroni traditum scribit, non alterutra urbe dicit, sed regno paterno potitum universo. Nam quum Rhegino tyranno subjecta esset Messana, factum est, ut illius urbis nomen interdum simul alteram

complecteretur. Ceterum Diod. XI, 66. et ipse Micythum post mortem Anaxilae Rhegii habitantem inducit.

Reportata victoria intra Olymp. LXXI, 2. et LXXV, 4. Nam mulabus in certamen descendere licebat Olympiae ab Olymp. LXX. usque ad Olymp. LXXXIV., v. Boeckh. ad Scholl. Pind. p. 118. Anaxilas autem quum teste Diodoro Olymp. LXXVI, 1. post octodecim regnum annorum decesserit, tyrannidem occupaverat Olymp. LXXI, 1.

XVIII. ᾿ΑΔΗΛΩι ΠΕΝΤΑΘΛΩι.

Τοῦ καὶ ἀπειρέσιοι
πωτῶντ᾽ ὄρνιχες ὑπὲρ κεφαλᾶς, ἀνὰ δ᾽ ἰχθύες ὀρθοὶ
κυανέας ἐξ ἁλὸς ἅλλοντο καλᾷ σὺν ἀοιδᾷ.
Οὐδὲ γὰρ ἐννοσίφυλλος ἀήτα
τότ᾽ ὦρτ᾽ ἀνέμων, ἅτις κατεκώλυε κιδναμέναν μελιαδέα γᾶρυν
ἀραρεῖν ἀκοαῖσι βροτῶν,
ὡς ὁπόταν χειμέριον κατὰ μῆνα πινύσκῃ
Ζεὺς ἄματα τεσσαρακαίδεκα, λαθάνεμον δέ μιν ὥραν
καλέοισιν ἐπιχθόνιοι, ἱερὰν
παιδοτρόφον ποικίλας ἀλκυόνος.

—́ ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ —
— —́ — — ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — —
—́ ⏑ ⏑ — —́ ⏑ ⏑ — —́ ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — —
—́ ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — —
⏑ —́ ⏑ ⏑ — — —́ ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑
⏑ ⏑ —́ ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ —́
—́ ⏑ ⏑ — —́ ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — —
— —́ ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — —
⏑ ⏑ —́ ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ —́ ⏑ ⏑ —
—́ ⏑ ⏑ — —́ ⏑ — —́ ⏑ ⏑ —

Copulatis his quae apud tres auctores divulsa leguntur, succum suum et sanguinem reddidimus poetae. Sermonem esse de Orpheo Tzetzes Chill. I, 310. ait, qui tres priores versus citat:

ὡς γράφει που περὶ αὐτοῦ καὶ Σιμωνίδης οὕτως·

Τοῦ καὶ ἀπ. κτλ. Versu 2. *Ποτῶντ'* et *κεφαλῆς* Ursinus; ibidem *ὄρνιχες* revocandum erat, v. Prolegg. p. XLVII.: libri *ὄρνιθες*. 3. Libri *κυανέου ἐξ ὕδατος*: veram scripturam vel ab interprete expulsam vel sequentis vocabuli similitudine obliteratam, post prave suppletam restituimus. Tum *ἅλλοντο* Ursinus; denique Jacobsius *καλᾶς ὑπ' ἀοιδᾶς* conjicit: vulgata tamen vividior. Videtur autem de Orpheo Argonautarum socio sermo fuisse, de quo Apoll. Rhod. I, 569.

Τοῖσι δὲ φορμίζων εὐθήμονι μέλπεν ἀοιδῇ
Οἰάγροιο πάϊς· — τοὶ δὲ βαθείης
ἰχθύες ἀΐσσοντες ὕπερθ' ἁλὸς ἄμμιγα παύροις
ἄπλετοι ὑγρὰ κέλευθα διασκαίροντες ἕποντο.

Ex Simonide forsitan ductus Orpheus Theodoreti Therap. III, p. 767. Schulz. *τοῖς κρούμασιν τοὺς ἰχθύας καταθέλγων.* 4. Plutarch. Symposs. VIII, p. 722, C. *Νηνεμία γὰρ ἠχῶδες καὶ γαλήνη καὶ τοὐναντίον, ὥς Σιμωνίδης φησίν· Οὐδὲ γὰρ — βροτῶν.* Versu 4. *Ἐννοσίφυλλος* Xylander: edd. vett. vel *ζηνοσίφυλλος* vel *ξυνοσίφυλλος*, Ursinus *εἰνοσίφυλλος*, qui p. 337. se Plutarchi locum ex auctoritate vetustorum librorum emendasse scribit. Ante Ursinum *ἀήτατό τε*, Stephan. *ἀήτα τότε ὦρτο.* 5. Libri *σκιδναμένα*, vere Reiskius *σκιδναμέναν*, nisi quod *κιδναμέναν* scribendum erat. *Μελιαδέα γᾶρυν* primus Stephanus et Xylander: Aldus *μελία δέα*, Basil. *μέλη ἄδεα*, Ursin. *μελιηδέα γῆρυν.* 6. *Ἄρα ῥεῖν* Aldus. Pingitur mare delenitum, ut cantus in aures ho-

minum et animalium se insinuare posset. 7. Aristoteles Hist. Animm. V, 9. T. I, p. 542. Bekker. Ἡ ἀλκυὼν τίκτει περὶ τροπὰς χειμερινάς· διὸ καὶ καλοῦνται, ὅταν εὐδιειναὶ γένωνται αἱ τροπαὶ, Ἀλκυονίδες ἡμέραι, ἑπτὰ μὲν πρὸ τροπῶν, ἑπτὰ δὲ μετὰ τροπὰς, καθὰ καὶ Σιμωνίδης ἐποίησεν· Ὡς ὁπόταν — ἀλκυόνος. Eodem respiciunt Grammat. Bekker. Anecdd. p. 377, 27. Περὶ τοῦ ἀριθμοῦ (τῶν ἀλκυονίδων) διαφέρονται. Σιμωνίδης γὰρ ἐν Πεντάθλοις ἕνδεκά φησιν αὐτὰς καὶ Ἀριστοτέλης ἐν τοῖς περὶ ζώων; Suidas Ἀλκυονίδες ἡμέραι, Apostol. II, 51., Eudoc. Viol. p. 35., Eustath. Il. p. 776, 32. aliique: qui quod in numero dierum errarunt, factum esse prava siglorum explicatione notavit Jacobsius: recte Hesych. Ἀλκυονίδες. ἡμέραι τινὲς τὸν ἀριθμὸν ιδ' γαληναὶ, ἐν αἷς νοσσεύει ἡ ἀλκυών. Codices A^{a} C^{a} κατὰ μῆνα χειμέριον: tum πινύσκῃ libri, nisi quod codex A^{a} πινύσκει offert. Ruhnkenius Ep. Crit. I, p. 122. τιτύσκῃ conjecit collato Arato Phaenom. 418. Πολλάκι γὰρ καὶ τοῦτο νότῳ ἐπὶ σῆμα τιτύσκει Νὺξ αὐτή. At neque formam activam ante Antimachum usurpatam novimus et aliud, opinor, τιτύσκειν σῆμα, aliud ἦμαρ. Verum Iupiter hibernos dies πινύσκει (σωφρονίζει), quum eos constrictis ventis pacat et quasi ad rationem et sanam mentem revocat, ut fere explicuit Stephanus Thesaur. III, p. 418, F. 8. Legebatur ἤματα. Deinde codices P D^{a} τεσσαρεςκαίδεκα; tum λανθάνεμον P C^{a} D^{a} Steph. et Ursinus. Correximus deinde vulgatam τε μιν et καλέουσιν. 10. Ἀλκυόνας codex A^{a}.

XIX. ΚΡΙΩι ΑΙΓΙΝΗΤΗι ΠΑΛΑΙΣΤΗι

Aristoph. Nubb. 1355. Strepsiades de filio Phidippide haec conqueritur:

'Επειδὴ γὰρ εἱστιώμεθ', ὥσπερ ἴστε,
πρῶτον μὲν αὐτὸν τὴν λύραν λαβόντ' ἐγὼ 'κέλευσα
ᾆσαι Σιμωνίδου μέλος, τὸν Κριὸν, ὡς ἐπέχθη.
῾Ο δ' εὐθὺς ὡς ἀρχαῖον εἶν' ἔφασκε τὸ κιθαρίζειν
ᾄδειν τε πίνονθ', ὡσπερεὶ κάχρυς γυναῖκ' ἀλοῦσαν.

Scholia: Τοῦτο τὸ μέλος Σιμωνίδου ἐξ ἐπινίκου· (ita scholia Bekkeri, quum vulgo καὶ 'Επινίκου ederetur, pro quo Ursinus et post eum alii ἐξ ἐπινικίου scribunt.) 'Επέξαθ' ὁ Κριὸς οὐκ ἀεικέως. ἦν δὲ παλαιστὴς Αἰγινήτης. Ἄλλως. Τῇ πρὸς τὸ ζῶον κοινωνίᾳ τῆς λέξεως συνέπλεξε τὰς λέξεις ὁ ποιητὴς λέγων· 'Επέξαθ' ὁ Κριὸς οὐκ ἀεικέως ἐλθὼν εἰς δένδρον ἀγλαὸν Διὸς τέμενος. Φαίνεται δὲ εὐδοκιμεῖν καὶ καταφανὲς εἶναι (scil. τὸ ᾆσμα: legebatur καταφανὴς, quod Hermannus correxit.). τὸ δὲ ἐπέχθη διὰ τοῦ ε ψιλοῦ ἀπὸ τοῦ πέκω, καὶ διφθογγογραφεῖται. Ἄλλως. Τοῦτο τὸ μέλος ἐκ τῶν τοῦ Σιμωνίδου ἐστί. φησὶ γὰρ ἐκεῖνος· 'Επήξασθ' ὁ Κριὸς οὐ κακαίρως (sic codex Harlejanus apud Dobreum Append. Porson. Arist. p. (49.)). Alius denique Scholiasta Bekkeri: 'Επέξαθ' ὁ καιρὸς οὐκ ἀκαίρως. ἦν δὲ ὁ Κριὸς οὗτος παλαιστὴς Αἰγινήτης.

Verba δένδρον ἀγλαὸν corrupta: Reizius δένδρον delebat, Nagelius tentabat δένδρων, eleganter Valckenarius ad Herod. VI, 50. ἐς ἀγλαόδενδρον. Hermannus in altera editione Nubium duos composuit trimetros iambicos hos:

'Επέξατ' ἆρ' ὁ Κρῖος οὐκ ἀεικέως
δένδρεων ἐςελθὼν τέμενος ἀγλαὸν Διός.

Nos vero Leoprepidae Simonidis Cei versus lyricos, v. Prolegg. p. LI., hoc potius modo scriptos fuisse crediderimus:

'Επέξατο δ'
ὁ Κριὸς οὐκ ἀεικέως δενδρῶν' ἐςελθὼν ἀγλαόν,
Διὸς τέμενος.

⏑ –́ ⏑ ⏓
⏑ –́ ⏑ – ⏑ –́ ⏑ – – –́ ⏑ – – –́ ⏑ –
⏑ –́ ⏑ ⏑ –

Pexit Crius non male, ingressus arbustum praeclarum, Iovis lucum (vel Olympicum vel Nemeaeum). Respicit eodem Eustath. in Dionys. Perieg. 511. 'Εξ *Αἰγίνης καὶ ὁ ᾀδόμενος Κριὸς, ἀνὴρ γενναῖος ἀθλητής*: forsitan idem carmen in mente habuit Synesius Epp. CXLVI. '*Αλλ' ἐστὶν ἡμῖν καλόν τι χρῆμα ᾠδῆς, ἔπαινος ἐνόρχου κριοῦ.* Quod hominem, quem vulgo *Κρῖος* notant, eodem insignivimus tenore quo animal, obtemperavimus et libris vetustis et praecepto Aristarchi in Etym. Gud. p. 346, 46., qui jure suo hoc nomen a gentilibus dijungit, qualia sunt *Κῖος*, *Χῖος* alia: ea enim ex *Κίιος*, *Χίιος* coaluerunt. — Festive Simonides Crium ait non male sibi pexisse adversarium, appellationis originem respiciens, quem si fuisset omen in nomine aequum fuerat pecti ipsum, non pectere. Alio Aristophanes detorsit, eam ipsam ob caussam traducens poetam, quum Strepsiadem jubentem inducit filium canere Crium *ὡς ἐπέχθη*, quod conveniens homini arietis nomen gestanti: ludentem igitur Simonidem lusit Aristophanes et ipsum, estque is lusus eo festivior, quia poetam, cujus summa tenebatur admiratione, perstringit Strepsiades ipse. Ceterum *pectere aliquem pugnis* similiter Plautus. Muellerus de hoc fragmento olim secus statuit Aeginett. p. 116.

Fuit autem Crius, Polycriti filius, ex nobilissimis Aeginetis, quos constat lucta et pugilatu praestantissimos fuisse. Inter *τοὺς πλεῖστου ἀξίους καὶ πλούτῳ καὶ γένει*,

quos Cleomenes, rex Lacedaemoniorum, cum Leotychida Aegina abduxit Olympiad. LXXII, 1., ut qui Aeginetis maxime suasores exstitissent aquam humumque barbaris dedendi, erant *Κριός τε ὁ Πολυκρίτου καὶ Κάσαμβος ὁ Ἀριστοκράτεος, οἵπερ εἶχον μέγιστον κράτος*, Herod. VI, 73. 85. cll. VI, 50. Crii filius Polycritus inter excellentes in Salaminia pugna Aeginetas fuit excellentissimus. Herod. VIII, 92. 93.

Ceterum de more Simonidis carmina inter pocula canendi Athenis celebrato diximus Prolegg. p. XXXIX.

XX. *ΓΛΑΥΚΩι ΚΑΡΥΣΤΙΩι ΠΥΚΤΗι.*

Lucianus pro Imagg. XIX. (II, p. 498. Hemsterh.) *Εἴ τις Μίλωνα τὸν ἐκ Κρότωνος ἢ Γλαῦκον τὸν ἐκ Καρύστου ἢ Πολυδάμαντα ἐπαινέσαι θέλων ἔπειτα λέγοι ἰσχυρότερον ἕκαστον αὐτῶν γυναικὸς γενέσθαι, οὐκ ἂν οἴει γελασθῆναι αὐτὸν ἐπὶ τῇ ἀνοίᾳ τοῦ ἐπαίνου; ὅπου γε εἰ καὶ ἑνὸς ἀνδρὸς ἔλεγεν ἀμείνω εἶναι αὐτὸν, οὐδὲ τοῦτο ἀπέχρησεν ἂν πρὸς ἔπαινον. Ἀλλὰ πῶς ἐπήνεσε ποιητὴς εὐδόκιμος τὸν Γλαῦκον· Οὐδὲ Πολυδεύκεος βίαν, φήσας, ἀνατείνασθαι ἂν αὐτῷ ἐναντίας τὰς χεῖρας οὐδὲ σιδάρεον Ἀλκμάνας τέκος; Ὁρᾷς, ὁποίοις αὐτὸν θεοῖς εἴκασε; μᾶλλον δὲ καὶ αὐτῶν ἐκείνων ἀμείνω ἀπέφηνε· καὶ οὔτε αὐτὸς ὁ Γλαῦκος ἠγανάκτησε τοῖς Ἐφόροις τῶν ἀθλητῶν ἀντεπαινούμενος, οὔτε ἐκεῖνοι ἠμύναντο ἢ τὸν Γλαῦκον ἢ τὸν ποιητὴν, ὡς ἀσεβοῦντα περὶ τὸν ἔπαινον, ἀλλὰ εὐδοκίμουν ἄμφω καὶ ἐτιμῶντο ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων, ὁ μὲν ἐπὶ τῇ ἀλκῇ ὁ Γλαῦκος, ὁ δὲ ποιητὴς ἐπί τε τοῖς ἄλλοις καὶ ἐπὶ τούτῳ μάλιστα τῷ ᾄσματι.*

Haec a Mose Solano aliisque poetae Thebano tributa: cujus cur nequeant esse explicat Boeckhius Frr.

p. 558. Carminis Simonidei a Quinctil. XI, 2, 11. perstricti esse particulam vidit Meinekius Euphorion. p. 82. et Welckerus in Iahnii Annall. 1830, I, 1. p. 62. Et vix putamus obloquuturum fuisse Buttmannum Mythol. II, p. 272., si extrema verba loci Lucianei accuratius excussisset. Nam ob hoc potissimum carmen poetam nobilitatum quum scribit, probasse videtur Samosatensis opinionem quorundam Grammaticorum, qui ob unam Dioscurorum alteriusve fratris mentionem in illo ipso carmine cantando aedibus collapsis poetam ope illorum servatum volebant. Quanquam hoc quidem loco perinepte abusi illi, quum vel potior illis judicetur Glaucus. Cfr. Prolegg. p. XIV. Verba ipsa poetae probabiliter ita refingas:

Οὐδὲ Πολυδεύκευς βία
ἐναντίας τὰς χεῖρας ἀντείναιτ' ἂν αὐτῷ,
οὐδὲ σιδάρεον Ἀλκμήνας τέκος.

−́ ⏑ ⏕ − −́ ⏑ −
⏑ −́ ⏑ − − −́ ⏑ −́ − −́ ⏑ − −
−́ ⏑ ⏑ − ⏑ ⏑ − − −́ ⏑ ⏑

Ne Pollux quidem adversas manus intenderet ipsi neque ferreus Alcmenae filius. Paullo liberius Meinekius nec numeris aptis:

Οὐ Πολυδεύκεος βία
χεῖρας ἀντείναιτ' ἂν αὐτῷ,
οὐδὲ σιδάρεον Ἀλκμήνας τέκος.

Luciani *Ἀλκμάνας* vel a Theocrito repudiatum. v. Boeckh. Nott. Critt. Pind. Pyth. IV, 162. Cum suavi circumlocutione *Ἀλκμήνας τέκος* scite Welckerus comparat nostratium poetarum *Sigelindenkind*. Versu 2 forsitan poeta scripserat *ἀντίας τὰς χεῖρας ἀντείναι κεν αὐτῷ*. De Glauci Carystii, aetatis suae athletae nobilis-

simi, vita et victoriis Olympiis, Pythiis, Nemeaeis, Isthmiis vide Pausan. VI, 10, 1.

XXI. *ΛΕΩΚΡΑΤΕΙ ἈΘΗΝΑΙΩι ΠΥΚΤΗι.*

Quinctilian. Instt. Orr. XI, 2, 11. Inerant in carmine laudes [Castoris et] Pollucis, cfr. Prolegg. p. XII. Studiis gymnicis gnaviter operatum Leocratem Stroebi filium praedicat Simonides Epigrammate CCVII. Adultus Olymp. LXXX. imperator Atheniensium praefuit obsidioni Aeginae post pugnam Cecryphalensem, v. Thucyd. 1, 105., Scholl. Aristid. Panath. p. 369. Frommel. et Mueller. Aeginett. p. 176 sqq. Memorabile est, et Leocratis et Stroebi nomen, si recte memini, occurrere in vasis Volcentinis.

XXII. *ἈΓΑΘΑΡΧΩι ΤΙΝΙ.*

Quinctilian. Instt. Orr. XI, 2, 11. Continebat carmen praeconium vel Dioscurorum vel Pollucis, si pugilatu vicit Agatharchus, v. Prolegg. p. XII. Victor ignotus, nisi forte eundem intelligas, quem Simonides pictor fecit, cujus *Agatharchum et Mnemosynen* laudat Plinius H. N. XXXV, 11, 40. Unde quid conjectandum sit, quivis vel non monitus conjectabit.

XXIII. *ΕΥΑΛΚΙΔΗι ἘΡΕΤΡΙΕΩΝ ΣΤΡΑΤΗΓΩι ΠΑΙΔΙ ΠΥΚΤΗι.*

Herodotus V, 102. Iones, quibus auxiliati Eretrienses, post combustas Sardes devincuntur ad Ephesum *καὶ πολλοὺς αὐτῶν οἱ Πέρσαι φονεύουσι, ἄλλους τε ὀνομαστοὺς, ἐν δὲ δὴ καὶ Εὐαλκίδεα στρατηγέοντα Ἐρετριέων στεφανηφόρους τε ἀγῶνας ἀναραιρηκότα καὶ ὑπὸ Σιμωνίδεω τοῦ Κηΐου πολλὰ αἰνεθέντα.*

Eualcidae statua erat Olympiae teste Pausan. VI, 16, 4. *Εὐαλκίδῃ Ἠλείῳ ἐν παισὶν ἐγένοντο πυγμῆς νῖκαι.* Probabiliter enim intelligendum eundem judicarunt Broendsted. de Ceo insula I, 7. p. 68 sqq. et Boeckh. Annall. Litt. Berol. 1829, I, p. 20. Elidensis patria civitatem habuerit Eretriae. Carmen poetae Cei vel carmina potius scripta ante Olymp. LXX, 2.

XXIV. *ἈΔΗΛΩι ΠΥΚΤΗι.*

Aristid. de paraphthegm. III, p. 648. Canter. allato Simonidis Epigramm. CLVIII. pergit: *Ὥστε ὥρα σοι σκώπτειν αὐτοὺς ὡς ἀδολέσχους τινὰς νεκροὺς καὶ οὐκ εἰδότας ἡσυχίαν ἄγειν. κᾆτά σε ἀνήρ τις Σιμωνίδειος ἀμείψεται·*

Ὤνθρωπε, κεῖσαι ζῶν ἔτι μᾶλλον τῶν ὑπὸ γᾶς ἐκείνων.

Legebatur *γῆς*. Verba sunt pugilis, qui inflatus caede eorum quos prostratos morti dederat, alloquitur eum, quocum jam est congressurus.

XXV. *ἈΔΗΛΩι ΠΕΝΤΑΘΛΩι.*

Athen. IV, p. 172, E. *Σιμωνίδης ὁ ποιητὴς περὶ τοῦ Μελεάγρου τὸν λόγον ποιούμενός φησιν·*

Ὃς δουρὶ πάντας
νίκασε νέους δινάεντα βαλὼν Ἄναυρον ὕπερ πολυβότρυος ἐξ Ἰωλκοῦ·
οὕτω γὰρ Ὅμηρος ἠδὲ Στασίχορος ἄεισε λαοῖς.

Ὁ γὰρ Στησίχορος οὕτως εἴρηκε ἐν τῷ προκειμένῳ ᾄσματι τοῖς Ἄθλοις·

Θρώσκων μὲν ἂρ᾽ Ἀμφιάραος, ἄκοντι δὲ νίκασεν Μελέαγρος.

– –́ ⏑ – ×

– –́ ⏑ ⏑ – – –́ ⏑ ⏑ –̆ ⏑ –́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ – –

– –́ ⏑ ⏑ –́ ⏑ – – –́ ⏑ ⏑⏑ ⏑ –́ ⏑ – –

Versu 1. ὡς δουρὶ, Aldus et Ursinus. 2. Codices A P Aldus *νικᾶς ἐνεούς*, B *νικᾶν ἐνεοὺς διvήεντα*. Correxit Stephanus. Iolcum intellige non urbem, sed agrum ei adjacentem. Strabo IX, 5, p. 305. Tauchn. *Πλησίον τῆς Δημητριάδος* (non procul vetere Iolco) *ὁ Ἄναυρος ῥεῖ. καλεῖται δὲ καὶ ὁ συνεχὴς αἰγιαλὸς Ἰωλκός.*

3. *ἠδὲ Στασίχορος* Urs.: *ἠδὲ Στησίχορος* P.: *ὡς δὲ Στησίχορος* B. Cur autem haec, quae incauto rerum aestimatori forsitan grammatico digniora quam poetae videantur, adjecerit poeta rationem reddidimus Prolegg. p. XXXIV. Meleagrum in ludis illis vicisse jaculo consentit Hyginus Fab. CCLXXIII. Homeri autem nomine Simonides videtur appellasse auctorem Thebaidis cyclicae, cujus carminis Homerica fuit indoles. Idem fecerunt alii. Ceterum cur victorem *πεντάθλῳ* coronatum censeamus caussa in aperto est.

XXVI. *ἈΔΗΛΩι ΝΕΜΕΟΝΙΚΗι.*

Athen. IX, p. 396, E. Post allatum Simonidis Fr. Threnor. L, v. 5. pergit: *Καὶ ἐν ἄλλοις ἐπ᾽ Ἀρχεμόρῳ εἴρηκεν· Ἰοστεφάνου γλυκεῖαν ἐδάκρυσαν ψυχὰν ἀποπνέοντα γαλαθηνὸν τέκος.*

Ita codex B et Ursinus, qui p. 339. ait se ita ex *vetere manuscripto* (h. e. cod. Farnesiano, qui non videtur diversus a Florentino B Dindorfii.) edidisse; codices P Q. *ὀϊστεφάνου*, D *ἰῶ στεφάνου*, edd. vett. *εὐστεφάνου*. Deinde *τόκος* Aldus, *τέχος* P. Post vocem *ἰοστεφάνου* probabile est excidisse substantivum, cujus

comes fuerit *ἰοστεφάνου*: dixerat poeta, nisi ludimur, Archemorum animam exhalasse ex ore violis cincto, ut *στόματος* intercidisse suspicemur. Nam nutrix Opheltam parvulum, qui postea *Ἀρχέμορος* nuncupatus est et in cujus honorem Nemeaei ludi instituti dicuntur, Septem ducibus ad Thebas profecturis fontem monstratura reliquit *ἔν τινι λειμῶνι*, Argum. Pind. Nem. p. 424. Boeckh., Paus. II, 15, 2. *τεθέντα ἐς τὴν πόαν διαφθαρῆναι λέγουσιν*. Carmen igitur hoc fuerit:

Ἰοστεφάνου [στόματος] γλυκεῖαν ἐδάκρυσαν
ψυχὰν ἀποπνέοντα γαλαθηνὸν τέκος.

⏑ –́ ⏑ ⏑ – [⏑ ⏑ –́] ⏑ –́ ⏑ ⏑ – –́ ⏓
– –́ ⏑ – ⏓ –́ ⏑ ⏑⏑ – –́ ⏑ ×

XXVII. *ἈΔΗΛΟΝ.*

Athen. XI, p. 490, E. *Σιμωνίδης τὰς Πλειάδας Πελειάδας εἴρηκεν ἐν τούτοις· Δίδωτι δεῦτέ σ' Ἑρμᾶς ἐναγώνιος, Μαίας εὐπλοκάμοιο παῖς, ἔτικτε δ' Ἄτλας, ἑπτὰ ἰοπλοκάμων φίλαν θυγατέρων τὰν ἔξοχον εἶδος, αἳ καλέονται Πελειάδες οὐράνιαι.* Contractiora exhibet Epitome et Eustath. Hom. p. 1713, 2.

Verba poetae male mulcata. Ab initio *Δίδω τι δ' εὖτε σ'* Ursinus, *δίδωτι δ' εὖτες* A, *δεῦτε σ'* P, *δ' εὖ τέ σ'* VL. Iacobsius *Διδοῖ τιν εὖχος*, Emperius *Ἱδρᾶ τι δεῖ σ'* scribendum suspicantur. Nobis in v. *δεῦτε* latere toties obliteratum *δαὖτε* vel *δηὖτε* certum videtur; quod autem post eam voculam *σ'* in libris comparet, ad victorem sermonem directum arguit, cui poeta, ut mos erat, novam victoriam optabit, si nobiscum legeris: *Ἴδοιτο δαὖτέ σ' Ἑ. ἐ.*, *Benevole rursus Mercurius te adspiciat.* Ita Pind. Ol. VII, 11. *Ἄλλοτε δ' ἄλλον ἐποπτεύει*

Χάρις, ubi plura similia dedit Dissenius. — Statim post *Μαίας εὐπλοκάμοιο παῖς* vix putamus sincerum esse: nam quum Majae sorores statim post *ἰοπλόκαμοι* appellentur, Maja *εὐπλόκαμος* ab sororibus *ἰοπλοκάμοις* discerni videri possit: id quod absonum. Obscurata est integra scriptura oculo librarii in sequentem versiculum aberrante: quae servata est in Scholl. Pind. Nem. II, 16. *Σιμωνίδης μίαν τῶν Πλειάδων Μαίαν ὀρείαν προσηγόρευσεν εἰπών·*

Μαιάδος οὐρείας ἑλικοβλεφάρου:

Κατὰ λόγον· αὕτη γὰρ

Κυλλήνης ἐν ὄρεσσι θεῶν κήρυκα τέχ' Ἑρμῆν.

Verba ab *κατὰ λόγον* usque ad *Ἑρμῆν* ab Ursino, qui *ὀρείας* legit, aliisque sinistre conflata pro Simonideis venditabantur: errorem patefecit Boeckhius. Versiculus est poetae Epici. Eadem sed monstrose deformata verba poetae habet Tzetza in Lycophr. 219. *Καὶ Σιμωνίδης, μαιάδος ὀρείης μαιάδος ὀρείης ἑλικοβλεφάρου κατάλογον τάχ' Ἑρμῆν.* Ita quidem codex noster Guelferbytanus. Illud igitur ipsum assumpto *ἑλικοβλεφάροιο* reponendum esse nobis persuasum est. — Postea pro *ἑπτὰ* codex A *ἐπιτα*, P *ἐπιτά*. Deinde *τὰν ἔξοχον* vulgo: *τάν* (B *τὰν*) *γ' ἔξοχον* A B, *τ' ἀνέξοχον* P. Denique pro *αἳ καλέονται* codex A *αγι καλέονται*, P *ἀγικαλέονται*. Ita haec omnia refinximus:

Ἴδοιτο δαὖτέ σ' Ἑρμᾶς ἐναγώνιος,
Μαιάδος οὐρείας ἑλικοβλεφάροιο παῖς· ἔτικτε δ' Ἄτλας
ἑπτὰ ἰοπλοκάμων φιλᾶν θυγατρῶν τάνγ' ἔξοχον εἶδος,
αἳ καλέονται Πελειάδες οὐράνιαι.

⏑ – ⏑ –́ ⏑ – –́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏓
–́ ⏑ ⏑ – – –́ ⏑ ⏑ –́ ⏑ ⏑ –́ ⏑ – ⏑ –́ ⏑ – –
–́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –̽ ⏑ –́ ⏑ ⏑ – – –́ ⏑ ⏑ – ⏓
–́ ⏑ ⏑ – –̽ ⏑ –́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –

Ceterum confer Prolegg. p. XLV. et de voce *ἰοπλοκάμων* digammata ibid. p. XLVIII.

XXVIII. XXIX. XXX. *ἈΣΤΥΛΩι ΚΡΟΤΩΝΙΑΤΗι ΣΤΑΔΙΟΔΡΟΜΩι.*

Photius et Suidas v. *Περιαγειρόμενοι*, Mich. Apostolius XV, 97. *Ὥσπερ οἱ νικηφόροι περιαγόμενοι ἀθληταί. Πολιτείας ί ἐπὶ τέλει* (Plat. Reip. X, p. 621, D.) *λέγεται γάρ, ὅτι τὸ μὲν ἐξ ἀρχῆς ἆθλα προὐτίθεσαν τοῖς ἀγωνιζομένοις· ὃν τρόπον καὶ Ὅμηρος καὶ ἄλλοι ποιηταὶ ἱστοροῦσιν· ἐπεὶ δὲ ἤρξαντο χωρὶς ἄθλων ἀγωνίζεσθαι, τοὺς νικήσαντας οἱ μὲν κατὰ φιλίαν ἢ συγγένειαν προςήκοντες στεφάνοις ἀνέδουν· τῶν δ' ἄλλων οἱ μὲν σύνεγγυς* (*συγγενεῖς* Suidas) *καθήμενοι καὶ πλησιάζοντες πλέονος ἄξια ἐπετίθεσαν, οἱ δὲ πορρώτερον ἄνθεσι καὶ φύλλοις ἔβαλλον περιερχομένους, ὡς καὶ νῦν τοῖς ἐπιφανῶς ἀγωνισαμένοις ἐπιβάλλουσι πετάσους καὶ ζώνας, οἱ δὲ χιτῶνας· ἐκ τούτου σύνηθες ἐγένετο κύκλῳ περιπορευομένους τοὺς ἀθλητὰς ἐπαγείρειν καὶ λαμβάνειν τὰ διδόμενα· ὅθεν Σιμωνίδης περὶ Ἀστύλου φησὶν οὕτως·*

Τίς δὴ τῶν νῦν γε τοσάσδε
πετάλοισι μύρτων ἢ στεφάνοισι ῥόδων ἀνεδήσατο νίκας
ἐν ἀγῶνι περικτιόνων;

[⏑́ ⏑ –] – ⏓ ⏑́ ⏑ ⏑ – ⏑
⏑ ⏑ ⏑́ ⏑ – – ⏑́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – –
⏑ ⏑ ⏑́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ ⏑́

Ἀστύλου Photius Porsoni: legebatur *Ἀστύλου*, in codice D Hermanni et apud Suidam *Ἀστίλλου* omisso *περί*, apud Apostolium denique *Αἰτύλου*. De Astylo Crotoniata, qui ter deinceps Olympia vicit Olympiade LXXIII

IV. V., vide Diodor. Sic. XI, 1. Ἤχθη καὶ παρ' Ἠλείοις Ὀλυμπιὰς πέμπτη πρὸς ταῖς ἑβδομήκοντα, καθ' ἣν ἐνίκα στάδιον Ἄστυλος Συρακόσιος. Paus. VI, 13, 1. Ἄστυλος Κροτωνιάτης Πυθαγόρου μέν ἐστιν ἔργον· τρεῖς δὲ ἐφεξῆς Ὀλυμπίασι σταδίου τε καὶ διαύλου νίκας εἶχεν· ὅτι δὲ ἐν δύο ταῖς ὑστέραις ἐς χάριν τὴν Ἱέρωνος τοῦ Δεινομένους ἀνηγόρευσεν ἑαυτὸν Συρακούσιον, τούτων εἵνεκα οἱ Κροτωνιᾶται τὴν οἰκίαν αὐτοῦ δεσμωτήριον εἶναι κατέγνωσαν καὶ τὴν εἰκόνα καθεῖλον παρὰ τῇ Ἥρᾳ τῇ Λακινίᾳ κειμένην. Plin. H. N. XXXIV, 19, 4. »Pythagoras ex Italia Rheginus fecit et stadiodromon Astylon, qui Olympiae ostenditur.«

Versu 1. δὲ pro δὴ codex D.; γε interposuimus loco suo, ut Pind. Ol. I, 104.; τοσάδε Photius Porsoni, Suidas (in quo corrigit Portus) et Apostolius; Hermannus τόσαδε. 2. ἀνεδύσατο Suidas Porti, qui emendandum monuit: victor victorias ipsas ἀναδήσασθαι dicitur, quoniam qui coronis cinguntur tempora se victoriam adeptos monstrant; ductae hinc locutiones ἀναδεῖσθαι κλέος, δόξαν, aliae. Simili audacia Pind. Ol. XIII, 38. Τρία ἔργα ποδαρκὴς ἁμέρα θῆκε κάλλιστ' ἀμφὶ κόμαις.

3. Περικτυόνων Suidas et Photius Hermanni, v. Boeckh. Nott. Critt. Pind. Nem. VI, 41. Ludos Crotoniatarum et circumhabitantium civitatum dicit nescio quos: conferri possunt quae ex Timaeo narrat Athen. XII, p. 522, C. Ob quas victorias statuam in templo Iunonis Laciniae posuerat.

29 Pergit Photius: Ἔνιοι δὲ τοῦτο τὸ ἔθος ἀπὸ Θησέως τὴν ἀρχὴν λαβεῖν. ἐκεῖνον γὰρ ἐκ Κρήτης κομισθέντα μετὰ τὸ ἀνελεῖν τὸν Μινώταυρον οἱ ἀπὸ τῆς χώρας ἄνθεσι καὶ φύλλοις ἔβαλλον καὶ τοῖς παροῦσι καρποῖς ἐτίμων. Haud absurde nobis videmur statuere, qui haec

ex eodem carmine Simonideo derivata suspicemur, quum poeta de Cretensi expeditione Thesei uberrime explicuerit. Plutarch. Thes. XVII. Thesea narrat Cretam navigasse ad interimendum Minotaurum. Pergit: *Πρότερον μὲν οὖν οὐδεμία σωτηρίας ἐλπὶς ὑπέκειτο· διὸ καὶ μέλαν ἱστίον ἔχουσαν τὴν ναῦν ἔπεμπον. τότε δὲ τοῦ Θησέως τὸν πατέρα θαῤῥύνοντος καὶ μεγαληγοροῦντος ὡς χειρώσεται τὸν Μινώταυρον, ἔδωκεν ἕτερον ἱστίον λευκὸν τῷ κυβερνήτῃ, κελεύσας ὑποστρέφοντα σωζομένου τοῦ Θησέως ἐπάρασθαι τὸ λευκόν· εἰ δὲ μὴ, τῷ μέλανι πλεῖν καὶ ἀποσημαίνειν τὸ πάθος. ὁ δὲ Σιμωνίδης οὐ λευκόν φησιν εἶναι τὸ δοθὲν ὑπὸ τοῦ Αἰγέως, ἀλλὰ*

Φοινίκεον ἱστίον, ὑγρῷ πεφυρμένον ἄνθεϊ πρίνου ἐριθάλλου·

– – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – –͂ ⏑ –́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – –

καὶ τοῦτο τῆς σωτηρίας αὐτῶν ποιήσασθαι σημεῖον. ἐκυβέρνα δὲ τὴν ναῦν Ἀμαρσυάδας Φέρεκλος, ὥς φησι Σιμωνίδης.

Versu 1. *πεφυρμένον ὑγρῷ* libri Bodlejani duo. In fine versus *πρινὸς ἄνθει* vulgata scriptura est, *τρυγὸς* Anonymi, *πρίνου* complurium emendatio: nos transposuimus numerorum caussa. Stephanus post *πεφυρμένον* signa lacunae apposuit. 2. Schaeferus *ἐριθάλου* vel *ἐριθαλοῦς* reponit. Interest vero: Plutarchi scriptura sonat *valide ramosum*, *ἐριθηλὴς* est *laete vigens.* — Gubernatorem navis *Nausithoum Salaminium* appellabat Philochorus teste Plutarcho. Ceterum apud Catullum Epith. Pel. et Thet. 225. Aegeus loquitur ita:

Inde infecta vago suspendam lintea malo,
Nostros ut luctus nostraeque incendia mentis
Carbasus obscurata decet ferrugine Hibera

Quod tibi si sancti concesserit incola Itoni,
Quae nostrum genus ac sedes defendere Erechthei
Annuit, ut tauri respergas sanguine dextram,
Tum vero facito ut memori tibi condita corde
Haec vigeant mandata nec ulla obliteret aetas,
Ut simul ac nostros invisent lumina collis,
Funestam antennae deponant undique vestem
Candidaque intorti sustollant vela rudentes.

30 Domum tendunt post multa discrimina rerum: Plut. Thes. XXII. *Τῇ δὲ Ἀττικῇ προσφερομένων ἐκλαθέσθαι μὲν αὐτὸν, ἐκλαθέσθαι δὲ καὶ τὸν κυβερνήτην ὑπὸ χαρᾶς ἐπάρασθαι τὸ ἱστίον, ᾧ τὴν σωτηρίαν αὐτῶν ἔδει γνώριμον τῷ Αἰγεῖ γενέσθαι. τὸν δὲ ἀπογνόντα ῥῖψαι κατὰ τῆς πέτρας ἑαυτὸν καὶ διαφθαρῆναι. καταπλεύσας δὲ ὁ Θησεὺς ἔθυε μὲν αὐτὸς ἃς ἐκπλέων θυσίας ηὔξατο τοῖς θεοῖς Φαληροῖ, κήρυκα δὲ ἀπέστειλε τῆς σωτηρίας ἄγγελον εἰς ἄστυ.* Caduceator reperit Aegea, qui

Praecipitem sese scopulorum e vortice jecit.

In Simonideo carmine quomodo haec adornata fuerint, colligimus ex Scholiasta Soph. Ajac. 727. (ubi est:

τί δ' ἐστὶ χρείας τῆσδ' ὑπεσπανισμένον;)

Καὶ ἐν Σιμωνίδῃ ἐπὶ τοῦ πρὸς Αἰγέα ἀγγέλου πεμφθέντος·

Βιότῳ κέ σε μᾶλλον ὄνασα
πρότερος ἐλθών.

⏑ ⏑ ⏑́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏓
⏑́⏑ ⏑ – –

Legitur *βιότω καί σε μᾶλλον ὤνασα πρ. ἐ.* Hermannus ad Soph. Aj. l. c.: *βιότου κέ σε μᾶλλον ὤνασα*, quod vellem addidisset quomodo intellectum velit. Nos *βιότῳ* cum Ursino dedimus, *ὄνασα* metri gratia reponendum rati. Hoc dicit nuntius: *Vita* (nos *um das Leben*) *magis*

te juvissem, si prius venissem, h. e. vitam tibi servassem, si prius venissem. Ut saepe dativus jungitur comparativis, quo differentia indicetur.

Plutarchum autem per totum illum locum Simonidem ante oculos habuisse argumento esse potest, quod de nuntio nihil neque Paus. I, 22, 5. et Diod. Sic. IV, 61. neque Catullus memorant iidemque oblitos esse comites Thesei imperii sui non prae gaudio, sed ob desertam Ariadnam tristitia affectos referunt. Et Plutarchus quum nuntium ab Atheniensibus coronatum tradit, hoc quoque ex Simonideo carmine fluxisse justa argumentatione efficitur: quod ubi contuleris cum iis, quae Photius de origine *φυλλοβολίας* tunc primum usurpatae narrat, non reluctabere nobis, qui haec omnia ex Epinicio Astyli derivata arbitremur. De eadem re egerat Callimachus, si recte ad eum relata sunt quae habet Suidas v. *Στόρνῃσι· ζώναις. Αἱ δὲ γυναῖκες στόρνῃσιν ἀνέστρεφον* (*ἀνέστεφον*). *περὶ Θησέως.* Neque vero haec cum Toupio in Suid. III, 2. p. 197. ad Hecalen referri possunt; debebant ad *Αἰτίων* libros: nam Callimachus originem *φυλλοβολίας* explicabat.

XXXII. *ἈΔΗΛΟΝ.*

Clemens Alexandr. Stromm. IV, p. 211. Sylb. *Λέγει ἡ γραφή· Πᾶς ὁ πιστεύων ἐπ' αὐτῷ οὐ καταισχυνθήσεται. Εἰκότως οὖν Σιμωνίδης γράφει·*

Ἔστι δέ τις λόγος,
τὰν Ἀρετὰν ναίειν δυςαμβάτοις ἐπὶ πέτραις,
ἁγνὰν δέ μιν θεὰν χῶρον ἁγνὸν ἀμφέπειν.
Οὐδὲ γὰρ πάντων γλεφάροις θνατῶν ἔσοπτος,
ᾧ μὴ δακέθυμος ἱδρὼς ἔνδοθεν
μόλῃ, ἵκῃ τ' ἐς ἄκρον ἀνδρείας.

–́ ⏑ ⏑ – ⏑ ×

–́ ⏑ ⏑ – – –́ ⏑ – ⏑̄ –́ ⏑ ⏑ – –

– –́ ⏑ – – –́ ⏑ – ⏑ – ⏑ –

–́ ⏑ – – –́ ⏑ ⏑ – – –́ ⏑ – ⏑̄

– –́ ⏑ ⏑ – ⏑ – – –́ ⏑ –

–́ – –́ ⏑ – ⏑ –́ ⏑ – – –́ [⏑ – –́]

Versu 1. δὲ inseruimus. Exornavit poeta concelebrata illa Hesiodi Opp. 265.

Τῆς ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν
ἀθάνατοι· μακρὸς δὲ καὶ ὄρθιος οἶμος ἐς αὐτὴν
καὶ τρηχὺς τοπρῶτον· ἐπὴν δ' εἰς ἄκρον ἵκηται,
ῥηϊδίη δὴ ἔπειτα πέλει, χαλεπή περ ἐοῦσα.

Eadem imago Virtutis subest nobilissimae fabulae Prodiciae, v. Prolegg. p. XXXIX.; perinepte Quintus Smyrn. XIV, 195. deformavit. 2. Clemens: *νῦν δέ μιν θοάν*, quorum verborum emendatio ab interpretibus varie tentata noli dubitare quin prospere nobis successerit. Nam quum imago, quam praebent *δυσάμβατοι πέτραι*, sanctissima dea non satis digna videretur, quandoquidem et Sphinx aliaque ejusdemmodi monstra in inaccessis rupibus sedes fixisse fingebantur, necessario aliud venerabilis dea desiderabat epitheton, uti *χῶρον* ipsum *ἁγνὸν* vocat poeta. Similiter Virtutis speciem exornaverat Telesilla Argiva in Scholl. Hom. Odyss. N, 289. *Ἐκ τῆς κατὰ τὴν ὄψιν κοσμιότητος καὶ αἰδοῦς καὶ τοῦτο ὑπονοεῖν δίδωσι, καθὰ καὶ Ξενοφῶν καὶ Τελέσιλλα ἡ Ἀργεῖα διαγράφουσιν Ἀρετῆς καὶ Καλοκἀγαθίας εἰκόνα.* 4. Vel numerorum gratia *γὰρ* interponendum fuit. Jam enim poeta cur iste *λόγος* virtuti conveniens sit et apta imago explicat. *Neque enim*, ait, *celebritatem nanciscitur, nisi qui multo sudore effuso in summam arcem virtutis enisus est.* Namque *Nil sine magno Vita labore dedit morta-*

libus, ut ait ille. Similiter Pindarus, quem subjungit Clemens:

Νέων δὲ μέριμναι σὺν πόνοις εἱλισσόμεναι
δόξαν εὑρίσκοντι, λάμπει δὲ χρόνῳ
ἔργα μετ' αἰθέρα λαμπευθέντα (λαμπρυνθέντα).

Et Aeschylus:

Τῷ πονοῦντι δ' ἐκ θεῶν
ὀφείλεται τέκνωμα τοῦ πόνου κλέος.

6. Revocato cum Emperio nostro ἵκῃ τ', cujus in locum ἵκητ' quod vulgatur mirifice totius loci intellectui offecit, omnia explanata sunt. De hiatu μόλῃ, ἵκῃ τ' in arsi trochaica v. Hermann. El. D. M. p. 49.

XXXIII. 'ΑΔΗΛΟΝ.

Theophil. ad Autolyc. II, 9. p. 108. Wolf. Σιμωνίδης·

Οὔτις ἄνευ τε θεῶν ἀρετὴν λάβεν, οὐ πόλις, οὔ τις
οὐ βροτὸς, οὐ θεὸς ὃς παμμῆτις· δ' ἔστιν ἐν αὐτοῖς
οὐδὲν ἀπήμαντον.

Apud Stobaeum Ecl. I, 39. nonnisi haec supersunt:
Οὔτις ἄνευ θεῶν ἀρετὴν λάβεν, οὐ πόλις, οὔ τις οὔ.
Quae inscitia editorum immane foedata ita longe integriora prostant in cod. Wolfii B et Tigurino et apud Stephanum: Οὔτις ἄνευ θεῶν ἀρετὰν λάβεν, οὐ πόλις, οὐ βροτός. θεὸς ὁ (οὐ Steph.) παμμῆτις, ἀπήμαντον δὲ (τε Steph.) οὐδέν ἐστιν ἐν αὐτοῖς. Poetae verba concinnavimus in hanc formam:

['Επεὶ] οὔτις ἄνευ θεῶν
ἀρετὰν λάβεν, οὐ πόλις, οὐ βροτός.
Θεὸς ὁ παμμῆτις· ἀπήμαντον γὰρ οὐδὲν
ἔστιν ἐν θνατοῖς.

[⏑ ⏑] ⏑́ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ –

⏑ ⏑ –́ . ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –́ ⏑ ⏑

⏑́⏑ ⏑ – –́ ⏑ ⏑ – – –́ ⏑ – ×

–́ ⏑ – – –́

A divis, inquit, *bona: sine iis enim in mortalibus nihil non calamitas est.* Similiter Theognis 127. Welcker.

Θεοῖς εὔχου, τοῖς ἐστὶ μέγα κράτος· οὔ τι ἄτερ θεῶν
γίγνεται ἀνθρώποις, οὔτ' ἀγάθ' οὔτε κακά.

Quod Epiniciis hoc Fr. accensuimus, valde incertum est. Cum versu 2. confer Aesch. Eumenidd. 498. *Τίς ἢ πόλις βροτός θ' ὁμοίως ἔτ' ἂν σέβοι δίκαν.* Nos *Staat und Individuum.*

VI.

Ὕ Μ Ν Ο Ι.

Quod Simonidem Tzetzes Chiliadd. VIII, 228. laudationis puerorum (*αἴνους παίδων*) pecunia redemptas scripsisse narrat, ab hymnis Deorum manus abstinuisse, in Anacreontem id speciosius jacit Schol. Pind. Isthm. II, 1. Sed ne in eum quidem jure hoc luditur.

XXXIV. *ΕΙΣ ΔΙΑ ʼΟΛΥΜΠΙΟΝ.*

Himer. Orat. V, 2. *Ἠλεῖοί ποτε τῆς Σιμωνίδου λύρας λαβόμενοι, ὅτε ἐπὶ τὴν Πίσαν ἔσπευδεν, ὕμνῳ κοσμῆσαι τὸν Δία, δημοσίᾳ φωνῇ τὴν Διὸς πόλιν πρὸ Διὸς ᾄδειν ἐκέλευον.*

Poeta igitur hymnum exorsus in Iovem Olympium priusquam dei ipsius laudes celebraret, laudabat in prooemio Eleos et urbem Iovis Olympiam: nam Elei hymnum redemerant. In hunc modum Himerii nar-

ratiunculam interpretandam esse orationis tenor argumento est.

XXXV. *ΕΙΣ ΠΟΣΕΙΔΩΝΑ.*

Schol. Eurip. Medeae 5. *Πάγχρυσον νάκος. τὸ δέρμα. τοῦτο οἱ μὲν ὁλόχρυσον εἶναί φασιν, οἱ δὲ πορφυροῦν. Καὶ Σιμωνίδης δὲ ἐν τῷ εἰς τὸν Ποσειδῶνα ὕμνῳ ἀπὸ τῶν ἐν τῇ θαλάσσῃ πορφύρων κεχρῶσθαι αὐτὸ λέγει.* Schol. Apoll. Rh. IV, 177. *Πολλοὶ δὲ χρυσοῦν τὸ δέρας εἰρήκασιν, ὁ δὲ Σιμωνίδης ποτὲ μὲν λευκὸν, ποτὲ δὲ πορφυροῦν.* Adde Eudoc. Viol. p. 108. Eodem spectat Etym. M. p. 597, 12. *Νάκη· τὸ αἴγειον δέρμα· κῳδία καὶ κῴδιον τὸ προβάτειον. Οὐκ ἄρα τὸ ἐν Κόλχοις νάκος ῥητέον· κακῶς οὖν Σιμωνίδης νάκος φησίν.*

Vocaverat poeta, nisi fallit animus, *ἁλιπόρφυρον νάκος κριοῦ*, ut in Dosiadae Ara in Anth. Pal. XV, 25., I, p. 412. Brunck. Iason vocatur *πορφυρέου φῶρ κριοῦ.* Pindaro Pyth. IV, 68. est *πάγχρυσον νάκος κριοῦ*, ipse poeta Ceus alibi *λευκὸν* dixerat. Etymologus autem non hos solum poetas decreto suo habet reluctantes, sed Acusilaum quoque apud Schol. Hom. Odyss. Ξ, 533., quem emendavit Muellerus Orchom. p. 265., et Herod II, 42. aliosque. Temere autem Tzetzes quod de vellere arietis Colchici dictum erat, in Atrei arietem aureum transtulit, Chill. I, 430.

Ἀτρέως ἐν τοῖς θρέμμασιν ἦν τι χρυσοῦν ἀρνίον,
ὁ Σιμωνίδης πορφυροῦν εἶναι δὲ τοῦτο λέγει

XXXVI.

Ad eundem hymnum, in quo expeditio Argonautarum Neptuni in honorem descripta fuisse videtur, refe-

rimus Schol. Eurip. Med. 2. *Τὰς Συμπληγάδας ὁ Σιμωνίδης Συνορμάδας φησίν.* Aliis *συνδρομάδες, σύνδρομοι πέτραι, σύνδρομα πετράων* dicuntur.

XXXVII. *ΕΙΣ ᾿ΑΠΟΛΛΩΝΑ* (?).

Himer. Orat. XVI, 7. *Καὶ Σιμωνίδῃ πείθομαι, ὅπερ ἐκεῖνος ἐν μέλεσι περὶ Μουσῶν ἀνύμνησε. Φησὶ γὰρ δήπου τοῦτο ἐκεῖνος. ᾿Αεὶ μὲν αἱ Μοῦσαι χορεύουσι καὶ φίλον ἐστὶ ταῖς θεαῖς ἐν ᾠδαῖς τε εἶναι καὶ κρούμασιν· ἐπειδὰν δὲ ἴδωσι τὸν ᾿Απόλλωνα τῆς χορείας ἡγεῖσθαι ἀρχόμενον, τότε πλέον ἢ πρότερον τὸ μέλος ἐκτείνασαι ἦχόν τινα παναρμόνιον καθ᾿ ῾Ελικῶνος ἐκπέμπουσιν.*

XXXVIII. *ΕΙΣ ᾿ΑΝΕΜΟΝ.*

Himer. Orat. III, 14. *῾Ο ἄνεμος ἐπιγνοὺς, οἶμαι, τὴν Κείαν ᾠδὴν, ἣν Σιμωνίδης αὐτῷ προσῆσε μετὰ τὴν θάλατταν, ἀκολουθεῖ μὲν εὐθὺς τοῖς μέλεσι, πολὺς δὲ πνεύσας κατὰ πρύμνης οὔριος ἐλαύνει τὴν ὁλκάδα τῷ πνεύματι.* Idem Eclogg. XIII, 32. *Νῦν γὰρ ποιητικῶς ἐθέλων καλέσαι τὸν ἄνεμον, εἶτα οὐκ ἔχων ποιητικὴν ἀφεῖναι φωνὴν, ἐκ τῆς Κείας Μούσης προςειπεῖν ἐθέλω τὸν ἄνεμον·*

῾Απαλὸς δ᾿ ὑπὲρ κυμάτων χεόμενος
πορφύρεα σχίζει περὶ πρῴραν τὰ κύματα.

⏑ ⏑ –́ ⏑ – –́ ⏑ – ⏖́ ⏑ ×
–́ ⏑ ⏑ – – –́ ⏑ – – –̽ ⏑ –́ ⏑ ⏑

Versu 1. Forsitan *ἀκαλὸς* legendum. Pro *χεόμενος* aliquot libri *γενόμενος.* 2. *πορφυρᾶ σχίζει περὶ τὴν πρῴραν* libri. *Τὰ κύματα* Himerii videntur esse, non poetae. Videtur initium tempestatis describi mari ita commoto, ut fluctus tamen ad proram frangantur, navem ipsam non subruant. Quo forsitan spectat Fr. Inc.

CXXVIII.; nisi ad Naumachiam Artemisiam pertinebat.

De procella, quam elapsus poeta grato animo in Ventum condidit carmen, uberius explicat Phaedrus Fabb. IV, 21. Nam quum poeta peragratis, ut ait, urbibus Asiae in patriam esset rediturus, opibus naufragio absumptis Clazomenas adit:

Hic literarum quidam studio deditus,
Simonidis qui saepe versus legerat
Eratque absentis admirator maximus,
Sermone ab ipso cognitum cupidissime
Ad se recepit, et rell.

Cujus narrationis integritatem nemo praestiterit, qui Phaedri istius in ejusmodi rebus inscitiam dicam an socordiam meminerit. Nam ne quid dicamus de initio fabulae perabsurdo, quod est:

Homo doctus in se semper divitias habet.
Simonides, qui scripsit egregium melos,
Quo paupertatem sustineret facilius,
Circumire coepit urbes Asiae nobiles,
Mercede accepta laudes victorum canens et quae sequuntur:

Simonidem tam praeter fidem Prienensis Biantis dicto celebratissimo beavit, ut eum quidem inter eos, qui sua fluctibus eripere conniterentur, non ultimum tenuisse locum consentaneum videatur. Nobis ne illud quidem certum, Clazomenas ejectum esse poetam, quanquam in Asia minore versatum esse fidem non excedit. Ceterum cum Simonideo carmine Arionis Methymnaei hymnum in Neptunum opportune composuit Welckerus Mus. Rhen. 1833, IV. p. 646. et confer quae dicta sunt ad Epigrr. CLXXXIII. IV.

XXXIX. *'ΑΔΗΛΟΣ. 'ΕΚ ΚΑΤΕΥΧΩΝ.*

Scholl. Homer. Odyss. Z, 164. (ubi Menelaus: *῏Ηλθον γὰρ καὶ κεῖσε, πολὺς δέ μοι ἕσπετο λαὸς Τὴν ὁδὸν, ᾗ δὴ ἔμελλεν ἐμοὶ κακὰ κήδε' ἔσεσθαι.) Λέγοι δ' ἂν πολὺν λαὸν οὐ τὸν ἴδιον στόλον, ἀλλὰ τὸν Ἑλληνικὸν, ὅτ' ἀφηγούμενος εἰς Δῆλον ἦλθε Μενέλαος σὺν Ὀδυσσεῖ ἐπὶ τὰς Ἀνίου θυγατέρας, αἳ καὶ Οἰνότροποι ἐκαλοῦντο. ἡ δὲ ἱστορία καὶ παρὰ Σιμωνίδῃ ἐν ταῖς κατευχαῖς.*

Hymnis haec accensenda judicavimus, quoniam Grammatici hymnorum hanc inierunt descriptionem, ut alios *εὐκτικοὺς*, *ἀπευκτικοὺς* vocarent alios. Et illi quidem ordini Simonidis *κατευχὰς* attribuimus, v. Menander Rhet. I, 2. p. 31. Heeren. *Εὐκτικοὶ δὲ οἱ ψιλὴν εὐχὴν ἔχοντες ἄνευ τῶν ἄλλων μερῶν, ὧν εἴπομεν, καὶ ἀπευκτικοὶ οἱ τὰ ἐναντία ἀπευχόμενοι ψιλῶς.* Videtur igitur poeta precatus esse Oenotropos, Anii regis et Dorippae filias (Etym. M. v. *Δωρίππη*), Oeno, Spermo et Elaidem, »quarum tactu In segetem laticesque meri bacamque Minervae Transformabantur« (Ovid. Met. XIII, 653.) omnia, ut vini, frumenti oleique copiam gratificarentur, quantam suggessissent olim Graecis Trojam obsidione cincturis.

Simonides cum Homero Menelaum et Ulixem Trojam profecturos in insula fecerunt appellere, v. aliorum narrationes apud Nitzschium in Hom. Odyss. l. c. et Meinekium in Euphorionis Anium p. 26.

VII.

Π Α Ι Α Ν Ε Σ.

῎Εντι μὲν χρυσαλακάτου Λατοῦς τεκέων ἀοιδαὶ
ὥριαι παιάνιδες,

Pindarus ait Threno apud Schol. Vatic. Rhes. 895. Paeanes Simonidis citant Scholiasta Aristoph. Vespp. 1410. et Suidas; ad quos probabiliter, opinor, referimus Fr.

XL. Ἄδηλον.

Iulian. Epp. XXIV. p. 395, D. *Σιμωνίδῃ δὲ ἄρα τῷ μελικῷ πρὸς τὴν Ἀπόλλωνος εὐφημίαν ἀρκεῖ τὸν θεὸν Ἕκατον προςειπόντι καὶ καθάπερ ἀντ' ἄλλου τινος ἱεροῦ γνωρίσματος αὐτοῦ τὴν ἐπωνυμίαν κοσμῆσαι, διότι τὸν Πύθωνα τὸν δράκοντα βέλεσιν ἑκατὸν, ὥς φησιν, ἐχειρώσατο· καὶ μᾶλλον αὐτὸν Ἕκατον ἢ Πύθιον χαίρειν προςαγορευόμενον, οἷον κλήρου τινὸς ἐπωνυμίας συμβόλῳ προςφωνούμενον.* Eustath. Il. A, p. 51. *Ὅτι οὐχ ὁμοίως τῷ ποιητῇ σεμνοί εἰσιν ἐν τοῖς μύθοις οἱ μετ' αὐτὸν ποιηταί. Ποῦ γὰρ σεμνὸν, Ὁμήρου Ἑκατηβελέτην εἰπόντος τὸν Ἀπόλλωνα, μυθεύεσθαι Σιμωνίδην, ὡς ἑκατὸν βέλεσιν ἀνεῖλεν ὁ Ἀπόλλων τὸν ἐν Πυθοῖ δράκοντα, δέον ὂν μιᾷ βολῇ νεκρῶσαι τὸ θηρίον;* Similiter Tzetz. Exeges. in Iliad. p. 117, 17.

Quae in Paeane sedem habuisse confirmari videtur loco Callimachi Hymn. in Apoll. 100.

Πυθώ τοι κατιόντι συνήντετο δαιμόνιος θὴρ
Δεινὸς ὄφις· τὸν μὲν σὺ κατήναρες, ἄλλον ἐπ' ἄλλῳ
Βάλλων ὠκὺν ὀϊστόν· ἐπηΰτησε δὲ λαός·
Ἰὴ, ἰὴ παιῆον, ἵει βέλος· εὐθύ σε μήτηρ
Γείνατ' ἀοσσητῆρα· τὸ δ' ἐξέτι κεῖθεν ἀείσῃ.

Eandem Hecati originationem tangunt Hesych. s. v. et Etym. M. et Gud. Nimirum talia omnes poetae Graeci valde adamarunt.

VIII.

ΔΙΘΥΡΑΜΒΟΙ.

Dithyrambis in honorem Bacchi a quinquaginta choreutis cum saltatione cantatis cum Laso Hermionensi certasse poetam Ceum Athenis supra docuimus Prolegg. p. IX. Quinquaginta sex victorias e certaminibus dithyrambicis reportasse eundem, ipsius testimonium fidem facit Epigr. CCII. proditum, quarum agmen claudit ea, quam octogesimo aetatis anno nactum se esse testatur Epigr. CCIII. In quibus carminibus poetam non mediocriter debacchatum ait Himerius Orat. III, 1. v. Prolegg. p. XLII. Dorios Aristonis Argivi *καθαροὺς αὐλοὺς* ut laudat ipse Epigr. CCV., ita ipsius dithyrambos Doriam harmoniam habuisse probabiliter statuerimus. Ad id genus carminum rettuleris Frr. Incert. LXXVII. CXX. I.

Erat aliud genus dithyramborum, quorum argumentum versabatur in fabulis heroicis, quibus cum Dionysiaca religione quaedam intercederet cognatio, v. Dissen. Pind. p. 625., Mueller. Epist. ante Ibycum p. XI. Ut Xenocriti Locrensis carmina, quae fabulas heroicas tractabant, a quibusdam dithyramborum nomine appellata tradit Plutarch. de Mus. X. Qualia carmina et a Pindaro et ab Simonide composita tragoediarum lyricarum nomine videntur insignita fuisse: de quarum ratione licet multa variaque a viris doctis disputata sint, hoc unum videtur certum et exploratum, exstitisse: qualia fuerint opinaturis relinquimus. Huc referendus

XLI. *ΜΕΜΝΩΝ ΔΙΘΥΡΑΜΒΟΣ ΤΩΝ ΔΗΛΙΑΚΩΝ.*

Strabo XV, p. 728, B. *Λέγεται* (Susa) *καὶ κτίσμα Τιθωνοῦ τοῦ Μέμνονος πατρός· — ἡ δ' ἀκρόπολις ἐκα-*

λεῖτο Μεμνόνειον. Λέγονται δὲ καὶ Κίσσιοι οἱ Σούσιοι· φησὶ δὲ καὶ Αἰσχύλος τὴν μητέρα Μέμνονος Κισσίαν. Ταφῆναι δὲ λέγεται Μέμνων περὶ Πάλτον τῆς Συρίας παρὰ Βαδᾶν ποταμόν, ὡς εἴρηκε Σιμωνίδης ἐν Μέμνονι διθυράμβῳ τῶν Δηλιακῶν.

Verba ultima Casaubonum moverunt, ut Simonidi poetae Semum Deliacorum auctorem substitueret: at hoc est urere et secare. Libri variant: pars Δαλιακῶν, alii Δελιδιακῶν, codex Vaticanus teste Leone Allatio de Scriptis Simeon. p. 210. Δισιλυακῶν. Si recte habet Δηλιακῶν, poeta Deliensibus complures scripserit dithyrambos ad celebranda sacra Bacchi, quem apud eos tempore, opinor, hiberno cultum et Naxus vicina insula, unde erant qui dithyrambum repeterent, fidem facit et comparatio religionis Delphicae, apud quos hiberno tempore Dionysiaci agebantur dithyrambi, denique praeter alia tenue vestigium, sed vestigium tamen apud Etym. Gud. Διόνυσος· παρὰ τοῖς Δηλίοις ὁ αὐτὸς τῷ ἡλίῳ νομίζεται. Quae carmina segregaverint Grammatici τῶν Δηλιακῶν nomine comprehensa: quanquam Memnon quomodo cum sacris Bacchicis vel cum Delo insula conjunctus fuerit ignoramus.

Nomen fluvioli illius incertum est: pro Βαδᾶν alii libri vel βανδῶν, vel βανδᾶν scribunt: Vossio ad Melam I, 12, 27. Βάλδον placuit. De fabulis Memnoniis, quem Asiae vindicant vetustiores poetae, v. Frid. Iacobs. in Scriptis Varr. Argum. III, p. 4. 63.

IX.

ΠΑΡΘΕΝΙΑ.

Parthenia ab choris virginum, quarum tenellae indoli apta erant, appellata Simonidi vindicat Plutarchus

Mus. XVII. *Πολλὰ Δώρια Παρθένεια* [*ἄλλα*] [4]) *Ἀλκμᾶνι καὶ Πινδάρῳ καὶ Σιμωνίδῃ καὶ Βακχυλίδῃ πεποίηται, ἀλλὰ μὴν καὶ ἔτι Προσόδια καὶ Παιᾶνες καὶ μέντοι καὶ τραγικοὶ οἶκτοι ποτὲ ἐπὶ τοῦ Δωρίου τρόπου ἐμελῳδήθησαν καί τινα Ἐρωτικά.* Eodem tendit Aristophanes Avv. 917.

Μέλη πεποίηκ' ἐς τὰς Νεφελοκοκκυγίας,
τὰς ὑμετέρας κύκλιά τε πολλὰ καὶ καλά,
καὶ παρθένεια, καὶ κατὰ τὰ Σιμωνίδου.

Aristophanes enim poetae Cei reliquorumque poetarum lyricorum non raro iniquus censor exstitit, quorum carmina ipsi malis artibus pessumdata et perniciosa viderentur, v. Scholia h. l. et Suidas s. v. *Παρθένεια· τουτέστι κακότεχνα καὶ ποικίλα.*

X.

ΣΚΟΛΙΑ.

Scolia poetas Dorienses et ipsa choro aptasse argumento Pindarus est. Iidem tamen ad Aeolensium poetarum morem quaedam conscripsisse videntur, ut Timocreon Rhodius et Simonides Ceus, cui major numerus testium tribuit carmen hoc

XLII.

Ὑγιαίνειν μὲν ἄριστον ἀνδρὶ θνατῷ,
δεύτερον δὲ καλὸν φυὰν γενέσθαι·
τὸ τρίτον δὲ πλουτεῖν ἀδόλως,
καὶ τὸ τέταρτον ἡβᾶν μετὰ τῶν φίλων.

---

4) Vocem *ἄλλα* sensu cassam delet Fr. Iacobsius in Wolfii Anall. Litt. I, p. 375. ut ex *Ἀλκμᾶνι* ortam.

Litem de auctore nobilissimi carminis vel Anaxandridae Comici aetate agitatam prodit Athen. XV, p. 694, E. *Αισθέντος τούτου καὶ πάντων ἡσθέντων ἐπ' αὐτῷ καὶ μνημονευσάντων, ὅτι καὶ ὁ καλὸς Πλάτων αὐτοῦ μέμνηται ὡς ἄριστα εἰρημένου* (v. Plat. Gorg. p. 451, E. Legg. I, p. 631, C. II, p. 661, A., cui auctor est *ὁ ποιητὴς τοῦ σκολιοῦ.*), *ὁ Μυρτίλος ἔφη, Ἀναξανδρίδην αὐτὸ διακεχλευακέναι τὸν κωμῳδιοποιὸν ἐν Θησαυρῷ λέγοντα οὕτως·*

Ὁ δὲ σκόλιον εὑρὼν ἐκεῖνος ὅστις ἦν,
τὸ μὲν ὑγιαίνειν πρῶτον ὡς ἄριστον ἦν,
ὠνόμασεν ὀρθῶς· δεύτερον δ' εἶναι καλόν,
τρίτον δὲ πλουτεῖν, τοῦθ', ὁρᾷς, ἐμαίνετο.
μετὰ τὴν ὑγίειαν γὰρ τὸ πλουτεῖν διαφέρει·
καλὸς δὲ πεινῶν ἐστιν αἰσχρὸν θηρίον.

Scholiasta Platonis Gorg. p. 451, E. *Τὸ σκόλιον τοῦτο οἱ μὲν Σιμωνίδου φασίν, οἱ δὲ Ἐπιχάρμου.* Simonidi haud cunctanter adscribunt Clem. Alex. Stromm. IV, p. 375. ex eoque Theodoret. Sermm. II, p. 63., tum Schol. Luciani de Lapsu inter Salut. §. 6. Opp. T. III, p. 292. Bip. et Arsen. Viol. p. 456., qui addit: *Σιμωνίδου αὗται αἱ παροιμιώδεις γνῶμαι,* Scleriae dicitur apud Stob. Sermm. CI, p. 550. Gesn. Scripturam constituit Hermann. Elem. Doctr. Metr. p. 694.

XI.

ὙΠΟΡΧΗΜΑΤΑ.

Hyporchemata Apollini sacra, genus carminum vividissimae actionis plenum, a quibusdam chori saltatoribus, qui aptissimi ad hanc rem judicati essent, mimice exprimebantur, reliquo choro circa aram tripudiante: quae

quidem *ὄρχησις μίμησις ἦν τῶν ὑπὸ τῆς λέξεως ἑρμηνευομένων πραγμάτων*, ut loquitur Plutarchus. Uberiora vide apud Boeckhium Metr. Pind. III, 6. p. 201., Mueller. Dorr. I, p. 351., Hoeck. Cret. III, p. 345. Mimicae imitationes istae quanta fuerint agilitate demonstrant praeclarae hae Simonideorum hyporchematum reliquiae. Numeri volutabundi atque incitatissimi, Cretico adaptati rhythmo juveniliter exsultanti, v. Fr. XLV. Simonidi in hoc genere poesis palmam tributam esse diserte testatur Plutarchus Symposs. IX, 15, 2., quem locum statim apposuimus ut et ab aliis est, ut a Schneidero et Boeckhio Introd. Pind. Hyporch. p. 596 sqq. et a nobis ipsis emendatus: *Καὶ ὅλως μεταθετέον τὸ Σιμωνίδειον ἀπὸ τῆς ζωγραφίας ἐπὶ τὴν ὄρχησιν, τὴν μὲν ὄρχησιν εἶναι ποίησιν σιωπῶσαν, τὴν δὲ ποίησιν πάλιν ὄρχησιν φθεγγομένην· ὅθεν οὔτε εἰπεῖν ἐστι γραφικῇ μετεῖναι ποιητικῆς, οὔτε ποιητικῇ γραφικῆς·* (v. Plut. de Gloria Atheniensium p. 346, F. cll. Prolegg. p. XLIV.) *οὐδὲ χρῶνται τοπαράπαν ἀλλήλαις. ὀρχηστικῇ δὲ καὶ ποιητικῇ κοινωνία πᾶσα καὶ μέθεξις ἀλλήλων ἐστὶ καὶ μάλιστα μιμούμεναι περὶ τὸ τῶν ὑπορχημάτων γένος, ἓν ἔργον ἀμφότεραι, τὴν διὰ τῶν σχημάτων καὶ τῶν ὀνομάτων μίμησιν ἀποτελοῦσιν. Δόξειε δ' ἄν, ὥσπερ ἐν γραφικῇ, τὰ μὲν ποιήματα ταῖς γραμμαῖς, ὑφ' ὧν ὁρίζεται τὰ εἴδη [μάλιστα ἐοικέναι, τὰ δὲ τῆς ὀρχήσεως τοῖς χρώμασιν.] δηλοῖ δὲ ὁ μάλιστα κατωρθωκέναι δόξας ἐν Ὑπορχήμασιν καὶ γεγονέναι πιθανώτατος αὐτὸς ἑαυτοῦ, τὸ δεῖσθαι τὴν ἑτέραν τῆς ἑτέρας.* Hoc dicit: Simonides suis ipsius hyporchematis convincitur, non tam poesin et picturam, ut ipse dicit, quam saltationem et poesin cognatione quadam teneri: altera enim alterius ope eget. Pergit exempla afferens: *Τὸ γὰρ·*

XLIII.

Ἀπέλαστον ἵππον, ἢ κύνα
Ἀμυκλαίαν ἀγωνίῳ
ἐλελιζόμενος ποδὶ μίμεο καμπύλον μέλος διώκων.

⏑ ⏑ –́ ⏑ – ⏑ – ⏑ ×
⏑ –́ ⏑ – ⏑ –́ ⏑ –
⏑ ⏑ –́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑ –́ ⏑ – –

Indomitum equum vel Amyclaeam canem imitare incitato volutatus pede quum flexuosum persequeris carmen, poetae sunt in ὑποκριτὰς illos dicta.

Versu 1. Turnebus, Mezir. et Amyotus (qui transtulit haec ita: *Je joué le cheval de Thessalie, ou le chien d'Amycle, poursuivant d'un pied imitateur son chant tortu.*) Θεσσαλὸν ἵππον, quod mera conjectura niti crediderim haudquaquam probabili; non melius Meinekius in Euphor. p. 72. Πελασγὸν, *Argivum*.

2. Ἀμυκλαίαν αι corripit, v. Prolegg. p. XLVIII. Canes Amyclaeae sive Laconicae ob velocitatem celebratae, unde Pind. Hyporchem. Fr. III

Ἀπὸ Ταϋγέτοιο μὲν Λάκαιναν
ἐπὶ θηρσὶ κύνα τρέφειν πυκινώτατον ἑρπετόν.

Cfr. Virgil. Georg. III. 345. 405. Ἀγωνιῷ vulgo: id ante nos emendatum. 3. μίμῳ Turnebus, Vulc., Amyotus. Καμπύλον μέλος carmen intelligit metrorum varietate tortuosum, ut sunt apud Pind. Olymp. I, 105. ὕμνων πτυχαί, apud Besantinum Rhod. Anth. Pal. XV, 27. κλυτᾶς πολύπλοκα μέτρα μολπᾶς. In eundem sensum interpretanda illa apud Theocritum XVI, 48. de Simonide: αἰόλα φωνέων βάρβιτον ἐς πολύχορδον. Simul Ceus poeta saltationis artificia respicit, quae numeris attemperarentur. Διώκειν μέλος dicuntur saltatores, dum

reliquis cum saltatione cantantibus ipsi vividis motibus exprimunt ea, quae carmine significantur.

XLIV.

Pergit Plutarchus: ἢ τὸ·

Οἷος ἀνὰ Δώτιον ἀνθεμόεν τε πεδίον πέταται
θάνατον κεράσασα εὑρέμεν μανύων ἐλάφῳ·
τὰν δ' ἐπ' αὐχένι στρέφοιαν ἕτερον κάρα πάντα ἕτοιμον.
Καὶ τὰ ἑξῆς.

Vertit haec Amyotus: »*Comme par la campagne Dotiene, ou en la plaine d'Anthemiunte: Il vole pour haster* (σπεύδεμεν ?) *la mort du cerf ramé* (κεροέσσας vel κεράας — ἐλάφω), *prest d'attacher au collet toute autre beste.*« Wyttenbachius: *Οἷος ἀνὰ Δώτιον Ἀθαμάνων πεδίον πέταται θάνατον κεροέσσᾳ φέρεμεν κύων ἐλάφῳ· Τὰν δ' ἐπ' αὐχένι, στρέφοισαν ἑτέρωσε κάρα, πλάττει ἕτοιμον.* Cohortatur poeta actores hyporchematis, ut agant canem, qui per latos campos volat fugaci cervae exitium allaturus.

Versu 1. τε unde ortum sit manifestum est. 2. Codex nescio quis θανάτου κῆρας, Turnebus et Vulc. θανάτοιο κῆρας, quae sunt futilia commenta interpretum. Verum Amyotus expressit. Poetae pariter atque artifices Graecorum ex cervabus mythicis Herculis, Telephi, Iphigeniae aliis, quas cornua gestasse ferebant, nec suae aetatis bestias hoc ornamento destitutas patiebantur. Veluti Anacreon Fr. XLIX.

Οἷά τε νεβρὸν νεοθηλέα
γαλαθηνὸν, ὅστ' ἐν ὕλῃ κεροέσσης
ἀπολειφθεὶς ὑπὸ μητρὸς ἐπτοήθη.


Scite Schol. Pind. Ol. III, 52. *Ζηνόδοτος δὲ μετεποίησεν ἐροέσσης διὰ τὸ ἱστορεῖσθαι, τὰς θηλείας κέρατα*

μὴ ἔχειν, ἀλλὰ τοὺς ἄρσενας· οἱ μέντοι γε ποιηταὶ πάντας κέρατα ἔχοντας ποιοῦσιν. Zenodotum confutavit Aristophanes Byzantius apud Aelianum Hist. An. VII, 39. Sed vel natura ita interdum ludit lusitque antiquitus, v. Persen Anth. Pal. VI, 112., Antip. Sidon. VI, 111., Leonid. VI, 110. Nisi praestet ponere, genus femininum nulla sexus ratione habita usurpari solitum esse a posterioribus maxime poetis. Sed Nicocreontem Cyprium volens et propitia Diana dignata adspicere, qui vel τετράκερων ἔλαφον ἀνέθηκε Πυθοῖ καὶ ὑπέγραψε·

Σῆς ἕνεκεν, Λητοῦς τοξαλκέτα κοῦρ', εὐνοίας
Τήνδ' ἕλε Νικοκρέων τετράκερων ἔλαφον,

teste Aelian. H. A. XI, 40., ubi ἐπινοίας legebatur. Num cerva fuerit incertum videtur. Ceterum v. Boeckhium Expll. Pind. p. 139. Μανύων corruptum: κύων tamen vocula ab initio absorpta esse potest. Nos licet suffecerit πέταται εὑρέμεν ad indicandam promptam canis voluntatem, dubitanter ματεύων reponimus. 3. ἐπ' αὐχένι στρέφοισαν, nam στρέφοισαν complures viri docti recte scripserunt, non immunis est vitii scriptura. Deficit verbum, ad quod applicentur sequentia: quod in ἐπ' vocula latere perspexit Emperius. Tum pro ἕτερον lege σφέτερον; in verbis πάντα ἕτοιμον latebat πάντ' ἐς οἶμον vel ἐπ' οἶμον. Cervas enim a canibus venaticis attrectatas omnes in partes versatiles cervices flectere fugam meditantes, expertus scit qui a re venatica non alienus est. Igitur haec videntur Simonidea:


Οἷος δ' ἀνὰ Δώτιον ἀνθεμόεν πεδίον πέταται
θάνατον κεράᾳ
εὑρέμεν ματεύων ἐλάφῳ·
τὰν δ' ἕλ' αὐχένι στρέφοισαν
σφέτερον κάρα πάντ' ἐς οἶμον.



XLV.

Jam replicandus ordo disputationis Plutarcheae. Nam ita filus orationis pertexitur: *Τὸ γὰρ — ἢ τὸ — μηδένα λέληθεν τὴν ἐν ὀρχήσει διάθεσιν τὰ ποιήματα παρακαλεῖν καὶ τὼ χεῖρε καὶ τὼ πόδε, μᾶλλον δὲ ὅλον ὥσπερ τισὶ μηρίνθοις ἕλκειν τὸ σῶμα τοῖς μέλεσι καὶ ἐντείνειν, τούτων δὴ λεγομένων καὶ ᾀδομένων ἡσυχίαν ἄγειν μὴ δυνάμενον· αὐτὸς γοῦν ἑαυτὸν οὐκ αἰσχύνεται περὶ τὴν ὄρχησιν οὐχ ἧττον ἢ τὴν ποίησιν ἐγκωμιάζων·*

Ὄπα δὲ γαρῦσαι
σύν τ' ἐλαφρὸν ὄρχημ' οἶδα ποδῶν μιγνύμεν·
Κρῆταν δέ μιν καλέοισι τρόπον, τὸ δ' ὄργανον Μολοσσόν.



In libris vix effigies quaedam integrae scripturae superest haec: *Ὅταν δὲ γηρῶσαι νῦν ἐλαφρὸν ὄρχημα οἶδα π. μ.*, nisi quod Turnebus et Vulcobius *ὅταν δέῃ* scripserunt suo periculo, ut opinor. Amyotus quid legendum censuerit ex versione ipsius conjectare licet, quae haec est: Tout vieil que je suis, encore sçay je de pied leger saulter et baller. Ad quae fere conformata erat ea scriptura, quae in Prolegg. p. XXIII. animo nostro obversabatur haec: *Ὥρα δ' ἔτι νῦν γαρῦσαι Ἐλαφρὸν ὄρχημά τ' ἀοιδᾷ ποδῶν μιγνύμεν.* Nunc

in medela acquiescimus et ad ductus literarum leniore et ad Plutarchi mentem non minus accommodata, quam supra exhibemus. Gloriatur poeta, se et cantus et saltationis cum cantu miscendae peritum esse. 4. Apud Plutarchum verba *τὸ δ' ὄργανον Μολοσσὸν* abscissa: servavit Athen. IV, p. 181, B. *Καὶ Κρητικὰ καλοῦσι τὰ ὑπορχήματα· Κρῆτα μὲν καλέουσι τρόπον· τὸ δ' ὄργανον Μολοσσόν.* *Κρῆτα* Plutarchus: *Κρήταν* codices Athenaei P C et ita repperit Eustath. Hom. p. 1166, 49. *Κρησὶ κατὰ τὴν ἱστορίαν ἐπιχώρια τό τε κυβιστᾶν καὶ ἡ ὄρχησις, ὡς καὶ Ὅμηρος οἶδε, καὶ περιῄδοντο τοῖς πάλαι τὰ Κρητικὰ ἐμμελῆ ὑπορχήματα. καὶ τὸ μὲν ὄργανον ἐκαλεῖτο μολοσσόν· ὁ δὲ τρόπος Κρήτας, ὡς ἂν εἴποι τις Κρητικός· καὶ ἐστὶ δωρικὸν τοὔνομα ὅμοιον τῷ Νικήτας καὶ Φιλήτας,* (leg. *Νικητᾶς καὶ Φιλητᾶς*) *ὧν τὰ κοινὰ Νικήτης καὶ Φιλήτης.* Unde Sosibius apud Schol. Pind. Pyth. II, 127. *τὰ ὑπορχηματικὰ μέλη Κρητικὰ ἀξιοῖ λέγεσθαι*: in quibus excelluisset Thaletas Gortynius. Adde Suidam v. *Κρητικός· ῥυθμός ἐστιν, οὕτω καλούμενος· Ἀριστοφάνης·* (Eccles. 1165.) *ὑπανακινεῖν Κρητικῶς τὼ πόδε.* Alio respexit Hesych. *Κρῆτα τρόπον· τὸ παιδικοῖς χρῆσθαι.* Confer Prolegg. p. LII. — Ibidem *δέ μιν* scripsimus: Plutarchus et Athenaei codex P *μὲν*; libri editi veteres *μὴν*, codex C *τε*; *μιν* Casaubonus. Denique *καλέουσι* edebatur. Organum Molossum quale fuerit non constat: genus aulorum crassioris fili fuisse conjectes. Videntur omnino Molossi musicam quandam artem popularem excoluisse non perfunctorie, a quibus pes ille molestissimus nomen traxerit: haud profecto temere. Et saltationem quandam ipsis propriam fuisse prodit Athen. XIV, p. 629, D. *Τὰ δὲ σταδιμώτερα καὶ ποικιλώτερα καὶ τὴν ὄρχησιν ἁπλουστέραν*

ἔχοντα καλεῖται δάκτυλοι, ἰαμβικὴ, Μολοσσικὴ ἐμμέλεια, κόρδαξ, σίκιννις Περσικὴ, Φρύγιος νεβατισμὸς, Θράκιος καλαβρισμὸς, τελεσιάς· Μακεδονικὴ δ' ἐστὶν αὕτη ὄρχησις.

Addendum in fine, omnia haec hyporchematum fragmina a Schneidero Pindaricis inserta, (Boissonadius ultimum fragmentum Bacchylideis intulit;) jam a Boeckhio suo auctori restituta esse, quem vide ad Frr. Pind. p. 596 sqq.

XII.

ΘΡΗΝΟΙ.

In poetis lyricis, qui Threnis componendis nomen adepti sunt, Pindarus excellunt et Simonides. Georgius Galesiota Monodia in Theodorum Callistum Xanthopulum apud Leon. Allatium p. 210. *Ἀλλὰ Σιμωνίδην ἐκεῖνον καὶ Πίνδαρον κοινῇ μεταποιουμένους τῶν θρήνων πάντως τι τῶν ὄντων ἀνύσαι τοῦτ' ἔργον πεποιημένους.* Quorum tamen carmina non èxiguo discrimine intersepta fuisse puta et eodem, quo universa poesis utriusque vatis in suo genere summi distabat. Veterum magistrorum hac de re arbitrium propagavit Dionysius Halicarn. Vett. Scrr. Judic. II, 6. *Σιμωνίδου παρατήρει τὴν ἐκλογὴν τῶν ὀνομάτων, τῆς συνθέσεως τὴν ἀκρίβειαν· πρὸς τούτοις, καθ' ὃ βελτίων εὑρίσκεται καὶ Πινδάρου, τὸ οἰκτίζεσθαι μὴ μεγαλοπρεπῶς, ὡς ἐκεῖνος, ἀλλὰ παθητικῶς.* Suo jure *μεγαλοφωνίᾳ* praestare Aeschylum ait Basilius Magnus Epist. 379. *Σιμωνίδου ὄντως ἤ τινος τοιούτου μελοποιοῦ δεόμεθα, ἐναργῶς εἰδότος ἐπιστενάζειν τοῖς πάθεσι. Καίτοι τί λέγω Σιμωνίδην; δέον Αἰσχύλον εἰπεῖν ἢ εἴ δή τις ἕτερος παραπλησίως ἐκείνῳ συμφυ-*

ρᾶς μέγεθος ἐναργῶς διαθέμενος μεγαλοφώνως ἀδύρατο. Si autem fas est ex paucis iis quae aetatem tulerunt conjecturam periclitari, Pindarus defunctorum gaudia magnificentius exornando et dulci spe futurae vitae contristatos suorum obitu animos consolando (v. Fr. IV.) lacrimas abstergebat, qui quidem divinae particulam aurae superare Orcum docuerit. Contra poeta Ceus in mollem luctum profusior (unde est apud Catullum carm. XX, 18. Maestius lacrumis Simonideis.), humanae sortis miserias et vitae fragilitatem collacrimatus suavissimis sensibus animos hominum perfudit; qua re sciret incredibiliter abjectos animos resuscitari et molli quadam commiseratione delenitos in laetiorem spem erigi. Nam quod est apud Plutarchum Symposs. III, 8, 2. Ἡ θρηνῳδία καὶ ὁ ἐπικήδειος αὐλὸς ἐν ἀρχῇ πάθος κινεῖ καὶ δάκρυον ἐκβάλλει, προάγων δὲ τὴν ψυχὴν εἰς οἶκτον, οὕτω κατὰ μικρὸν ἐξαίρει καὶ ἀναλίσκει τὸ λυπητικόν. Mollissimis autem fletibus mirifice alliciebat poeta tenerrimus vel posteriorum saeculorum homines, ut eum in hoc quidem genere reliquis poetis anteferrent omnibus. Testis qui a Graecis profecit Quinctilianus Instit. Orat. X, 1, 64. »Simonides, tenuis alioqui, sermone proprio et jucunditate quadam commendari potest: praecipua tamen ejus in commovenda miseratione virtus, ut quidam in hac eum parte omnibus ejus operis auctoribus praeferant.« Unde tanquam proverbii loco usurpari coepta est Cea naenia. Horat. Carmm. II, 1, 37.

Sed ne relictis, Musa procax, jocis,
Ceae retractes munera naeniae:
Mecum Dionaeo sub antro
Quaere modos leviore plectro.

In quem locum Porphyrio: »Threnos sive Planctus optime scripsit Simonides.«

XLVI. *ΕΙΣ ΣΚΟΠΑΔΑΣ.*

Stobaeus Sermm. CV, 9. Gaisf. *Σιμωνίδου Θρήνων·*

Ἄνθρωπος ἐὼν μή ποτε φήσῃς, ὅ τι γίνεται,
μηδ' ἄνδρα ἰδὼν ὅσσον χρόνον ἔσσεται.
Ὠκεῖα γὰρ οὐδὲ τανυπτερύγου μυίας
οὕτως ἁ μετάστασις.

Pleniora servavit Favorinus philosophus apud eundem Stobaeum CV, 62. *Ἄνθρωπος ὢν μηδέποτε φῇς, ὅ τι γίνεται αὔριον· μηδ' ἄνδρα ἰδὼν ὄλβιον ὅσον χρόνον ἔσσεται· ἀλλὰ μηδὲ οἶκον, ὥσπερ ἀμέλει ὁ ποιητὴς διεξέρχεται τὴν τῶν Σκοπαδῶν ἀθρόαν ἀπώλειαν.*

Versu 1. Stobaei codex A *φήσῃ*, apud Favorinum codd. A B *εἴπῃς*, quod ab Grammaticis digammi incuriosis expulsum revocamus, v. Prolegg. p. XLVIII. In fine versus ex Favorino *αὔριον*, altero versu *ὄλβιον* Simonidi reddenda vidit Leopardus Emendatt. X, 10. aliique. Ibidem *γίνεται* libri, fortissime: *Noli dicere, quid cras certo sit futurum.* Et inest futuri temporis significatio in voce *αὔριον*, ut facile careamus violenta Brunckii hariolatione *γενήσεται*. 2. *ὅσσον* et apud Favorinum codd. A B. Tum *ἐσσεῖται* Stobaei codex B. Eximium fragmentum, quod fuit ipsum exordium threni in Scopadarum gentem subita aedium ruina absumptorum, v. Prolegg. p. X., ita constituimus:

Ἄνθρωπος ἐὼν μήποτε εἴπῃς ὅτι γίνεται αὔριον,
μηδ' ἄνδρα ἰδὼν ὄλβιον, ὅσσον χρόνον ἔσσεται·

ὠκεῖα γὰρ, οὐδὲ τανυπτερύγου μυίας
οὕτως ἁ μετάστασις.

– –́ ⏑ ⏑ –́ –́ ⏑ ⏑ – –́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ×
– –́ ⏑ ⏑ – –́ ⏑ ⏑ – –́ ⏑ ⏑ – ⏑ –
– –́ ⏑ ⏑́ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑́ – –́ –
–̽ – –́ ⏑ – ⏑̄ –́

Ex eodem Threno videtur fluxisse quod est apud Schol. Theocr. Id. XVI, 36. *Οἱ Σκοπάδαι Κρανώνιοι τὸ γένος. Κράνων δὲ πόλις Θεσσαλίας, ὅθεν Σκόπας ὁ Κρανώνιος, Κρέοντος καὶ Ἐχεκρατίας* (*Ἐχεκρατίδος* Meinekius Commentatt. Miscc. p. 55.) *υἱός. Καὶ Σιμωνίδης ἐν Θρήνοις.* Quod autem crastinum diem obscurum dicit et fallacem fortunam beati hominis, statim subjunximus similem sententiam, quae est de crastini diei divina potentia.

XLVII.

Menander Rhetor I, 2. p. 31. Heeren. *Πεπλασμένοι δὲ (ὕμνοι), ὅταν αὐτοὶ σωματοποιῶμεν καὶ θεὸν καὶ γονὰς θεῶν ἢ δαιμόνων, ὥσπερ Σιμωνίδης τὴν Αὔριον δαίμονα κέκληκεν καὶ ἕτεροι Ὄκνον* (*Ὅρκον* Ruhnkenius Ep. Crit. I, p. 90.) *καὶ ἕτεροι ἕτερόν τινα.*

Δαίμονα dixit Diem Crastinum, quoniam is arbitrio suo vel donat fausta vel aufert. Similiter Sophocles *χρόνον εὐμαρῆ θεὸν*, Philoxenus *γάμον θεῶν λαμπρότατον* dixit. Aliquanto distat Callimachus Epigr. XV.

Δαίμονα τίς δ' εὖ οἶδε τὸν αὔριον;

XLVIII. *ΕΙΣ ἈΝΤΙΟΧΟΝ ΛΑΡΙΣΣΑΙΟΝ*

Aristid. Orat. in Eteon. I, p. 134. Canter. *Ποῖος ταῦτα Σιμωνίδης θρηνήσει; τίς Πίνδαρος; ποῖον μέλος ἢ λόγον τοιοῦτον ἐξευρὼν Στησίχορος* (vulgo *τίς χορός*: v. Jacobs

Lectt. Stobenss. p. 50.) ἄξιον φθέγξεται τοιούτου πάθους; ποία δὲ Δύσηρις Θετταλὴ τοσοῦτο πένθος ἐπένθησεν ἐπ' Ἀντιόχῳ τελευτήσαντι, ὅσον νῦν μητρὶ τῇ τούτου πένθος πρόκειται;

Sophistam subobscure his verbis tangere threnum Simonidis in Antiochum Thessalum, Aleuadarum ex gente, et perspexit Valesius et manifestum fit collato Theocr. Id. XVI, 34., ubi Scholiasta: Ὁ Σιμωνίδης τοῖς προειρημένοις ἐνδόξοις ἀνδράσιν ἐπινίκια ἔγραψε καὶ θρήνους. Et postea: Ὁ δὲ Ἀντίοχος Ἐχεκρατίδου καὶ Δυσήριδος υἱὸς ἦν, ὥς φησι Σιμωνίδης. Ἐχεκρατίδου codex Paris. A: vulgo Ἐχεκράτιδος. Sed Δυσήριδος certa est Valesii emendatio: vulgo Συρίδος, codex Paris. A Σίριδος: idem nomen est apud Anacreontem Epigr. III.; v. Buttm. Mythol. II, p. 280.

Antiochus, vir nobilissimus, βασιλεύσας πάντων Θεσσαλῶν, ut ait Philostratus Epp. 13. Echecratidem patrem, quo vetustior sit oportet alter Echecratidas apud Paus. X, 16, 4. ἀνὴρ Λαρισσαῖος, qui quidem primus omnium statuam dedicaverit Delphis, Anacreontis celebrat Epigr. IX.

Σάν τε χάριν, Διόνυσε, καὶ ἀγλαὸν ἄστεϊ κόσμον
Θεσσαλίας μ' ἀνέθηκ' ἀρχὸς Ἐχεκρατίδας.

Antiochi filius τοῦ Θεσσαλῶν βασιλέως patria ejectus Athenas confugit, v. Thucyd. I, 111.

XLIX. ΕΙΣ ΛΥΣΙΜΑΧΟΝ ἘΡΕΤΡΙΕΑ.

Harpocration v. Ταμύναι et omisso testimonio Simonidis Photius Pors. p. 568, 14. et Suidas: Αἰσχίνης κατὰ Κτησιφῶντος (§. 86.). πόλις ἐστὶν ἐν Εὐβοίᾳ ἐν τῇ χώρᾳ τῇ Ἐρετριέων αἱ Ταμύναι, ἔνθα καὶ ἱερὸν Ἀπόλλωνος, ὡς οἵ τε τὰ Εὐβοϊκὰ γράψαντες μαρτυροῦσι

καὶ Σιμωνίδης ἐν τῷ εἰς Λυσίμαχον τὸν Ἐρετριέα Θρήνῳ.

Conferatur Strabo X, 1. p. 324. Tauchn. *Ἐν τῇ Ἐρετρικῇ πόλις ἦν Ταμύναι, ἱερὰ τοῦ Ἀπόλλωνος· Ἀδμήτου δὲ ἵδρυμα λέγεται τὸ ἱερὸν, παρ' ᾧ θητεῦσαι λέγουσι τὸν θεὸν αὐτὸν, πλησίον τοῦ πορθμοῦ.* In numo Septimii Severi apud Pyrrhum Ligorium circa caput Apollinis laureatum radiatumque legebatur: *ΤΑΜΥΝΑΙΩΝ.*

L. *ΔΑΝΑΗ.*

Dionys. Halicarn. Comp. Verbb. capite XXVI. quomodo carmina solutae orationi simillima evadant disputat. Post allata poetarum Epicorum atque Tragicorum exempla ad poesin Lyricam descendit: ubi haec leguntur p. 428. Schaefer. *Ἐκ δὲ τῆς μελικῆς τὰ Σιμωνίδου ταῦτα· γέγραπται δὲ κατὰ διαστολάς, οὐχ ὧν Ἀριστοφάνης ἢ ἄλλος τις κατεσκεύασε κώλων* (v. Prolegg. p. XLIX.), *ἀλλ' ὧν ὁ πεζὸς λόγος ἀπαιτεῖ. Πρόσεχε δὴ τῷ μέλει καὶ ἀναγίνωσκε ταῦτα κατὰ διαστολὰς καὶ εὖ ἴσθ' ὅτι λήσεταί σε ὁ ῥυθμὸς τῆς ᾠδῆς καὶ οὐχ ἕξεις συμβαλεῖν οὔτε στροφὴν οὔτε ἀντίστροφον οὔτε ἐπῳδόν· ἀλλὰ φανήσεταί σοι λόγος οὑτωσὶ διειρόμενος. Ἔστι δὲ ἡ διὰ πελάγους φερομένη Δανάη τὰς ἑαυτῆς ἀποδυρομένη τύχας·*

Ὅτε λάρνακι δ' ἐν δαιδαλέᾳ ἄνεμος πέσεν
πνέων κινηθεῖσά τε λίμνα,
δείματι ἥριπεν οὔτ' ἀδιάνταισι παρειαῖς
ἀμφί τε Περσέϊ βάλλε φίλαν χέρα
εἶπέ τε· Ὦ τέκος, οἷον ἔχω πόνον·
σὺ δ' αὔτως γαλαθηνῷ
στήθεϊ κνώσσεις ἐν ἀτερπεῖ
δώματι χαλκεογόμφῳ, νυκτιλαμπεῖ

κυανέῳ τε δνόφῳ ταθείς.
Αὐαλέαν δ' ὕπερθε τεὰν
κόμαν βαθεῖαν παριόντος
κύματος οὐκ ἀλέγεις,
οὐδ' ἀνέμου φθόγγων,
κείμενος ἐν πορφυρέᾳ χλανίδι, πρόσωπον καλόν.

Epodus.

Εἰ δέ τοι δεινὸν τό γε δεινὸν ἦν,
καί κεν ἐμῶν ῥημάτων λεπτὸν ὑπεῖχες οὖας.
Κέλομ', εὗδε βρέφος,
εὑδέτω δὲ πόντος,
εὑδέτω ἄμετρον κακόν.
Μεταιβολία δέ τις φανείη,
Ζεῦ πάτερ, ἐκ σέο·
Ὅττι δὲ θαρσαλέον ἔπος εὔχομαι,
τεκνόφι δίκαν σύγγνωθί μοι.

⏑ ⏑ –́ ⏑ ⏑ – –́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ×
– –́ – –́ ⏑ ⏑ – –
–́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – –́ ⏑ ⏑ – –
–́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑
–́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ×
⏑ –́ –́ ⏑ ⏑ – –
–́ ⏑ – – –́ ⏑ ⏑ – –
–́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – – –́ ⏑ – –
–́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ –
–́ ⏑ ⏑ –́ ⏑ –́ ⏑ ⏑ ⏑ –
⏑ –́ ⏑ – –́ ⏑ ⏑ – ×
–́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –
–́ ⏑ ⏑ – –́ –
–́ ⏑ ⏑ – –́ ⏑ ⏑ – ⏑́ ⏑ ⏑ ⏑ – –́ ⏑ ×
–́ ⏑ – – –́ ⏑ ⏑ – ⏑ –

–́ ⏑ ⏑ – –́ ⏑ – –́ ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏓
⏑ ⏑ –́ ⏑ ⏑ ×
–́ ⏑ – ⏑ – ⏓
– ⏑ –́ ⏑ ⏑ – ⏑ ×
⏑ –́ ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑ – –
–́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑
–́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ –
– ⏖́ ⏑ – – –́ ⏑ –

Exspectabas apposuisse Dionysium et stropham carminis et antistropham cum epodo: frustra. Antistropham cum epodo dedisse videtur. Epodum censemus inde a versu 15. ordiri, ubi abjectis paullatim querelis puerulo rebusque suis quietem precatur infelix Danaa, numeris usa paullo tranquillioribus. Harmonia carminis Lydia flebili argumento aptissima: ad vivum expressae desperantis matris angustiae versiculis varie quasi dissectis, quum haec orationis membrorum in diversa eaque inaequalia frusta discerptio maxime apposita sit aestuanti angore animo, ut compares Europam Horatianam carmm. III, 27. Illud autem divinitus administravit poeta, ut vel Danaam mulierculam et exacerbatis fluctibus marinis cum carissimo pignore jactatam precibus ad Iovem fusis, calamitatis auctorem, postremo laetiorem spem concipientem fecerit: praeclarum solamen pectori instillaturus eorum, quorum in gratiam threnum hunc scripserat. Quem quidem threnum si inter eos reposueris, quos Scopadis Aleuadisque scripserat poeta Ceus, cur Danaae potissimum Persei suo metuentis querelas poeta latius diffuderit, habebis explanatum. Illi enim genti Perseum domesticum fuisse heroa Boeckhius merito sumere videtur Introductione in Pind. Pyth. X.

Versu 1. Ὅτι Aldus. Post λάρνακι interposuimus δ'.

Tum *δαιδαλαίᾳ* codices Regius I. Colbert. Aldus et quem nos denuo accuratissime excussimus codex Guelferbytanus saec. XV. *Ἄνεμος πέσεν*: scripsimus vestigia secuti librorum: nam codices Reg. I. Colb. Guelf. cum Goelleri margine Aldinae Victorianae, quae Monachii servatur, *τε μήν* (*TEMEN* i. e. *ΠΕΣΕΝ*) praestant: *τ' ἐμῇ* Aldus. Vulgatum *βρέμῃ* inde a Sylburgio propagatum in Victorii cod. p inventum fertur: unde Schaeferus *βρέμεν* elicuit, Boissonadius *βρέμει*, Hermannus ad Viger. p. 923. *βρέμοι*. Neque *στένεν* absurdum foret. 2. *κιν. δὲ λίμνα* libri: *τε* Brunckius. Interpretes ante Brunckium verba *δείματι ἤριπεν* et ipsa ab *ὅτε* suspensa rati, ut ad mare turbatum spectent, pessime labuntur. In quem sensum *quidam* apud Ursinum *κύμβα* vel *πρύμνα δείματι*, Thierschius nuper *χείματι* tentabat. Turbas civit quod intercidit nomen Danaae: *Quum vero in cistam ventus irrueret commotumque mare, prae terrore concidit* (*Danaa*) *madidisque genis Perseum amplexaque est dixitque* sqq. 3. *ἤριπεν* Brunckius: *ἔριπεν* codd. et Aldus, *ἔριπε* Guelf., *ἔρειπεν* Ursin. Hiatum excusamus Prolegg. p. XLVIII. Tum *οὔτ'* libri verissime: *οὐδ'* Brunckius, quasi ad *βάλλε* pertineret negatio; deinde *ἀδιάνταισι* vulgo: *ἀδίαν ταῖσι* vel *ἀδίαν ταισι* Aldus, margo Goelleri *τοῖσι*, codex Victorii p *ἀδιαν ταίσι*, Guelf. *ἀδιαντῆσι*: cum Brunckio quidam *ἀδιάντοισι*, immemores illi Porsoni in Eurip. Medeae 822. Ipse Simonides *Χίον ἀμφιρύτην* dixit Epigr. XXXII, 2.

4. Legebatur *Περσεῖ*: Guelf. Ald. *Πέρσει*. Tum vulgo *βάλε*: Aldus *βάλλε*, Guelf. *βάλλε*, quod recte habet juxta *εἶπε* aoristum. Denique *χέραν* Aldus. 5. *Εἶπέ τε* Guelf. praebuit: de hiatu v. Prolegg. p. XLVIII., vulgo *εἶπέν τε*. Ex eodem Guelf. *τέκος* recepimus: editum erat *τέκνον*,

quo spreto ingratus sonus *τέκνον* — *πόνον* evitatur. Eandem scripturam tuetur Athen. IX, p. 396, E. *Σιμωνίδης ἐπὶ τοῦ Περσέως τὴν Δανάην ποιεῖ λέγουσαν· Ὦ τέκος, οἷον ἔχω πόνον· σὺ δ' αὖτε εἰς γαλαθηνῷ δ' ἤτορι κνώσσεις.* Tum *ἔχων* Guelferb.

6. *Σὺ δ' αὔτως γαλαθηνῷ* scripsimus ex emendatione Mehlhornii ab ipso postea rejecta: Guelf. *οὐ δ' αὐταῖς ἐγαλαθηνωδεῖ θεικνοώσσεις;* Aldus: *οὐ δ' αὐταῖς ἐγαλασθηνωδεῖ δεικνοώσσεις;* margo Goelleri: »*γρ. σὺ δ' αὐτέ,* p.« Ursinus: *σὺ δ' αὖτε γαλαθηνῷ ἤτορι κνώσσεις.* Elegans Casauboni emendatio Athenaei scriptura innixa, *σὺ δ' ἀωτεῖς γαλαθηνῷ τ' ἤτορι κνώσσεις,* quae jam recepta est ab omnibus fere editoribus, vel numerorum gratia repudianda fuerat. Accedit quod caussa nulla videtur esse, cur *ἀωτεῖν* et *κνώσσειν* verba exiguo aut nullo discrimine diversa copulaverit poeta. Praeterea *ἤτορι* ex Athenaeo adscitum: nos artis criticae praecepta secuti ex corrupta vetustorum Dionysii codicum scriptura *δεῖθει* vel *δεῖδει* exsculpsimus *στήθεϊ*, quod rei ipsi convenientissimum: et *ἤτορι* ex conjectura manasse probabile reddit *δ'* illud ante *ἤτορι* apud Athenaeum intrusum, quod absurdum est, si priora recte a nobis constituta sunt. Ceterum *στήθεϊ* verum esse non spondemus: optionem damus inter Burgessii *εἴδεϊ*, qui hoc carmen pessumdedit in Diario Class. Britann. 1820, XLIV. p. 338., et Bergkii *ἤθεϊ*, denique Emperii *μείδεϊ*, qui comparat Hesychium: *Μεῖδος· μείδημα, γέλως.* Quod sanequam blanditur. 8. Vulgatum *δώματι* intactum reliquimus, quod et in Victorii cod. p exstare dicitur: Aldus *δούναντι*, Victorii codex v *δούνατι*, Guelf. *δούρατι*, quod correctorem sapit. Aedes hominum clara luce collustratas et trabibus contextas et amplitudine magnificas opponit *ἀτερ-*

πεῖ δώματι χαλκεογόμφῳ, κυανέῳ τε δνόφῳ, in quo stratus jacebat puer, non versabatur. Tum χαλκεογόμφῳ δὲ (χαλκεογόμφω δὲ Guelf. Ald.) libri: nos particulam proscripsimus, cujus in locum τε certatim suffectum est. Dignus est qui conferatur Dissenius ad Pind. Pyth. IX, 6. de adjectivis junctis vel non junctis. Νυκτιλαμπὴς δνόφος tenebrae sunt, quales nocte lucent, h. e. σκότος, ut simili antiphrasi Eurip. Iphig. Taur. 110. νυκτὸς ὄμμα λυγαίας; Aesch. Perss. 420. κελαινῆς νυκτὸς ὄμμα, h. e. tenebrae. Cfr. Seidler. Eurip. Troadd. 566. Et additum ad dispellendam orationis obscuritatem κυανέῳ τε δνόφῳ. Quod interpretibus placuit et Passovio Lex. s. v. conjungi νυκτιλαμπὲς δῶμα, id sermonis legibus repugnat. Quod est in fine versiculi ταθείς, nos extudimus ex variis scripturis librorum: Guelf. κυαναίω τε δνόφω τὰν δ' εἰς αὐλέαν δ' ὕπερθεν τεὰν sqq.; Aldus: κυαναίῳ τε δνόφῳ τάδε εἰς αὐλέαν δ' ὕπερθεν τεάν. Hinc nata vulgaris scriptura, quae eadem est Ursini: τὺ δ' αὐαλέαν ὕπερθε τεὰν sqq., nisi quod aliis τὰ δ' αὐαλέαν, σὺ δ' αὐαλέαν aliis placuit. Aldina teste Goellero τά δ' εἰς αὐλέαν et inter versus το δ' εἰς. Nostrae scripturae lapis Lydius est quod post αὐλέαν inserunt δ' libri veteres. Ceterum βαθεῖαν vocat κόμαν, quoniam Perseus τριέτης ἢ τετραέτης γενόμενος cum matre fluctibus commissus erat, v. Schol. Apoll. Rh. IV, 1091.

11. περιόντος Guelf. 13. οὐδ' ἀνέμον (Aldus ἀνέμου) φθόγγον Guelf. Aldus. 14. πορφυρεά χλανίσι Guelf. Et Aldus Goelleri πορφυρέα, emendatum in margine Monacensi. Deinde πρόςωπον καλὸν πρόςωπον Aldus: πρόςωπον κὶ λὸν πρόςωπον Guelf. 15. ἢ Guelf., ἢ Aldus. 16. καὶ μέν Guelf., κέκεν Aldus. Posthac ῥημάτων λεπτῶν Colbert. Reg. I. Guelf. Aldus. Ῥημάτων

consulto universe dictum: *quae proloquor* tibi non exaudita. Displicet Bergkii nostri *θρηνημάτων*. In verbis *ὑπεῖχες οὖας* vel Schneiderus haerebat: exspectabatur dativus casus. Verum quum *ὑπέχειν οὖας* significatione redeat ad id quod est *ὑπακούειν*, jure gignendi casum praetulit poeta, quem id verbum interdum adjunctum habet. 16. *κέλομαι* vulgo, *κέλλομαι* Guelf. Reposuimus, quod exigebant numeri, sermonis Lyricorum consuetudo patiebatur. Tum *εὗδε* Guelf. Ald., *εὕδε* Urs. 17. *εὗδέ τῶ δ᾽ ἐπόντος* Guelf., *εὗδε τῷ δε πόντος* (teste Goellero *πότος*) Aldus; *εὐδέτω* Urs. Vulgatum in Victorii cod. p repertum dicitur. 18. *εὗδὲ τῶ* Guelf., *εὗδε τῷ* Ald., *εὐδέτω* Urs. Postea vulgo *εὐδέτω δ᾽ ἄμετρον* (Guelf. *ἀμότρον*) *κακόν*: *δ᾽* ignorant libri vetusti. Egregie autem vulgaria ancillularum *βαυκαλήματα* et ad consopiendum filiolum et ad placandum mare (ut Aeschyl. Agam. 551. *πόντος ἐν μεσμηβριναῖς Κοίταις ἀκύμων νηνέμοις εὕδει πεσών*, cll. Alcm. Fr. X.) et ad obruendam denique calamitatem devocavit poeta. Compara Alcmenam Theocriti Id. XXIV, 7.

Εὕδετ᾽, ἐμὰ βρέφεα, γλυκερὸν καὶ ἐγερσιμὸν ὕπνον,
εὕδετ᾽, ἐμὰ ψυχά, δύ᾽ ἀδελφεώ, εὔσοα τέκνα,
ὄλβιοι εὐνάζοισθε καὶ ὄλβιοι ἀῶ ἵκοισθε.

19. Libri praeter Guelf., ex quo *μεταβουλία* protraxit Schaeferus, omnes *ματαιοβουλία*, quam scripturam Mehlhornius ita tuebatur, ut *τίς φανείη*; reponi posse censeret: quae quidem sententia Christiano homine quam principe Argiva dignior. Verum debetur amicissimo Bergkio nostro. 21. *ὅτι δὴ* Guelf. Aldus, si fides Goellero: alii *ὅτι δὲ* enotant. Emendavit Mehlhornius: Schaeferus *εἴ τι*. De v. *ἔπος* digammata v. Prolegg. p. XLVIII. 23. Guelf. Aldus *κνοφιδίκας σύγγνωθί μοι*:

reliqui, ut codex Victor. p τεκνόφι δίκας μοι, Reg. I. δίκας σύγγνωθί μοι; Victorius in Marg. νόσφι δίκας: Schaeferus τεκνόφι δίκᾳ, *ob justam filii caussam.* Nos Mehlhornii judicium approbavimus: *Si quid autem audacius precata sum, id tu mihi pueruli gratia ignoscas velim.* Compares Aeschyleum τίνος δίκην; *quamobrem?* Formam τεκνόφι ad Epicorum poetarum consuetudinem novavit poeta.

Carmen ex omni antiquitate tenerrimum et unde Ceam naeniam censeas in nostrum sermonem transtulit Welckerus in Trilog. Aesch. p. 380., Latinis versibus reddidit R. B. in Diar. Class. Brit. XXIII, p. 348.

LI.

Stobaeus Sermm. XCVIII, 15. Gaisf. Σιμωνίδου·

Οὐδὲ γὰρ οἳ πρότερόν ποτ' ἐπέλοντο,
θεῶν δ' ἐξ ἀνάκτων ἐγένονθ' υἷες,
ἡμίθεοι, ἄπονον οὔτ' ἄφθιτον
οὔτ' ἀκίνδυνον βίον ἐς γῆρας
ἐξίκοντο τελέσαντες.

–́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – –́/⏑⏑ ⏑ – ⏓
– –́ ⏑ – –́ ⏑ ⏑ – ×/– ⏓
–́ ⏑ ⏑ – –́/⏑⏑ ⏑ – –́ ⏑ ×
–́ ⏑ – – –́ ⏑ ⏑ – ×/– ⏓
–́ ⏑ – –́/⏑⏑ ⏑ – –

Locus omissus in codice A. Videtur autem threnus hic scriptus fuisse in virum juvenem in ipso flore aetatis post vitam aerumnosam (ἄπονον) vel morbo (ἄφθιτον) vel bello similive periculo (ἀκίνδυνον) absumptum. Sententiam de vita semideorum periculis infestata eorumque praematuro obitu ab Hesiodo mutuatus est poeta, Opp. et D. 156. sqq.

Αὖτις ἔτ' ἄλλο τέταρτον ἐπὶ χθονὶ πουλυβοτείρῃ
Ζεὺς Κρονίδης ποίησε, δικαιότερον καὶ ἄρειον,
ἀνδρῶν ἡρώων θεῖον γένος, οἳ καλέονται
ἡμίθεοι προτέρῃ γενεῇ κατ' ἀπείρονα γαῖαν.
Καὶ τοὺς μὲν πόλεμός τε κακὸς καὶ φύλοπις αἰνή,
τοὺς μὲν ἐφ' ἑπταπύλῳ Θήβῃ, Καδμηΐδι γαίῃ,
ὤλεσε μαρναμένους μήλων ἕνεκ' Οἰδιπόδαο,
τοὺς δὲ καὶ ἐν νήεσσιν ὑπὲρ μέγα λαῖτμα θαλάσσης
ἐς Τροίην ἀγαγὼν Ἑλένης ἕνεκ' ἠϋκόμοιο·
ἔνθ' ἤτοι τοὺς μὲν θανάτου τέλος ἀμφεκάλυψε.

Confer Hom. Iliad. XII, 23. Haec igitur mens Simonidis humanae vitae brevitatem consolaturi: *Nam ne filii quidem deorum, qui quidem fuere ante nos, peracta vita aerumnosa ad senectutem pervenere.* Hieronem domestico luctu afflictatum Pindarus erigit his Pyth. III, 86.

Αἰὼν ἀσφαλὴς
οὐκ ἔγεντ' οὔτ' Αἰακίδᾳ παρὰ Πηλεῖ,
οὔτε παρ' ἀντιθέῳ Κάδμῳ· λέγονται μὰν βροτῶν
ὄλβον ὑπέρτατον οἳ σχεῖν, οἵτε καὶ χρυσαμπύκων
μελπομενᾶν ἐν ὄρει Μοισᾶν καὶ ἐν ἑπταπύλοις
ἄϊον Θήβαις, ὁπόθ' Ἁρμονίαν γᾶμεν βοῶπιν,
ὁ δὲ Νηρέος εὐβούλου Θέτιν παῖδα κλυτάν.

Idem simillime Simonidi de sorte Deorum Fr. Inc. IV.

Κεῖνοι γάρ τ' ἄνοσοι καὶ ἀγήραοι
πόνων τ' ἄπειροι, βαρυβόαν
πορθμὸν πεφευγότες Ἀχέροντος.

Bacchylides Fr XXXIII. (cll. XXXIV.)

Οἱ μὲν ἀδμᾶτες ἀεικελιᾶν
νούσων ἄνατοί τ', οὐδὲν ἀνθρώποις ἴκελοι.

Apud Simonidem versu 2. *ἐγένοντο υἷες* legebatur, turpi hiatu. Dicendi ratio *θεῶν ἐξ ἀνάκτων ἐγένονθ' υἷες* Graecis adamata, ut Hom. Il. V, 247.

Αἰνείας δ' υἱὸς μὲν ἀμύμονος Ἀγχίσαο
εὔχεται ἐκγεγάμεν.

Soph. Electr. 341. *Πατρὸς, οὗ σὺ παῖς ἔφυς.* Confer Wunderum in Soph. Philoct. 3.

LII.

Stob. Sermm. CXVIII, 5. Gaisf. *Σιμωνίδου·*

Πάντα γὰρ μίαν ἱκνεῖται δασπλῆτα χάρυβδιν,
αἱ μεγάλαι τ' ἀρεταὶ καὶ ὁ πλοῦτος.

— ⏑ — ⏑ ⏑ — — — — — ⏑ ⏑ — ⏓
— ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑

Versu 1. *Δασπλῆτα* (Hesych. *πολυμιγῆ, τολμηρόν.*) codd. A m. sec. et B: Gesnerus *λασπήδα*, Ursin. *λασπῆδα.* Fauces Orci dicit. Injuria dubitabat Meinekius in Euphorion. p. 121. an antiquiores Nonno poetae vocem etiam ad res inanimatas applicuissent. 2. Vulgo *μεγάλαι ἀρεταί*: codd. AB *τἀρεταί*, Ursin. *δ' ἀρεταί.* In Scopadas haec non male quadrant.

LIII.

Stobaeus Sermm. CXXI, 1. Gaisf. ex cod. A. *Σιμωνίδου·*

Πολλὸς γὰρ ἄμμιν εἰς τὸ τεθνάναι χρόνος, ζῶμεν δ'
ἀμιθρῷ
παῦρα κακῶς ἔτεα.

— — ⏑ — ⏓ — ⏑ — ⏓ — ⏑ — — — ⏑ — —
— ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ —

Versu 1. *ἡμῖν* libri: *τὸ* ante *τεθνάναι* addidit Valckenarius, qui haec in trimetros iambicos redigebat: Friedemannus de Med. Syll. Pentam. p. 328. strophae Alcaicae exordium odoratus est. In fine versus *ἀριθμῷ* legebatur, v. ad Fr. Inc. CXXXIV. Hoc dicit poeta

Multum nobis temporis est ad mortuum esse: vivimus, si rationem inieris (hanc ἀμιθρῷ παῦρα habet potestatem, quum temere aestimanti vitae tempus satis longum videatur, v. Fr. LVI., quod non reputavit Bernhardy Synt. Gr. p. 119.), *paucos et eos male annos.* Reliqui praeter codicem A, qui omittit, libri haec pro Simonideis venditant: Sermm. CXXI, 3. Gaisf.

Βιοτῆς μὲν γὰρ χρόνος ἐστὶ βραχὺς, κρυφθεὶς δ' ὑπὸ γῆς
κεῖται θνητὸς τὸν ἅπαντα χρόνον.

Quam sententiam et numeri et oratio ipsa et dialectus et auctoritas denique codicis praestantissimi ab Ceo poeta abjudicant. Euripidem olent, opinor.

LIV.

Plutarch. Consol. Apoll. p. 107, B.

Ἀνθρώπων ὀλίγον μὲν κάρτος, ἄπρηκτοι δὲ μεληδόνες.
αἰῶνι δ' ἐν παύρῳ πόνος ἀμφὶ πόνῳ·
ὃ δ' ἄφυκτος ἐπικρέμαται θάνατος·
κείνου γὰρ ἴσον λάχον οἵ τ' ἀγαθοὶ ὅστις τε κακός

–́ – –́ ⏑ ⏑ – – –́ ⏑ – – –́ ⏑ ⏑ – ⏑ ×
– –́ ⏑ – – –́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –
⏑ ⏑ –́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –́ ⏑ ⏑ ×
– –́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –́ ⏑ ⏑ – – –́ ⏑ ⏑ ×

Versu 1. ἄπρακτοι vulgo: quod correximus ob ea quae Boeckhius disputavit in Nott. Critt. Pind. Isthm. VII, 7. Tum Ursin. μελεδόνες. Hesych. μεληδών· τηκεδών, φροντίς, ᾠδή. Μεληδόνες· τηκεδόνες, ἐπιθυμίαι, φροντίδες, ᾠδαί. Apoll. Rhod. III, 812. θυμηδεῖς βιότοιο μεληδόνες. 2. δὲ παύρῳ vulgo: aequabilitatis numerorum gratia a nobis refictum. 3. Vulgo: ὁ δ' ἄφυκτος ὁμῶς. Libri scripti: ὁ δ' ἄφυκτ' ὠμός. Restituit Mehlhornius. 4. Versiculum a foeda interpolatione libera-

vimus ejecto quod post *λάχον* intrusum erat *μέρος*. Videtur autem hoc ipsum threni alicujus initium fuisse.

LV.

Lutatius in Statii Thebaid. VIII, 739. et Mythogr. Vatic. III, 6, 27. Bode. »Neque enim verum est, animum deserere corpus, quum potius corpus animam deserat. Hinc et Simonides poeta et Statius itidem:

Odi artus fragilemque hunc corporis usum,
Desertorem animi.

LVI. LVII.

Plutarch. Consol. Apoll. p. 111, C. *Τὰ γὰρ χίλια καὶ τὰ μύρια κατὰ Σιμωνίδην ἔτη στιγμή τις ἐστὶν ἀόριστος, μᾶλλον δὲ μόριόν τι βραχύτατον στιγμῆς.* Simile huic sententiae apophthegma poetae prodit Stobaeus Sermm. XCVI, 41. *Σιμωνίδης ἐρωτηθεὶς, πόσον χρόνον βιῴη; Χρόνον, εἶπεν, ὀλίγον, ἔτη δὲ πολλά.* Haud pauci aemulati sunt: Antonin. Imperator II, 17. *Τοῦ ἀνθρωπίνου βίου ὁ μὲν χρόνος στιγμή.* Senec. Epp. 49. »Punctum est quod vivimus et adhuc puncto minus.« Adjice Demetr. Phalereum Euripidis sententiolam perstringentem apud Plutarch. Cons. Apoll. p. 104, A. Eodem loco poeta Ceus videtur locutus de Hyperboreis longaevis: Megasthenes Strabonis XV, p. 1038, B. tradit philosophos Indios *περὶ τῶν χιλιετῶν Ὑπερβορέων τὰ αὐτὰ λέγειν Σιμωνίδῃ καὶ Πινδάρῳ* (Fr. Inc. 53. Boeckh.) *καὶ ἄλλοις μυθολόγοις.* Dixerit igitur Simonides in hunc fere modum: »*Spatium vitae humanae perexiguum: vel Hyperboreis, genti beatissimae, quos mille annos gratificantur dii, nae punctum est illud et adhuc puncto minus.*« Pindari mentio-

nem noluerim igitur seriei fragmentorum interponere: spectant haec ad Pyth. X, 40 sqq. — Memoratu digna est conjectura Welckeri in Mus. Rhen. 1833, I. p. 619., qui versum poetae, ut videtur, lyrici apud Plutarchum Cons. Apoll. p. 115, A. celato auctoris nomine servatum non dubitanter ad Simonidem Ceum refert. Est autem is ita scribendus:

Τοιάδε θνατοῖς κακὰ κακῶν ἀμφί τε κῆρες εἰλεῦνται,
κενεὰ δ' εἴςδυσις οὐδ' αἰθέρι.

–́⏑–⏑ –́⏑ ⏑⏑– –́⏑⏑ –⏑–́– –́⏑⏑– –́⏑⏑– –́⏑⏑

Talia mortalibus mala malorum et circa fata glomerantur, vacuus autem aditus ne aetheri quidem (prae multidudine malorum). Enormem profecto hyperbolen atque Operum et Dierum poetae morositatem prae se ferentem! Compares Apollon. Rhod. IV, 1665., cujus Medea

Μέλπε δὲ Κῆρας
θυμοβόρους, Ἀΐδαο θοὰς κύνας, αἳ περὶ πᾶσαν
ἠέρα δινεύουσαι ἐπὶ ζωοῖσιν ἄγονται.

Ceterum nolumus dissimulare dialecto Ionicae, quae vv. *θνητοῖσι* et *κενεὴν* adhaeserat, nostra demum opera successisse Dorismum. Locutionem *κακὰ κακῶν* illustrant Intt. in Sophocl. Oed. Col. 1232. et Wexius in Antig. 1256.

XIII.

ἘΛΕΓΕΙΑΙ.

Metro elegiaco usus est poeta Ceus ad enarrandas pugnas lugendosque eos, qui bello mortem pro patria obierunt (Frr. LVIII. LIX.); illud genus elegiarum epicum vel heroicum appellandum censebat Weberus Eleg. Poett. p. 439., qui cum Simonideo carmine in

pugnam Plataeensem quum alia tum Mimnermi Elegiam in pugnam Smyrnaeorum contra Lydos componit, de qua v. Paus. IX, 29. Alterum genus praecepta et adhortationes (παραινέσεις) complectitur, quo ex genere est Fr. LX. et fortasse quaedam alia. Tertio ordini vindicandi ἔλεγοι qui dicuntur, h. e. lugubres elegiae, quo in genere carminum jam ante ipsum exculto, v. de loco Pausan. X, 7, 3. Thiersch. in Actt. Philoll. Monac. III, p. 585., excelluisse videtur poeta tenerrimus: huc referenda Frr. LXI — LXVI. Ceterum dialecto utitur poeta Ionica, ut par erat.

LVIII. *ΕΙΣ ΤΟΥΣ ἘΝ ΜΑΡΑΘΩΝΙ ΤΕΘΝΗΚΟΤΑΣ.*

Grammaticus in Vita Aeschyli p. XIV. Dindorf. *Ἀπῆρε δὲ* (Aeschylus) *ὡς Ἱέρωνα τὸν Σικελίας τύραννον. κατὰ τινὰς μὲν ὡς ὑπὸ Ἀθηναίων κατασπουδασθεὶς καὶ ἡσσηθεὶς νέῳ ὄντι τῷ Σοφοκλεῖ· κατὰ δὲ ἐνίους ἐν τῷ εἰς τοὺς ἐν Μαραθῶνι τεθνηκότας ἐλεγείῳ ἡσσηθεὶς Σιμωνίδῃ· τὸ γὰρ ἐλεγεῖον πολὺ τῆς περὶ τὸ συμπαθὲς λεπτότητος μετέχειν θέλει, ὃ τοῦ Αἰσχύλου, ὡς ἔφαμεν, ἐστὶν ἀλλότριον.*

Distichon elegiacum dici sibi persuasit Franckius Callin. p. 55. At Scholiastam vocem ἐλεγεῖον, cujus nativa significatio, qua est *distichon,* pedetentim latius evagata est, eo intellectu posuisse, ut *carmen elegiacum,* h. e. elegiam diceret, evincunt quae addit: *τὸ γὰρ ἐλεγεῖον πολὺ τῆς περὶ τὸ συμπαθὲς λεπτότητος μετέχειν θέλει.* Quae uni conveniunt Elegiae, ab Epigrammate longissime remota videntur, quod quidem Aeschyli masculos spiritus non dedignetur. Et quis Epigrammatis uno disticho absoluti certamen instituisse cives Atticos sibi in animum inducat? Et quod de disticho praecepit

Franckius, quale conscripsit sane Simonides in τοὺς Μαραθωνομάχας Epigr. CXLIX., exploditur vel loco Pausan. I, 32, 3. Δῆμός ἐστι Μαραθὼν ἴσον τῆς πόλεως τῶν Ἀθηναίων ἀπέχων καὶ Καρύστου τῆς ἐν Εὐβοίᾳ· ταύτῃ τῆς γῆς ἔσχον οἱ βάρβαροι καὶ μάχῃ τε ἐκρατήθησαν καί τινας ὡς ἀνήγοντο, ἀπώλεσαν τῶν νεῶν· τάφος δὲ ἐν τῷ πεδίῳ Ἀθηναίων ἐστὶν, ἐπὶ δὲ αὐτῷ στῆλαι τὰ ὀνόματα τῶν ἀποθανόντων κατὰ φυλὰς ἑκάστων ἔχουσαι. Contra Aeschylium carmen Elegiam fuisse conficitur loco Plutarchi Symposs. I, 10, 3. Γλαυκίας ὁ ῥήτωρ καὶ τὸ δεξιὸν κέρας Αἰαντίδαις τῆς ἐν Μαραθῶνι παρατάξεως ἀποδοθῆναι, ταῖς Αἰσχύλου εἰς τὴν μεθορίαν ἐλεγείαις (hoc frustra explicare nititur Welckerus in Syllog. Epigrr. p. 142., f. εἰς τὴν vel τὸν Μαραθῶνα ἐλεγείαις) ἐπιστοῦτο, ἠγωνισμένου τὴν μάχην ἐκείνην ἐπιφανῶς. ἔτι δὲ καὶ Καλλίμαχον ἀπεδείκνυε τὸν πολέμαρχον ἐξ ἐκείνης ὄντα τῆς φυλῆς, ὃς αὐτόν τε παρέσχεν ἄριστον ἄνδρα καὶ τῆς μάχης μετά γε Μιλτιάδην αἰτιώτατος κατέστη σύμψηφος ἐκείνῳ γενόμενος. Quod autem Welckerus versu Aeschyli apud Plutarchum de Fortit. Alex. p. 334, C. et alias citatum

Βριθὺς, ὁπλιτοπάλας, δάϊος ἀντιπάλοις

confici putat, Epigrammata fuisse carmina Aeschyli atque Simonidis — abhorrere enim Doricae dialecti usum ab Elegia —, id quam vim habeat monstrat alter versiculus Aeschyli ex Elegiis excerptus apud Theophrast. Hist. Pl. IX, 15, 1. Καὶ γὰρ Αἰσχύλος ἐν τοῖς ἐλεγείοις ὡς πολυφάρμακον λέγει τὴν Τυῤῥηνίαν

Τυῤῥηνὸν γενεὰν, φαρμακοποιὸν ἔθνος

Videtur igitur Aeschylus spreto reliquorum poetarum more Doricae dialecti gravitatem ne ab Elegiae quidem tenuioribus modis segregasse. Idem alia composuerat

ἐλεγεῖα teste Suida s. v. *Αἰσχύλος*. Denique Epigramma Aeschylo adscriptum in Anth. Pal. VII, 225. (Brunck. Anall. I, p. 148.) ad Marathonium carmen hodie referre Bachiis impune licebit, prudentioribus non licebit.

Victoria Leoprepidae perscripta est in Marmore Pario Epoch. 49. ad Olymp. LXXII, 4. *Ἀφ' οὗ Σιμωνίδης, ὁ Σιμωνίδου πάππος τοῦ ποιητοῦ, ποιητὴς ὢν καὶ [αὐτὸς, νικᾷ Ἀθή] νησι — ἄρχοντος Ἀριστείδου.* Nam avum temere in nepotis possessionem irruisse docuit Boeckhius. Anno igitur post pugnam, ut consentaneum erat, Simonides praemio publice proposito ornatus ex certamine discessit.

LIX. *Ἡ ἘΝ ΠΛΑΤΑΙΑΙΣ ΜΑΧΗ.*

Plutarch. de Herod. Malign. II, p. 827, D. E. *Ἀλλὰ Κορινθίους γε καὶ τάξιν, ἣν ἐμάχοντο τοῖς βαρβάροις καὶ τέλος ἡλίκον ὑπῆρξεν αὐτοῖς ἀπὸ τοῦ Πλαταιᾶσιν ἀγῶνος, ἔξεστι Σιμωνίδου πυθέσθαι, γράφοντος ἐν τούτοις·*

Μέσσοι δ' οἵ τ' Ἐφύρην πολυπίδακα ναιετάοντες,
παντοίης ἀρετῆς ἴδριες ἐν πολέμῳ,
οἵ τε πόλιν Γλαύκοιο, Κορίνθιον ἄστυ, νέμοντες
κύκλον καλλίστων μάρτυν ἔθεντο πόνων
χρυσοῦ τιμήεντος ἐν αἰθέρι· καί σφιν ἀέξει
αὐτῶν τ' εὐρεῖαν κληδόνα καὶ πατέρων·
ξεινοδόκων γὰρ ἄριστος ὁ χρυσὸς ἐν αἰθέρι λάμπων.

Ταῦτα γὰρ οὐχ οἷον ἐν Κορίνθῳ διδάσκων, οὐδ' ᾆσμα ποιῶν εἰς τὴν πόλιν, ἀλλ' ὡς διὰ τὰς πράξεις ἐκείνας ἐλεγεῖα γράφων ἱστόρηκεν.

Oppugnat Plutarchus Herodotum, qui licet Corinthiorum quinque millia medium fere in acie locum juxta Lacedaemonios atque Tegeatas obtinuisse ante pugnam

Plataeensem consentiat IX, 28., pugnae ipsi interfuisse negat IX, 59. Mercenariae igitur Musae poetae Cei, a quo alio tempore se laesos conquerebantur, v. Prolegg. p. XXVIII., hanc si qua est gloriam acceptam referebant Corinthii, qui eo processerunt impudentiae, ut eorum quos in pugna Plataeensi gloriose occubuisse confinxissent *κενοτάφια* conderent in agro Plataeensi *ἐπαισχυνόμενοι*, ut ait Herod. IX, 85., *τῇ ἀπεστοῖ τῆς μάχης*. Iidem tertio loco post Lacedaemonios et Athenienses nomen subscripserant statuae Iovis ab iis civitatibus Olympiae positae, quae pugnae Plataeensi interfuerant, v. Paus. V, 23, 1. Simonides autem satis significat ipse, non consentire de gloria Corinthiorum judicia hominum, quum spretis mortalibus ad unum maxime Solem, *ὃς πάντ' ἐφορᾷ καὶ πάντ' ἐπακούει*, locupletissimum Corinthiarum virtutum testem provocat: quem Solem quod circumlocutione usus appellat *κύκλον χρυσοῦ τιμήεντος ἐν αἰθέρι*, callidus poeta amolitur voces eorum, qui ipsum *χρυσῷ τιμήεντι*, quo epitheto solet aurum ornare Homerus, conductum creparent illustrasse Corinthiorum fortia facta. Distinguit autem poeta et *περικτίονας* Corinthiorum, qui priscam Ephyram agrumque Corinthiacum habitabant, quo nomine alias ipsam Corinthum appellat Fr. Inc. LXXXVI., et cives Corinthios ipsos, qui arcem tenebant, vetusti illius Glauci sedem, ipsamque urbem: quibus illi *ὁπλιταῖς ψιλοὶ* circumfusi fuisse videntur, v. Herod. IX, 29.

Versu 1. in vetustis libris et apud Ursin. *γέφυραν* fuit: vulgo *'Εφύραν*. 2. *ἵδρυες* Ursin. 4. Codices *οἳ κάλλιστον μάρτυν ἔθεντο πόνων*: Ursinus *οἳ καὶ κάλλιστον*, Turnebus et Vulc. *οἳ τῶν κ.*, lacunam importune expleturi. Vel *οἳ* illud ab librariis praeter fidem repetitum puta, oculis in praegresso hexametro defixis. Nos

unde *χρυσοῦ τιμήεντος* aptum esset, de certa conjectura rescripsimus: *καλλίστων* Reiskio debetur. Prava tentamina editorum: nam Bergkius noster sententiam suam ad Anacreont. p. 233. proditam retractavit.

Versus ultimus nunc primum accessit ex Apollonii Lex. Homer. v. *Ξεινοδόκος· ξεινοδόχος, ὁ τοὺς ξένους ὑποδεχόμενος· ὁ δὲ Πίνδαρος* (Fr. Inc. 278. B.) *Ξεινοδόκησέ τε δαίμων, ἀντὶ τοῦ ἐμαρτύρησε· καὶ ἐν τῇ Ὀδυσσείᾳ·* (σ, 63.) *Ξεινοδόκος μὲν ἐγώ· ἔδοξέ τισι λέγειν* [*μάρτυρα*]. *φησὶν οὖν* (scr. *φησὶ γοῦν*) *Σιμωνίδης·*

Ξεινοδόκων δ' ἄριστος ὁ χρυσὸς ἐν αἰθέρι λαμπρός.

Pindari atque Simonidis nomina permutata sunt in Et. M. p. 610, 43. *Ξενοδόκον· ὁ μὲν Ὅμηρος τὸν ξένους δεχόμενον σύνηθες ἡμῖν ὑποτίθησιν. Σιμωνίδης δὲ καὶ Πίνδαρος καὶ ἄλλοι τινὲς τὸν ἐπιμάρτυρα ἐξεδέξαντο. Σιμωνίδης· Ξεινοδόκησε Τελαμών: — ἀντὶ τοῦ ἐμαρτύρησε· καὶ Πίνδαρος·*

Ξεινοδόκων δ' ἄριστος χρυσὸς ἐν αἰθέρι λάμπων.

(Codex Hafniensis *αἰὲν αἰθέρι.*) Eodem vitio inquinatum Et. Gud. p. 414, 35. et codex apud Mingarellum Codd. Nanian. p. 496., ubi est: *ξεινοδοκῶν δ' ἄριστος χρ. ἐν αἰθέρι* (*αἰθέρει* Nanian.) *λάμπων, ἀντὶ τοῦ μαρτυρῶν*, et qui cum his consentit excepto quod *ξενοδοκῶν* scribit, Zonaras p. 1415. Scribendum autem *γὰρ* fuit loco vulgati *δ'*. Editores de sede versiculi non solliciti operam luserunt: unum Bergkium l. c. idem assecutum esse valde laetamur. De significatione vocis *ξεινοδόκος* adde Hesychium: *Ξεινοδόκος· ὑποδεχόμενος ξένους· καὶ μάρτυς. Ξενοδόχος· ὁμοίως. Ξενοδοκοῦμαι. μαρτύρομαι. Ξενοδοκῶν* (scr. *ξενοδόκων*)· *ξενοδοχῶν. μαρτυρῶν.* (scr. *ξενοδόχων. μαρτύρων.*) Spectant ultima Simonidem.

LX.

Stob. Sermm. XCVIII, 29. Gaisf. Σιμωνίδου·

Οὐδὲν ἐν ἀνθρώποισι μένει χρῆμ' ἔμπεδον αἰεί·
ἓν δὲ τὸ κάλλιστον Χῖος ἔειπεν ἀνήρ·
Οἵη περ φύλλων γενεή, τοιήδε καὶ ἀνδρῶν.
Παῦροί μιν θνητῶν οὔασι δεξάμενοι
στέρνοις ἐγκατέθεντο· πάρεστι γὰρ ἐλπὶς ἑκάστῳ,
ἀνδρῶν ἥ τε νέων στήθεσιν ἐμφύεται.
Θνητῶν δ' ὄφρα τις ἄνθος ἔχῃ πολυήρατον ἥβης,
κοῦφον ἔχων θυμὸν πόλλ' ἀτέλεστα νοεῖ.
Οὔτε γὰρ ἐλπίδ' ἔχει γηρασέμεν οὔτε θανεῖσθαι,
οὐδ' ὑγιὴς ὅταν ᾖ, φροντίδ' ἔχει καμάτου.
Νήπιοι, οἷς ταύτῃ κεῖται νόος, οὐδὲ ἴσασιν,
ὡς χρόνος ἔσθ' ἥβης καὶ βιότου ὀλίγος
θνητοῖς· ἀλλὰ σὺ ταῦτα μαθὼν βιότου ποτὶ τέρμα
ψυχῇ τῶν ἀγαθῶν τλῆθι χαριζόμενος.

Accipe Buchanani interpretationem:

Rebus in humanis nulla est constantia certa:
Veridico vates Chius ut ore canit:
Non minus est foliis hominum gens fluxa caducis.
Pauci ubi ceperunt auribus ista suis
Pectoribus fixere: animis namque indita quondam
Spes teneris blande credula corda fovet.
Et dum laeta viret jucundo flore juventa,
Percursant animos irrita multa leves.
Nec senium mortemve pavet neque corpore sano
Provida venturi cura doloris adest.
O male stultorum mens credula, qui brevis aevi
Tempora non norint quam fugitiva volent.
At tu praemonitus nigrae ad confinia mortis
Laetus age et genio gratificare tuo.

Suavissima est carminis adhortatorii particula, qua ob vitae brevitatem fortunaeque mobilitatem usus temporis atque usurpatio bonorum commendatur, v. Prolegg. p. XXXV.

Versus 1. ab Ursino additus est: reliqui ignorant. Codex A vel quinque versus priores omittit. 2. Plutarch. Vit. Hom. p. 283. Gale. et Vita Hom. apud Wassenbergh. p. 3. *Ὅμηρον τοίνυν Πίνδαρος μὲν ἔφη Χῖόν τε καὶ Σμυρναῖον γενέσθαι, Σιμωνίδης δὲ Χῖον.* Verissime. Locus Homeri est Il. VI., 146.

Οἵη περ φύλλων γενεή, τοιήδε καὶ ἀνδρῶν·
φύλλα τὰ μέν τ' ἄνεμος χαμάδις χέει, ἄλλα δέ θ' ὕλη
τηλεθόωσα φύει· ἔαρος δ' ἐπιγίγνεται ὥρη·
ὣς ἀνδρῶν γενεὴ ἡ μὲν φύει ἡδ' ἀπολήγει.

7. *ἔχει* Ursin. 9. Legebatur *γηρασσέμεν*: soloece. Codex A *γῆρας ἔμεν*. 11. *νηπίοισι ταύτῃ* A, *νηπυτίοις ταύτῃ* B, *νηπίοις ταύτῃ* vulgata. Emendavit Stephanus. In fine legebatur *οὐδέ τ' ἴσασιν*: particulam libri veteres expellunt expulimusque Prolegg. p. XLVIII. 12. *βιότοιο ὀλίγος* Ursinus, *βιότοι' ὀλίγος* Stephanus prava elisione.

LXI. LXII. *ΕΙΣ ΤΙΜΑΡΧΟΝ.*

Anthol. Pal. VIII, 513. et 515.

Αἴ αἴ νοῦσε βαρεῖα, τί δὴ ψυχαῖσι μεγαίρεις
ἀνθρώπων ἐρατῇ πὰρ νεότητι μένειν;
ἢ καὶ Τίμαρχον γλυκερῆς αἰῶνος ἄμερσας
ἠΐθεον, πρὶν ἰδεῖν κουριδίην ἄλοχον

. . . .

5. *Φῆ ποτε Τίμαρχος, πατρὸς περὶ χεῖρας ἔχοντος,*
ἡνίκ' ἀφ' ἱμερτὴν ἔπνεεν ἡλικίην·

Ὦ Τιμηνορίδη, παιδὸς φίλου οὔποτε λήσῃ
οὔτ' ἀρετὴν ποθέων οὔτε σαοφροσύνην.

Haec pro Epigrammatis habita, discerpta, transposita lugubris esse elegiae frustula et in hanc concinnitatem conglutinanda demonstravit Franckius Callin. p. 67 sqq. Videtur illud esse exordium carminis, cujus haec est inscriptio in Anth. Pal.: Σιμωνίδου εἰς Τίμαρχον νεώτερον ἐν νόσῳ τελευτήσαντα. Alterius frustuli hoc lemma: Τοῦ αὐτοῦ εἰς Πρόμαχον υἱὸν Τιμάνορος: nam versu 5. Pal. Πρόμαχος, recte Planud. Τίμαρχος. Illi fulcrum addidit Lennepius παῖς Πρόμαχος, quod Passovii assensum ferre potuit in Iahn. Annall. Phil. 1828, 1. p. 55. Videtur inter utramque particulam intercidisse accuratior morbi descriptio: νοῦσον βαρεῖαν tabem, opinor, dicit.

Versu 2. ἀρεταῖ Pal., ἐρατᾷ Plan. Restituit Iacobsius. 4. κουριδίαν Planudes. 5. τότε Franckius: at temporis designatio est in versu sequente. Ceterum hinc Mnasalcas profecisse videtur Anth. Pal. VII, 488.

LXIII. ΕΙΣ ΓΟΡΓΩ.

Anthol. Palat. VII, 647.

Ὕστατα δὴ τάδ' ἔειπε φίλην ποτὶ μητέρα Γοργὼ
δακρυόεσσα, δέρης χερσὶν ἐφαπτομένη·
Αὖθι μένοις παρὰ πατρί, τέκοις δ' ἐπὶ λῳόνι μοίρῃ
ἄλλην, σῷ πολιῷ γήραϊ κηδεμόνα.

Haec hodieque Epigrammatis accensentur vel Simonidis vel Simmiae: nam ita inscribuntur in codice Palatino: Σιμωνίδου· οἱ δὲ Σιμμίου εἰς Γοργώ τινα κόρην τελευτήσασαν. Simmiae Rhodio adscriptum fuit sive quod nomen poetae Cei per compendia scripturae exaratum

acumen librariorum fefellit [5]), sive quod doctior quidam Grammaticus Gorgo carmen nescio quale a Simmia conditum meminisset, quod vel Brunckio imposuit, qui Simmiae adscribit Epigr. III.: de quo carmine v. Athen. X, p. 491, C. Quod autem ab Planude *Σαμίου* dicitur carmen, non vulgaris confusio apud Suidam v. *Σιμμίας* novum monstrum peperisse videtur.

Versu 1. *δὴ* omittit Pal.; servavit Planudes. Tum *ποτέ* Palat. 2. Legebatur *ἐφαπτομένα* et v. 3. *μοίρᾳ*. 4. Pal. *κᾱδομενᾱν* (superscr. η … η), edd. Planud. vel *καδομέναν* vel *κηδομέναν*: emendavit Salmasius, nisi quod *καδεμόνα* scripsit. Iacobsius Doricas formas vindicabat Gorgoni, Doricae, ut videtur, mulieri: quod non caret specie veri. Simonidem Epigrammate, si Dis placet, expressit Anyta Tegeatis Anth. Pal. VII, 646.

Λοίσθια δὴ τάδε πατρὶ φίλῳ περὶ χεῖρε βαλοῦσα
εἶπ' Ἐρατὼ χλωροῖς δάκρυσι λειβομένη·
Ὦ πάτερ, οὔ τοι ἔτ' εἰμί, μέλας δ' ἐμὸν ὄμμα καλύπτει
ἤδη ἀποφθιμένης κυάνεος θάνατος.

---

[5]) Contra Simmiae locum Simonides occupavit apud Choerobosc. Bekk. Anecdd. p. 1182. *Ἔχομεν τὴν χρῆσιν τῆς εὐθείας παρὰ Σιμωνίδῃ τῷ Ῥοδίῳ οὕτως· χρυσῶτυφαέθοντι πολύλιστος φαίνεται κράς. πολύλιστος δὲ οἱονεὶ πολυλιτάνευτος.* Scribe:

Χρυσῷ τοι φαέθοντι πολύλλιστος στέφεται κράς.

Quae dicta esse de Apolline fidem facit alter ejusdem Simmiae Rhodii locus ex Apolline carmine apud Tzetzem Chill. VII, 690., ubi iterum *κρὰς* forma usus est in his:

Τοῖς ὤμων καθύπερθεν ἐϋστρεφέων κίνεον κρὰς Τέτραφε.

Ex eodem Simmiae carmine haec sunt de Marsya Apollinis adversario apud Plutarchum Morall. p. 456, C. (Gaisf. Simonid. Fr. VIII.)

Χρυσῷ δ' αἰγλήεντι συνήρμοσεν ἀμφιδασείας
Κόρσας καὶ στόμα λαβρὸν ὀπισθοδέτοισιν ἱμᾶσιν.

Plutarchus non nominat auctorem: Simonidi adscripti sunt testimonio Tzetzae Chill. I, 373. Simmiae debebant.

Cujusmodi flores ex Elegis excerpti Epigrammatum corollae intertexti delitescunt non pauci.

LXIV.

Anth. Pal. VII, 496. *Σιμωνίδου εἴς τινα ναυηγὸν ἐν Γερανείᾳ καὶ ταῖς Σκειρωνίσι πέτραις ναυαγήσαντα·*

Ἠερίη Γεράνεια, κακὸν λέπας, ὤφελες Ἴστρον
τῆλε καὶ ἐς Σκυθέων μακρὸν ὁρᾶν Τάναϊν,
μηδὲ πέλας ναίειν Σκειρωνικὸν οἶδμα θαλάσσης,
ἄγκεα νιφομένης ἀμφὶ Μολουριάδος.
Νῦν δ' ὁ μὲν ἐν πόντῳ κρυερὸς νέκυς, οἱ δὲ βαρεῖαν
ναυτιλίην κενεοὶ τῇδε βοῶσι τάφοι.

Elegiae lugubris haec quoque esse vidit Franckius Callin. p. 71 sqq., quod judicium vel eo nomine sincerum est, quod defuncti hominis nomen non comparet: Epigrammatis accensa videntur propter v. 6. *κενεοὺς τάφους.* Imitatus est Callimachus Epigr. XVIII.

Ὤφελε μηδ' ἐγένοντο θοαὶ νέες· οὐ γὰρ ἂν ἡμεῖς
παῖδα Διοκλείδου Σώπολιν ἐστένομεν·
Νῦν δ' ὁ μὲν εἰν ἁλί που φέρεται νέκυς· ἀντὶ δ' ἐκείνου
οὔνομα καὶ κενεὸν σῆμα παρερχόμεθα.

Simonides Geraneam alloquitur rupem inter Megaram et Corinthum sitam, nobilitatam saltu Inoo. Versu 1. *ὤφελεν* cod. Pal., *ὤφελες* Salmasius. Tum *ἴστρον* (οι) codex.

2. *ἐκ Σκυθέων* vulgo: recte emendavit Heringa in Observatt. Critt. p. 266. Nam neque *ὁρᾶν* hoc significatu positum praepositione carere solet et vulgata justam interpretationem respuit. Praepositio in prius membrum ex altero suscipienda, ut saepe fit. 4. Codex *ἀγνέα νειφομένας ἀμφὶ μὲ θουριάδος; ἄγκεα* Salmasio debetur: *νιφομένης* Iacobsio videbatur corrigendum; *Μολουριάδος*

repperit Hemsterhusius in Lucian. I, p. 307., quae rupes erat in Geranea: Schol. Pind. Isthm. Introd. *Ἰνὼ διὰ Γερανείας τοῦ ὄρους τοῦ Μεγαρικοῦ φυγοῦσα καὶ στᾶσα ἐπὶ τῆς καλουμένης Μολουριάδος ἥλλετο ἐς τὴν θάλασσαν.* Muellerus Aeginett. p. 4. tuebatur *Μεθουριάδος*, quum unus Simonides Geraneam montem in Scironico litore collocaverit, sed cfr. eundem Dorr. II, p. 432.

LXV.

Stob. Eclogg. Phys. I, 6. p. 28. Heeren. *Σιμωνίδης·*

Ζεὺς πάντων αὐτὸς φάρμακα μοῦνος ἔχει.

Πάντως Canterus: *πάντων* codd. V A. Conferri potest Philetas Cous apud Stob. Sermm. CXXIV, 15.

Ἀλλ' ὅτ' ἐπὶ χρόνος ἔλθῃ, ὃς ἐκ Διὸς ἄλγεα πέσσειν
ἔλλαχε, καὶ πενθέων φάρμακα μοῦνος ἔχει.

Neque tamen auctor sim, ut Cei poetae scriptura attrectetur, quum qui fuerit tenor orationis ignoremus.

LXVI.

Stob. Eclogg. Phys. I, 9, 22. Heeren. *Σιμωνίδης·*

Ὅτι χρόνος ὀξὺς ὀδόντας
σύμπαντα ψήχει καὶ τὰ βιαιότατα.

Versu 1. *οὗτοι* Canterus, *οὕτω* Grotius, *ὅτι* V A: sed id ipsum fortasse non est poetae. 2. *καὶ πάντα* vulgo: quod quum summopere absurdum sit, *σύμπαντα* reposuimus: possis *ῥέα πάντα.* Quis enim ferat ita balbutientem: Tempus *et* omnia domat *et* firmissima quaeque? — Tum Canterus *ψύχῃ*, Grotius *σμύχει*, codd. V A *ψύχει.* Emendavit Piersonus. Hesychius: *Ψήχει· καταμύσσει. τρίβει. ξύει. σμήχει.* Opportune conferunt Epigr. Inc. 651. (Brunck. Anall. III, p. 281.)

Ψήχει καὶ πέτρην ὁ πολὺς χρόνος· οὐδὲ σιδήρου
φείδεται, ἀλλὰ μιῇ πάντ' ὀλέκει δρεπάνῃ.

In fine Canterus βιότατα, Piersonus βεβαιότατα. Illud libri tenent VA: recte. *Tempus edax rerum vel ea conficit quae violentissime renituntur.*

LXVII. LXVIII.

Athen. I, p. 32, B.

Ἦ γὰρ ἔπος τόδ' ἀληθὲς, ὅτ' οὐ μόνον ὕδατος αἶσαν,
ἀλλά τι καὶ λέσχης οἶνος ἔχειν ἐθέλει.

Οὐ γὰρ ἀπόβλητον Διονύσιον οὐδὲ γίγαρτον,
ὁ Κεῖός φησι ποιητής.

Priores versus nullo cum posteriore vinculo ligatos recte secrevit Schweighaeuserus: hinc incertum est omnesne an unus ultimus Simonidis sit. Compotationes sermonibus conserendis condiri dixerat poeta, in Elegia symposiaca, opinor. Usurpat autem dictum poetae nescio cujus, ut Nicias Milesius in Argum. Theocr. Idyll. IA. Προςδιαλέγεται ὁ Θεόκριτος ἰατρῷ Νικίᾳ, Μιλησίῳ τὸ γένος, οὗ καὶ ποιημάτιον φέρεται ἀντιγεγραμμένον τῷ Θεοκρίτου Κύκλωπι, οὗ ἡ ἀρχή·

Ἦν ἄρ' ἀληθὲς τοῦτο, Θεόκριτε· οἱ γὰρ ἔρωτες
πολλοὺς ποιητὰς ἐδίδαξαν τοὺς πρὶν ἀμούσους.

Fragmentum alterum, cujus ab initio οὐδὲ γὰρ libri, Schweigh. vel οὐ γὰρ vel οὐδὲν emendavit, respicit ad Hom. Il. III, 65.

Οὐ γὰρ ἀπόβλητ' ἐστὶ θεῶν ἐρικυδέα δῶρα.

ἘΞ ἈΔΗΛΩΝ ΕἸΔΩΝ.

LXIX.

Stobaei Eclogg. Eth. II, 1, 10. Heeren. Σιμωνίδου·

Ῥεῖα θεοὶ κλέπτοισιν ἀνθρώπων νόον.

–́ ⏑ ⏑ – – –́ ⏑ ⏓ – –́ ⏑ ×

Legebatur *κλέπτουσιν.* Poeta excusaverat aliquem ob nescio quod facinus.

LXX.

Athen. III, p. 99, B. *Οἶδα ὅτι καὶ Σιμωνίδης που ὁ ποιητὴς ἀρίσταρχον εἶπε τὸν Δία καὶ Αἰσχύλος τὸν Ἀΐδην ἀγησίλαον, Νίκανδρος δὲ ὁ Κολοφώνιος ἰοχέαιραν τὴν ἀσπίδα τὸ ζῶον.* Cfr. similia apud Athen. X, p. 457, B., Meinek. in Euphorion. p. 156. Bacchylidi tribuit Apollon. Dyscol. de Synt. II, 31. p. 188. (Fr. XLV. N.) *Ἀρίσταρχος Ζεὺς παρὰ τοῖς περὶ Βακχυλίδην.* Is ab Simonide adsciscere poterat, quod apud Ceos, Iovis Aristaei cultores, perpetuum quoddam Iovis ornamentum esse poterat. Respexit Hesych. v. *Ἀρίστ' ἀρχὰ μία,* si quidem Hemsterhusius Auctar. Emdtt. I, p. 532. recte haec ita refinxit spretis aliorum hariolationibus: *Ἀρίσταρχον Δία.*

LXXI.

Zenob. Provv. V, 85. *Σιμωνίδης φησὶ τὸν Τάλω πρὸ τῆς εἰς Κρήτην ἀφίξεως οἰκῆσαι τὴν Σαρδὼ καὶ πολλοὺς τῶν ἐν ταύτῃ διαφθεῖραι, οὓς τελευτῶντας σεσηρέναι, καὶ ἐκ τούτου ὁ Σαρδόνιος γέλως.* Photius et Suidas s. v. *Σαρδόνιος γέλως· Σιμωνίδης τοῦ σιαλον* (scr. *Τάλων*) *τὸν Ἡφαιστότευκτον Σαρδονίους* (*Σαρδανίους* Suid.) *οὐ βουλομένους περαιῶσαι πρὸς Μίνωα εἰς πῦρ καθαλλόμενον ὡς ἂν χαλκοῦν, προστερνιξόμενον ἀναιρεῖν* (*ἀνελεῖν* Suid.) *ἐπιχάσκοντας.*

Scholiasta et Eustath. in Hom. Od. Υ, 302. secuti Simonidem *Ἡφαιστότευκτον* appellant, quem Iuppiter cu-

stodem addiderit Europae: alii apud Apollod. I, 9, 26. a Vulcano Minoi datum tradebant. Dosiadae Ara II. in A. P. XV, 26, 6. *γυιόχαλκος οὖρος* dicitur, quem quum Argonautas ad Cretam insulam appellere vetaret, confecit Medea, v. Valckenar. Diatr. Eurip. p. 133., Heyn. in Apollod. p. 89. 90., eaque poetae Ceo ansa fuisse videtur, qua Talon Sardiniam insulam tenuisse et quum incolas ad Minoem esset ducturus, amplexibus suis necasse reluctantes diceret: qui quoniam os distorsissent, ortum inde illud *Σαρδόνιος γέλως*, ad cujus dictionis originem ex rebus Sardorum enucleandam omnis lapis motus est. At risus non *Σαρδόνιος*, sed *Σαρδάνιος*. Ceterum Simonidis narratio obscura est.

LXXII.

Scholl. Apoll. Rhod. III, 26. *Ἀπολλώνιος μὲν Ἀφροδίτης τὸν Ἔρωτα γενεαλογεῖ, Σαπφὼ δὲ Γῆς καὶ Οὐρανοῦ, Σιμωνίδης δὲ Ἀφροδίτης καὶ Ἄρεος·*

Σχέτλιε παῖ δολόμηδες Ἀφροδίτας,
τὸν Ἄρει δολομάχανος τέκεν.

–́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑ – –
⏑ ⏑ –́ ⏑ ⏑ – ⏑ –́ ⏑ ×

Argum. Theocr. Idyll. *ΙΓ.* *Ἀμφιβάλλουσι τίνος υἱὸν τὸν Ἔρωτα· Ἡσίοδος μὲν γὰρ Χάους καὶ Γῆς, Σιμωνίδης Ἄρεος καὶ Ἀφροδίτης, Ἀκουσίλαος Νυκτὸς καὶ Αἰθέρος, Ἀλκαῖος Ἴριδος καὶ Ζεφύρου, Σαπφὼ Ἀφροδίτης καὶ Οὐρανοῦ καὶ ἄλλοι ἄλλων.* Aliter Simonidem decrevisse referunt Servius Virg. Aen. I, 664. et Mythogr. Vatic. II, 35. »Simonides dicit Cupidinem ex Venere tantum esse progenitum.« Qua de re quid statuendum videretur exposuimus in Ibyc. Rhegin. p. 125.

Versu 1. *δολόμητες* cod. Paris. 2. Steph. Urs. *Ἀφροδίτα τὸν Ἄρεϊ* (*Ἄρει* Steph.) *δολομαχάνῳ* (*δολομηχάνῳ* Scholl.) *τέκεν*. Epitheton Veneri unice conveniens restituit Schaeferus, quod non recordabamur ad Ibyc. l. c. Hoc fragmento erunt qui patrocinentur opinioni eorum, qui Simonidem ab levioribus carminibus amatoriis non abhorruisse ponunt, assumpturi forsitan socium Appulejum Apolog. II, p. 399. Bosscha. »Fecere talia (h. e. carmina ludicra et amatoria) apud Graecos Teius quidam et Lacedaemonius et Ceus cum innumeris aliis.« Nisi praestet Bacchylidem intelligere. Ille autem locus ex quovis fere potest alio carmine excerptus esse.

LXXIII. IV.

Plutarch. Pyth. Oracc. p. 402, C. *Περιελθόντες ἐπὶ τῶν μεσημβρινῶν καθεζόμεθα κρηπίδων νεὼ πρὸς τὸ τῆς Γῆς ἱερόν, τό τε ὕδωρ ἀποβλέποντες* (exciderunt quaedam) — *ὥστε εὐθὺς εἰπεῖν τὸν Βόηθον, ὅτι καὶ ὁ τόπος τῆς ἀπορίας* (quaesitum erat *περὶ τῆς αἰτίας, ᾗ πέπαυκε τὴν Πυθίαν ἐν ἔπεσι καὶ μέτροις θεσπίζουσαν.*) *συνεπιλαμβάνεται τῷ ξένῳ. Μουσῶν γὰρ ἦν ἱερὸν ἐνταῦθα περὶ τὴν ἀναπνοὴν τοῦ νάματος, ὅθεν ἐχρῶντο πρὸς τὰς λοιβὰς τῷ ὕδατι τούτῳ, ὥς φησι Σιμωνίδης·*

Ἔνθα χερνίβεσσιν εἰρύεται
Μοισᾶν καλλικόμων ὑπένερθεν ἁγνὸν ὕδωρ.

– ⏑ ⏑́ ⏑ – ⏓ ⏑́ ⏑ ⏑ –
–̱ – ⏑́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –̱ ⏑ ⏑́ ⏑ ⏑ –

Μικρῷ δὲ περιεργότερον αὖθις ὁ Σιμωνίδης τὴν Κλειὼ προσειπών·

Ἁγνᾶν ἐπίσκοπε χερνίβων,
πολύλλιστ' ἀρυόντεσσιν † ἀχρυσόπεπλον †
εὐῶδες ἀμβροσίων ἐκ μυχῶν ἐρατεινὸν ὕδωρ.

– –́ ⏑ –́ ⏑ ⏑ – ⏑ –
⏑ –́ –́ ⏑ ⏑ – –́ ⏑ [⏑ – ⏑ –́ ⏑ ⏑ –́ ⏑ –́ –]
– –́ ⏑ –́ ⏑ ⏑ – –́ ⏑ –́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –

Οὐκ ὀρθῶς οὖν Εὔδοξος ἐπίστευσε τοῖς Στυγὸς ὕδωρ τοῦτο καλεῖσθαι πεφήνασι (l. *ἀποφήνασι*). *Τὰς δὲ Μούσας ἱδρύσαντο παρέδρους τῆς μαντικῆς καὶ φύλακας αὐτοῦ παρὰ τὸ νᾶμα καὶ τὸ τῆς Γῆς ἱερὸν, ἧς λέγεται τὸ μαντεῖον γενέσθαι,* [*διὰ*] *τὴν ἐν μέτροις καὶ μέλεσι μελῳδίαν* (l. *χρησμῳδίαν*).

Docere instituit Plutarchus, ex fonte illo Musarum, de cujus situ vide Mueller. apud Dissen. Pind. II, p. 629., ad manus conspergendas et, ut videtur, ad libationes Diis offerendas (*ὕδωρ χερνίβεσσιν εἰρύεται* intellige: *aqua ad libationes hauritur.*) apud Delphos hauriri fuisse solitum, auctoritate usus Simonidis. In fragmento priore vulgo *εἰρύεται τε*: *τε* Reiskius induxit; nisi forte post *ἔνθα* rejiciendum est: *ἀρύεται* Turn. Anonym. Tum *Μουσᾶν* legebatur.

Alterius frustuli ab Amyoto liberius versiculis adstricti emendatio praesidium habet in eo, quod a Simonide eandem sententiam paullo accuratius elatam esse ait Plutarchus. Versu 1. *ἁγνὰν ἐπίσκοπον χ. πολύλλιστον* legebatur: *ἁγνᾶν χερνίβων* scripsimus, ut in illo est *ἁγνὸν ὕδωρ*; vocandi autem casum revocavimus, quum Clio Musam poeta invocasse dicatur: *πολύλλιστ'* videbatur scribendum, licet et Hesychius et Suidas alteram formam tueantur: ille *πολύλιστον· πολυλιτάνευτον, πολύευκτον*; hic *πολύλιστος· πολυλιτάνευτος*. Et *ὦ πολύλιστε* est in versu hexametro apud Boeckh. Addend. et

Corrig. C. Inscrr. I, p. 914. 2. Libri *ἀραιόν τέ ἐστι*: in quo latere *ἀρυόντεσσι* vox *πολύλλιστ'* arguere videtur, quum appellatione personae opus sit, cujus precibus ambiatur Clio: sequens autem *ἀχρυσόπεπλον*, pro quo Urs. *ἀχρυσόπεπλος*, post quam vocem lacunae signa posuit, manet Oedipum suum; conjicias designatum fuisse locum, unde aqua petatur: hariolari si placeret, hariolaremur: *ἀδελφεᾶν ὑπὸ χρυσοπέπλων*, ut in priore Fr. est *Μοισᾶν καλλικόμων ὑπένερθεν*. In fine *ἐρατεινὸν* scripsimus: vulgo *ἐρανόν*. Possis tamen et *ἐραννόν*.

LXXV. LXXVI.

Aristid. *περὶ τοῦ παραφθέγμ.* III, p. 648. Canter. *Φέρε δὴ καὶ ταῦτα ἐξέτασον·*

Ἁ Μοῖσα γὰρ οὐκ ἀπόρως σπεύδει τὸ παρὸν μόνον,
ἀλλ' ἐπέρχεται
πάντα θεριζομένα.

— ⏑́ ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — — ⏑́ ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑́ ⏑ —
⏑́ ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ —

Versu 1. *Μοῦσα* vulgo. Tum *γεύει*: Reisk. *δοκεύει* vel *σκοπεύει*: nos *σπεύδει*. 2. *θεριζομένη* vulgo: correctum est ex libris *ΓΘ*. Sunt haec et sequentia duo Frr. ex dithyrambis, ut conjecimus supra p. 52. Ob argumenti similitudinem addidimus

Plutarch. Prof. Virt. p. 79, C. *Ἄνθεσιν ὁμιλεῖν ὁ Σιμωνίδης φησὶ τὴν μέλιτταν ξανθὸν μέλι μηδομέναν, οἱ δ' ἄλλοι χρόαν αὐτῶν καὶ ὀσμὴν, ἕτερον δὲ οὐθὲν ἀγαπῶσιν οὐδὲ λαμβάνουσιν.* Idem ultima verba affert de Amore Prol. p. 494, A. et de Audiend. Poett. p. 41, F. *Τὴν μέλιτταν ἡμεῖς σοφὴν καλοῦμεν καὶ νομίζομεν ξανθὸν μέλι μηδομέναν.* Api-

bus, ut solet, operam suam comparabat poeta. Scripseris autem:

Ὁμιλεῖ δ᾽ ἄνθεσιν
ξανθὸν μέλι μηδομένα.

[⏓] ⏑ – – ⏓ ⏑ ×
⏓ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –

Nam vox μέλισσα in praegressis posita esse poterat. Ceterum de his sententiis v. Prolegg. p. XLV.

LXXVII.

Pergit Aristides l. c. Ταῦτ᾽ οὐ δοκεῖ σοι σαφῶς ὁ ποιητὴς ἑαυτὸν ἐπαινῶν λέγειν, ὡς γόνιμον καὶ πόριμον εἰς τὰ μέλη; τί δ᾽ ἐπειδὰν λέγῃ·

Μή μοι καταπαύετ᾽, ἐπείπερ
ἤρξατο τερπνοτάτων μελέων ὁ καλλιβόας πολύχορδος αὐλός;

– ⏓ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏓
⏓ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ ⏓ ⏑ ⏓ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏓

Versu 1. Μή με vulgo: μή μου Θ, μή μοι Γ. 2. Αὐλὸς πολυχορδότατος appellatur, ut qui multarum chordarum sonum aequet. Solebant enim poetae quae lyrae conveniebant non raro ad tibias transferre: cfr. Plut. Symp. II, 4. Καὶ τὸν αὐλὸν ἡρμόσθαι λέγουσι καὶ κρούματα αὐλήματα καλοῦσιν, ἀπὸ τῆς λύρας λαμβάνοντες τὰς προσηγορίας. Ita Arist. Avv. 682. Ἀλλ᾽ ὦ καλλιβόαν κρέκουσ᾽ αὐλόν. Adde Iacobs. in Anth. Pal. Nott. Critt. p. 664.

LXXVIII.

Herodianus Etym. M. p. 60, 36. Ἀλέρα καὶ Ἐλάρα· Ἐλάρας γενεά· οὕτω παρὰ Σιμωνίδῃ. Ἀλέρα δὲ

παρὰ Πινδάρῳ (Fr. 138. B.) οἷον· Ἀλέρας ὠόν· (Boeckh. ᾠὸν, Sylburg. υἱόν.) ὅτι δὲ τὸ πρῶτον ἐστὶν ἀληθὲς, πίστις τούτου ἐκ τοῦ παρ' Ἡσιόδῳ μετὰ προςθήκης τοῦ ι λέγεσθαι τὸ πατρωνυμικόν· Εἰλαριάδην γάρ φησι Τιτυόν (Εἰλαράδην Boeckh.). καθ' ὑπέρθεσιν ἄρα τὸ Ἀλέρα γέγονεν. οὕτως Ἡρωδιανός. Forsitan Tityo utebatur ad deterrendos homines a pravis facinoribus.

LXXIX.

Hesych. Οἰκιάδης. Σιμωνίδης. καὶ Ἱππόνου πατήρ. Varinus: Οἰκιάδης, Σιμωνίδου καὶ Ἱππόνου πατήρ. Glossam ita supplet Ruhnkenius: Οἰκιάδης. Σιμωνίδης. Δεξαμενοῦ καὶ Ἱππονόου πατὴρ Οἰκεύς. Similiter alii. Verum ab v. Οἰκεὺς fit Οἰκείδης, Οἰκεΐδης, Οἰκηϊάδης: Οἰκιάδας a v. Οἰκίας descendit. Qui ignotus est: apud Callim. Del. 102. Bura

Δεξαμενοῖο βοόστασις Οἰκιάδαο

dicitur, apud Apollod. II, 5, 6. aliosque Oleni habitat Achajae. Et Periboea, Hipponoi filia, expugnata Oleno Oeneo obvenit, teste Thebaid. Cycl. ap. Apollod. I, 8, 4. Quanquam ibi Olenus Aetoliae dici videtur. Fortasse Oecias Dexameni atque Hipponoi pater fuit: alterutrum Οἰκιάδαν vocabat poeta.

LXXX.

Schol. Hesiod. Theogon. 313. Τὴν ὕδραν Ἀλκαῖος μὲν ἐννεακέφαλόν φησι, Σιμωνίδης δὲ πεντηκοντακέφαλον. Serv. Virg. Aen. VI, 576. cll. VII, 658. »Lernam alii tria volunt habuisse capita, alii novem: Simonides quinquaginta dicit.« Poetae erat πεντηκοντακάρανος, ut Hesiodo Theogon. 312. Cerberus, frater Hydrae.

LXXXII.

Schol. Arist. Eqq. 1318. et Argum. Eurip. Med. p. 3. Elmsl. *Φερεκύδης καὶ Σιμωνίδης φασὶν, ὡς ἡ Μήδεια ἀνεψήσασα τὸν Ἰάσονα νέον ποιήσειε.* Reliqui fere Aesonem post *τὸν τῶν Νόστων ποιητὴν*, v. Mueller. Orchom. p. 267. Simonidem sequuntur Lycophr. Cass. 1315. cui Iason est *λέβητι δαιτρευθεὶς δέμας*, et Dosiad. Ara II. Anth. Pal. XV, 26, 2., ubi est *δίσαβος*. Simonides forsitan Medeae artes diligentius enarraverat, ut huc spectare credam Frr.

LXXXIII. LXXXIV.

Ael. Herodian. *περὶ μον. λέξ.* p. 12, 19. Dind. *Πῦρ. οὐδὲν εἰς ῡρ λῆγον οὐδέτερον μονοσύλλαβον, ἀλλὰ μόνον τὸ πῦρ, ὃ Σιμωνίδης καὶ ἕνεκα μέτρου δισυλλάβως ἀπεφήνατο·*

Τοῦτο γὰρ μάλιστα φρὲς ἐς τύγε πύϊρ.

Legebatur *φηρὲς*, quod emendavit Reisigius ap. Dindorf., quam formam praeter Etym. M. servavit Ioannes Gramm. *Τονικ. παραγγ.* p. 21, 5. Dind. *Τύγε* non sollicitem: Reisigius *τόγε*: praetulit *τύγε* poeta cauturus sigmatismo: interponitur autem inter praepositionem et nomen, ut apud Homer. Il. V, 219. *ἐπὶ νὼ τῷδ' ἀνδρὶ — ἐλθόντε — πειρηθῆναι*, aliosque.

Hesychius et Varinus. *Κάρκαρα. οὖλα ὁ διήτω* (corrigunt *οὖλα ὀδόντων*). *καὶ τὰ ποικίλα τῇ ὄψει. καὶ πίτυρα* (*ἐπιτυρὰ* codex) *παρὰ Σιμωνίδῃ. ἔνιοι τὰς μάνδρας. Ῥίνθων ταὶ* (*ῥινθόνταὶ* codex) *τῇ οὐρανίᾳ ἦρι.* Haec corruptiora. Simonides, si haec de Medea dicta fuerunt, in re magica et obscura obscuro usus vocabulo et Siculae, ut conjecimus Prolegg. p. XLVII., originis.

Namque *τὰ πίτυρα* in incantationibus usurpabantur, quae quoniam tremebant in ignem injecta, a v. *καρκαίρειν* appellationem habere poterant. Daphnis Theocr. Idyll. II, 33. *Νῦν θυσῶ τὰ πίτυρα.* Demosth. pro Cor. p. 313. R. *Τὴν νύκτα νεβρίζων καὶ κρατηρίζων καὶ καθαίρων τοὺς τελουμένους καὶ ἀπομάττων τῷ πηλῷ καὶ τοῖς πιτύροις.* Sed incedimus per ignes verendumque est ne labamur eo magis, quo plures emendaturis Fr. prius viae patent. Et Emperius quidem noster leni medela sensui fragmenti succurrit hac: *Τοῦτο γὰρ μάλιστα φὴρ ἔστυγε* (ita et Bergkius) *πῦρ*, h. e. *Hoc enim maxime bestia perhorrescebat, ignem.* De leone forsitan dicta.

LXXX.

Schol. Pind. Pyth. IV, 253. (ubi Argonautae domum revertentes appellunt Lemno, *ἔνθα καὶ γυίων ἀέθλοις ἀπεδείξαντ' ἀγῶν' ἐσθᾶτος ἀμφίς.*) *Καὶ παρὰ Σιμωνίδῃ ἐστὶν ἡ ἱστορία, ὅτι περὶ ἐσθῆτος ἠγωνίσαντο οἱ Ἀργοναῦται.*

Simonides Argonautis ad vellus repetendum navigantibus certamen illud institutum fecerat. Novavit cum Pindaro Myrsilus Lesbius in Scholl. Ap. Rh. I, 615. omnem vetustarum fabularum rubiginem abstergere solitus. Ceterum v. Welcker. Trilog. p. 313. et cfr. Hymn. Frr. XXXV. VI.

LXXXV.

Scholl. Eurip. Med. 20. cll. 10. *Ὅτι δὲ καὶ ἐβασίλευσεν ἡ Μήδεια Κορίνθου, ἱστοροῦσιν Εὔμηλος καὶ Σιμωνίδης, λέγων οὕτως·*

Ὁ δ' ἵκετ' εἰς Κόρινθον, οὐ Μαγνησίαν
ναῖ', ἀλόχου δὲ Κολχίδος συνάορος
Θράνου Λεχαίου τ' ἄνασσε.

⏖́ ⏑ – ⏓ –́ ⏑ – – –́ ⏑ –
–́ ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ –́ ⏑ ×
– –́ ⏑ – –́ ⏑ – ⏒

De Iasone sermo est, qui Iolco cum Medea relicta Corinthum venit ibique regnum tenuit.

Versu 1. *Οὐδὲ κατ' εἰς Κόρ.* libri: *ὁ δὲ* Hermannus; *ἵκετ'* Elmslejus. 2. *ναῖεν* legebatur. Tum *συνάστεος* libri: poeta Iasonem debebat dicere *junctim cum uxore* Corinthum tenuisse: *conjunx Colchicae uxoris agrum Corinthiacum tenuit.* Neque temere: Medeae enim Iason regnum debuit teste Eumelo, quocum faciebat Simonides. Is enim auctore Paus. II, 3, 8. et Scholl. Pind. Ol. XIII, 75. narraverat, rege Corintho mortuo Corinthios Medeam arcessivisse *ἐξ Ἰωλκοῦ καὶ παραδοῦναί οἱ τὴν ἀρχήν· βασιλεύειν μὲν δὴ δι' αὐτὴν Ἰάσονα ἐν Κορίνθῳ.* 3. Thranum vel Thranus ignotum oppidum: de Craneo cogites. At si oppidulum circa Cenchreas situm fuisse ponas, poeta fines regni orientem versus et occidentem designaverit. Totum locum Elmslejus contra fidem fabulae ipsius ita conformabat in Eurip. Med. p. 51. Lips. *Κόρινθον δὲ ναῖεν, οὐδ' ἵκετ' ἐς Μαγνησίαν* (immo vero venit)· *ἀλόχου δὲ Κολχίδος συνέστιος Θρ. Λεχ. τ' ἄνασσε.* Audaciam Elmslejo exprobrans Hermannus in Censura Med. Elmsl. p. 328. *Ὁ δὲ χαρεὶς Κόρινθον, οὐ Μ. ναῖεν, ἀλόχου δὲ Κολχίδος συννάστιος* sqq.

LXXXVI.

Schol. Ap. Rh. IV, 1212. *Ἐφύρα ἡ Κόρινθος ἀπὸ Ἐφύρας τῆς Ἐπιμηθέως θυγατρός. Εὔμηλος δὲ καὶ Σιμωνίδης φησὶν ἀπὸ Ἐφύρας τῆς Ὠκεανοῦ καὶ Τη-*

ϑύος, γυναικὸς δὲ γενομένης Ἐπιμηϑέως. Vide Ibyc. Rheg. Prolegg. p. 42. et cfr. Fr. Eleg. LIX.

LXXXVII.

Schol. Eurip. Orest. 46. Ὅμηρος ἐν Μυκήναις φησὶ τὰ βασίλεια Ἀγαμέμνονος, Στησίχορος δὲ καὶ Σιμωνίδης ἐν Λακεδαιμονίᾳ.

LXXXVIII.

Hesychius et Varinus. Νεαιρήισιν ἵπποις· (codex Ναιαὶ, ῥήϊσιν ἵ. τὸν ἀ. Ν., Νειρήϊσιν Varinus.) τοῖς (scr. ταῖς) ἀπὸ Νεαίρας. καὶ Σιμωνίδης· Νεαίραν γνάϑον. Νέαιρα δὲ χωρίον ἐν Λήμνῳ. Idem Νέα. χωρίον Λήμνου, ὅπου δοκεῖ Φιλοκτήτης δηχϑῆναι. Similia Steph. Byz. et Suidas v. Νέαι.

Simonides aut serpentem dicebat, qui Philoctetae vulnus inflixit aut, quod probabilius, rupem Lemniam, ut est apud Aeschylum Σαλμυδησσία γνάϑος. In ea sive parvula insula sive parte Lemni Philoctetam morsu affectum expositum fuisse consentit Dosiades Ara in Anth. Pal. XV, 25, 23.

Καϑαρὸς γὰρ ἐγὼ
ἰὸν ἱέντων τεράων, οἷα κέκευϑ' ἐκεῖνος
ἀμφὶ Νέαις Θρηϊκίαις.

Cfr. Appian. Mithrid. 77. Sed illa verba Νεαιρήισιν ἵπποις, quorum in locum reposuerim Νεαιραιῇσιν, — nam ab Νέαιρα fit Νεαιραῖος, ut ab Νέα Νέαιρος —, illa igitur poeta nescio quis posuerat de equabus Solis, cujus uxor fuerit Neaera, Hom. Od. XII, 133. Praecedit apud Hesychium: Νέαιρα Ὠκεανοῦ ϑυγάτηρ.

LXXXIX.

Eustath. Il. XIII, 517. p. 944, 42. Ἕτεροι ἀκολουθοῦντες τῇ Σιμωνίδου καὶ Ἰβύκου ἱστορίᾳ φασὶν, ὡς ἀληθῶς ἀεὶ ἐνεκότει τῷ Ἰδομενεῖ Δηΐφοβος ὡς ἀντεραστῇ· ἤρα γάρ φασι καὶ αὐτὸς τῆς Ἑλένης. Schol. Victor. ap. Heyn. Vol. V, p. 647. ὡς ἀντεραστὴς Ἑλένης ὡς μαρτυρεῖ Ἴβυκος καὶ Σιμωνίδης. Idomeneus inter Helenae procos et amatores refertur Hygin. Fabb. 81. 270.

XC. XCI.

Longin. de Sublim. XV, 7. Ἄκρως ὁ Σοφοκλῆς ἐπὶ τοῦ θνήσκοντος Οἰδίπου καὶ ἑαυτὸν μετὰ διοσημείας τινὸς θάπτοντος πεφάντασται καὶ κατὰ τὸν ἀπόπλουν τῶν Ἑλλήνων ἐπὶ τοῦ Ἀχιλλέως, προφαινομένου τοῖς ἀναγομένοις ὑπὲρ τοῦ τάφου· ἣν οὐκ οἶδ' εἴ τις ὄψιν ἐναργέστερον εἰδωλοποίησε Σιμωνίδου· πάντα δ' ἀμήχανον παρατίθεσθαι. Eurip. Hecub. 37.

Ὁ Πηλέως γὰρ παῖς ὑπὲρ τύμβου φανεὶς
κατέσχ' Ἀχιλλεὺς πᾶν στράτευμ' Ἑλληνικὸν
πρὸς οἶκον εὐθύνοντας ἐναλίαν πλάτην·
αἰτεῖ δ' ἀδελφὴν τὴν ἐμὴν Πολυξένην
τύμβῳ φίλον πρόσφαγμα καὶ γέρας λαβεῖν.

Huc referimus quae sunt in Scholl. Ven. Hom. Il. X, 252. cll. Scholl. Theocr. XV, 139. Ὁμήρου εἰπόντος·

ἐννεακαίδεκα μέν μοι ἴης ἐκ νηδύος ἦσαν,

Σιμωνίδης δέ φησιν·

Καὶ σὺ μὲν εἴκοσι παίδων μᾶτερ ἔλλαθι.

– ᴗ ᴗ – ᴗ ᴗ – – – ᴗ – ᴗ ᴗ

Scribebatur εἴκοθι. Schol. ἔλλαθι: Gaisfordius ἵλαθι

corrigit; falso. Docte Grammat. Et. Gud. p. 566, 26. *Χίλιοι διὰ τοῦ ἰῶτα γράφεται, ἐπειδὴ οἱ Αἰολεῖς χέλλιοι λέγουσι· τοῦτο δὲ ἔχουσιν ἔθος ποιεῖν ἐπὶ τῶν γραφομένων· φθείρω φθέρρω, σπείρω σπέῤῥω· εἰ δέ τις εἴποι, ὅτι τὸ ἰῶτα εἰς ε τρέπουσιν, οἷον Πρίαμος Πρέαμος, κοπρία κοπρέα, τρίτος τρέτος, τὸ δὲ χίλιοι τὸ χι μακρὸν ἔχει, πῶς ἔτρεψε παρ' αὐτοῖς τὸ ι εἰς ε; ἀλλ' ἰστέον ὅτι σπανίως τὸ ἰῶτα ἐκτεταμένον τρέπουσιν εἰς ε, οἷον ἵλαθι ἔλλαθι* (scr. *ἔλλαθι*), *χίλιοι χέλλιοι.* Choerobosc. Bekk. Anecdd. p. 1366. *Εἵλαθι. οἱ Αἰολεῖς γὰρ ἔλλαθι λέγουσιν.* Et paullo post: *Ἵλαος παρὰ τὸ ἱλαρός· οἱ γὰρ Αἰολεῖς ἴλλαος λέγουσι καὶ οὐχὶ ἔλλαος.* Adde Prolegg. p. XLVII [6]). Sunt haec ex threno, opinor. In numero liberorum consentit Theocr. XV, 139. *Ἕκτωρ ὁ γεραί-*

---

6) Abstrusa ut amat, resuscitavit Callimachus Fr. CXXI. Sed haec viris doctis fraudi fuerunt. Scribit Schol. Pind. Nem. IV, 10. *Ἐάν γε χωρὶς Χαρίτων γράφηται ὁ λόγος, ἀπόλωλε καὶ ἔσβεσται· ἐὰν δὲ μετὰ Χαρίτων, μένει πρὸς αἰῶνα εὔδια·* (*αἰῶνα· διὸ καὶ* Bentlejus, *ἀΐδια* Hemsterh.) *καὶ Καλλίμαχος·*

> *Ἐλλᾶτε νῦν, ἐλέγοισι δ' ἐνιψήσασθε λιπώσας*
> *Χεῖρας, ἵνα μοι πολὺ μένουσιν ἔτος·*

(Hemsterh. *ἵν' ἀΐδιοι πουλὺ μένωσιν ἔτος*: Toupius *Χεῖρας ἐμοῖς, ἵνα μοι πουλὺ μενοῦσιν ἔτος*: Valckenarius *ἵν' εὔφημοι.*). Quae verba ut exspectent medicam manum, hoc recte perspexit Hemsterhusius, Gratias invocare Callimachum easque jubere suos in Elegos manus fragrantes abstergere, ut conciliata venustate cunctis probati perennent. Sed quod idem ex altero loco Callimachi Fr. CCXCII., ubi est:

> *Ἔλλετε βασκανίης ὀλοὸν γένος,*

quo in loco *ἔλλετε* sonare *ἔῤῥετε κατὰ γλῶσσάν τινα* constat auctoritate Heraclidis apud Eustath. Il. A, p. 756, 36., *ἔλλετε* reponendum ait, non minus fallitur, quam cum Porsono aliisque Naekius *de Callimachi Hecale* in Mus. Rhen. 1834. IV, p. 533., quibus *ἵλατε* probatum sit. Nam Valckenarius quidem Callim. Eleg. p. 276. mirifice aberravit a vero, qui *Εἰ δ' ἄγε νῦν ἐλέγοισιν* luserit. Scripsit Callimachus *ἔλλατε.*

τατος εἴκατι παίδων. Lyrico hoc dignius, alterum Epico. Cfr. etiam Cic. Tuscc. I, 35, 85.

XCII.

Schol. Apoll. Rhod. IV, 814. Ὅτι Ἀχιλλεὺς εἰς τὸ Ἠλύσιον πεδίον παραγενόμενος ἔγημε Μήδειαν, πρῶτος Ἴβυκος εἴρηκε, μεθ' ὃν Σιμωνίδης. Rem explicuimus Ibyc. Rheg. Fr. XVIII.

XCIII.

Schol. Ven. Hom. Il. II, 867. (ubi est:
Νάστης αὖ Καρῶν ἡγήσατο βαρβαροφώνων,
οἳ Μίλητον ἔχον Φθειρῶν τ' ὄρος ἀκριτόφυλλον,
Μαιάνδρου τε ῥοὰς Μυκάλης τ' αἰπεινὰ κάρηνα·
τῶν μὲν ἄρ' Ἀμφίμαχος καὶ Νάστης ἡγησάσθην,
Νάστης Ἀμφίμαχός τε, Νομίονος ἀγλαὰ τέκνα,
ὃς καὶ χρυσὸν ἔχων πόλεμόνδ' ἴεν, ἠΰτε κούρη·
Νήπιος· οὐδέ τι οἱ τόγ' ἐπήρκεσε λυγρὸν ὄλεθρον,
ἀλλ' ἐδάμη ὑπὸ χερσὶ ποδώκεος Αἰακίδαο
ἐν ποταμῷ, χρυσὸν δ' Ἀχιλεὺς ἐκόμισσε δαΐφρων.)
Ὅς καὶ χρυσὸν ἔχων. Ἡ διπλῆ, ὅτι ἐπὶ τοῦ Ἀμφιμάχου ἐστὶ τὸ Ὅς καὶ χρυσὸν ἔχων. ὁ δὲ Σιμωνίδης ἐπὶ τοῦ Νάστου λέγει· καὶ ὅτι οὐ λέγει ὅπλα αὐτὸν ἔχειν χρυσᾶ, ὡς καὶ πάλιν ὁ Σιμωνίδης ἐξέλαβεν, ἀλλὰ κόσμον χρυσοῦν. Dicebat poeta Ceus exemplo Homeri, Nastae ὅπλα χρυσᾶ οὐκ ἐπαρκέσαι λυγρὸν ὄλεθρον: forsitan locutus de χρυσοφόροις Μήδοις, v. Epigr. CXLIX, 2.

XCIV.

Scholl. Vratisl. Pind. Ol. XIII, 78. (ubi est de Corinthiis:

Τὰ δὲ καί ποτ' ἐν ἀλκᾷ
πρὸ Δαρδάνου τειχέων ἐδόκησαν
ἐπ' ἀμφότερα μαχᾶν τέμνειν τέλος,
τοὶ μὲν γένει φίλῳ σὺν Ἀτρέος
Ἑλέναν κομίζοντες, οἱ δ' ἀπὸ πάμπαν
εἴργοντες· ἐκ Λυκίας δὲ Γλαῦκον ἐλθόντα τρόμευν
Δαναοί.)

Οἱ Κορίνθιοι, φησὶν, ἐπ' ἀμφότερα τὰ μέρη ἠρίστευσαν ἐν Ἰλίῳ· καὶ γὰρ τοῖς Τρωσὶ συνεμάχησαν καὶ τοῖς Ἕλλησιν· Τρωσὶ μὲν Γλαῦκος τὸ γένος εἰς Βελλεροφόντην ἀνάγων τὸν Γλαύκου τοῦ Σισύφου, τοῖς δὲ Ἀχαιοῖς Εὐχήνωρ Πολυΐδου τοῦ μάντεως. τοῦτο δὲ καὶ Σιμωνίδης εἶπε·

Κορινθίοισι δ' οὐ μανίει τὸ Ἴλιον.

οὐδὲ Δαναοί· ἀμφοτέροις γὰρ σύμμαχοι ἐγένοντο.

Codex *Κορινθίοισιν οὐ μανιεῖ*, omissis *τὸ Ἴλιον*, tum *Δαναοῖς*: quae omnia restituit Boeckhius. Numeri dissoluti. Plutarchus Dion. 1. *Ὁ Σιμωνίδης φησὶν τοῖς Κορινθίοις οὐ μηνίειν τὸ Ἴλιον ἐπιστρατεύσασι μετὰ τῶν Ἀχαιῶν, ὅτι κἀκείνοις οἱ περὶ Γλαῦκον ἐξ ἀρχῆς Κορίνθιοι γεγονότες συνεμάχουν προθύμως.* Vox *μηνίειν* interpretationi cessit apud Aristot. Rhet. I. 6. *Λελοιδορῆσθαι ὑπέλαβον Κορίνθιοι ὑπὸ Σιμωνίδου ποιήσαντος· Κορινθίοις δ' οὐ μέμφεται τὸ Ἴλιον.* Sed Aristotelem vix putarim Leoprepidae affinxisse trimetrum iambicum. Ceterum cfr. Prolegg. p. XXVIII. et LI. Weberus in Poetis Elegiacc. p. 613. probabiliter conjicit, tetigisse poetam Corinthiorum in bellis Persicis languorem. Posthac sententiam mutavit.

XCV.

Scholl. Vett. Pind. Ol. XIII, 31. *Καὶ ποιηταὶ δια-*

σημότατοι ἐν Κορίνθῳ ἐγένοντο, ὧν ἦν καὶ Αἴσων, οὗ μέμνηται Σιμωνίδης. Addi potest Eumelus.

XCVI.

Schol. Hom. Il. IX, 556. (ubi de Cleopatra est, uxore Melagri:

Κούρην Μαρπήσσης καλλισφύρου Εὐηνίνης
Ἴδεώ θ', ὃς κάρτιστος ἐπιχθονίων γένετ' ἀνδρῶν
τῶν τότε· — καί ῥα ἄνακτος ἐναντίον εἵλετο τόξον
Φοίβου Ἀπόλλωνος, καλλισφύρου εἵνεκα νύμφης·
τὴν δὲ τότ' ἐν μεγάροισι πατὴρ καὶ πότνια μήτηρ
Ἀλκυόνην καλέεσκον ἐπώνυμον, οὕνεκ' ἄρ' αὐτῆς
μήτηρ, Ἀλκυόνος πολυπενθέος οἶτον ἔχουσα,
κλαῖ', ὅτε μιν ἑκάεργος ἀνήρπασε Φοῖβος Ἀπόλλων.)

Ἴδας ὁ Ἀφαρέως μὲν παῖς κατ' ἐπίκλησιν, γόνος δὲ Ποσειδῶνος, Λακεδαιμόνιος δὲ τὸ γένος ἐπιθυμήσας γάμου (Εὐήνου εἰς ἁρματηλασίαν τοὺς μνηστῆρας τῆς θυγατρὸς προκαλουμένου, ut ait Eustath. p. 776, 8. cfr. Bacchyl. Fr. LII.) παραγίγνεται εἰς Ὀρτυγίαν τὴν ἐν Χαλκίδι καὶ ἐντεῦθεν ἁρπάζει τὴν Εὐήνου θυγατέρα Μάρπησσαν. ἔχων δὲ ἵππους Ποσειδῶνος ἠπείγετο. ὁ δὲ Εὔηνος εἰς ἐπιζήτησιν ἐξῆλθε τῆς θυγατρός. ἐλθὼν δὲ κατὰ τὸν Λυκόρμαν ποταμὸν τῆς Αἰτωλίας ἑαυτὸν ἐκεῖ καθῆκεν· ὅθεν ὁ Λυκόρμας Εὔηνος ὠνομάσθη. κατὰ δὲ τὴν Ἀρήτην ἀπαντήσας ὁ Ἀπόλλων τῷ Ἴδᾳ λαμβάνεται τῆς Μαρπήσσης· ὁ δὲ ἔτεινε τὸ τόξον καὶ διεφέρετο περὶ τοῦ γάμου. οἷς κριτὴς ὁ Ζεὺς γενόμενος αἵρεσιν τοῦ γάμου ἐπὶ τῇ Μαρπήσσῃ τίθεται· ἣ δὲ δείσασα, μὴ αὐτὴν ἐπὶ γήραι καταλίπῃ ὁ Ἀπόλλων, αἱρεῖται τὸν Ἴδαν. οὕτως δὴ Σιμωνίδης τὴν ἱστορίαν περιείργασται. Ex eodem Apollod. 1, 7, 8. Εὔηνος ἐγέννησε Μάρπησσαν, ἣν Ἀπόλλωνος μνηστευομένου Ἴδας ὁ Ἀφαρέως ἥρπασε,

λαβὼν παρὰ Ποσειδῶνος ἅρμα ὑπόπτερον. διώκων δὲ Εὔηνος ἐφ' ἅρματος ἐπὶ τὸν Λυκόρμαν ἦλθε ποταμὸν, καταλαβεῖν δὲ οὐ δυνάμενος τοὺς μὲν ἵππους ἀπέσφαξεν, ἑαυτὸν δὲ εἰς τὸν ποταμὸν ἔβαλε. καὶ καλεῖται Εὔηνος ὁ ποταμὸς παρ' ἐκείνου. Ἴδας δὲ εἰς Μεσσήνην παραγίνεται καὶ αὐτῷ ὁ Ἀπόλλων περιτυχὼν ἀφαιρεῖται τὴν κόρην. μαχομένων δὲ αὐτῶν περὶ τῶν τῆς παιδὸς γάμων Ζεὺς διαλύσας ἐπέτρεψεν αὐτῇ τῇ παρθένῳ ἑλέσθαι, ὁποτέρῳ βούλεται συνοικεῖν· ἣ δὲ δείσασα, ὡς ἂν μὴ γηρῶσαν αὐτὴν Ἀπόλλων καταλίπῃ, τὸν Ἴδαν εἵλετο ἄνδρα.

De Ortygia Chalcidis Aetoliae, de qua reliquas Ortygias appellatas volebant, v. Nicandri Aetolicor. III. ap. Schol. Ap. Rhod. I, 419. In arca Cypseli teste Paus. V, 18, 1. erat vir et mulier eam insequens: quos significasset artifex monstrabant τὰ ἔπη τὰ ἑξάμετρα·

Ἴδας Μάρπησσαν καλλίσφυρον, ἅν οἱ Ἀπόλλων
ἅρπασε, τὰν ἐκ ναοῦ ἄγει πάλιν οὐκ ἀέκουσαν.

Confer Mueller. Dorr. I, p. 214.

XCVII.

Schol. Pind. Ol. I, 28. Τὸ Πίσας συσταλτέον διὰ τὸ ἀντίστροφον. οὕτω δὲ οἱ περὶ Πίνδαρον καὶ Σιμωνίδην. Cfr. Epigramm. CCXIV, 1.

XCVIII.

Plutarch. Lycurg. II. Σιμωνίδης ὁ ποιητὴς οὐκ Εὐνόμου λέγει τὸν Λυκοῦργον πατρὸς, ἀλλὰ Πρυτάνιδος· καὶ τὸν Λυκοῦργον παὶ τὸν Εὔνομον οἱ πλεῖστοι σχεδὸν οὐχ οὕτω γενεαλογοῦσιν, ἀλλὰ Πατροκλέους μὲν τοῦ Ἀριστοδήμου γενέσθαι Σόον· Σόου δὲ Εὐρυτίωνα, τούτου δὲ Πρύτανιν· ἐκ τούτου δὲ Εὔνομον· Εὐνόμου δὲ Πολυ-

δέκτην ἐκ προτέρας γυναικὸς, Λυκοῦργον δὲ νεώτερον ἐκ Διανάσσης. Schol. Plat. Reip. X, p. 192. Ruhnk. p. 419. Bekk. *Λυκοῦργος ἦν κατὰ Σιμωνίδην Πρυτάνιδος μὲν υἱὸς, Εὐνόμου δὲ ἀδελφὸς καὶ θεῖος τοῦ Εὐνόμου υἱοῦ, Χαριλάου τοῦ βασιλεύσαντος τῆς Σπάρτης, ἧς ἦρξε καὶ Λυκοῦργος αὐτὸς ἔτη ιή, ὅτε καὶ τοὺς νόμους ἔγραψεν ἐπιτροπεύων τὸν ἀδελφιδοῦν.* Adde Phlegontem de Olympiis ap. Meurs. Regn. Lacon. 16. et Mueller. Dorr. I, p. 132.

XCIX.

Plutarch. Agesil. init. *Φασὶν ὑπὸ τοῦ Σιμωνίδου τὴν Σπάρτην προςηγορεῦσθαι δαμασίμβροτον, ὡς μάλιστα διὰ τῶν ἐθῶν τοὺς πολίτας τοῖς νόμοις πειθηνίους καὶ χειροήθεις ποιοῦσαν, ὥσπερ ἵππους εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς δαμαζομένους.*

C.

Scholl. Vatic. in Rhes. Fab. 5. *Ὅτι οἱ ἀρχαῖοι εἰς τρεῖς φυλακὰς νέμουσι τὴν νύκτα. Ὅμηρος δὲ* (Odyss. O, 483.)· *Ἀλλ' ὅτε δὴ τρίχα νυκτὸς ἔην, μετὰ δ' ἄστρα βεβήκει. Στησίχορος δὲ καὶ Σιμωνίδης πενταφύλακον φησὶν ὑποτίθεσθαι τὴν νύκτα.*

Codex *Στ. δὲ ὁ Σιμωνίδης πάντα φυλ....* Emendavit L. Dindorfius.

CI.

Steph. Byz. *Ἄκανθος. — ἔστι καὶ ἡ Ἀθαμανίας. τὸ ἐθνικὸν τῆς Ἀκάνθου Ἀκάνθιος· ἐξ οὗ καὶ παροιμία Ἀκάνθιος τέττιξ, ἐπὶ τῶν ἀφώνων. τοιοῦτοι γὰρ οἱ τῆς χώρας τέττιγες, ὡς Σιμωνίδης.*

Ἀκάνθιος τέττιξ vel *ἀκανθίας* ab acantho nomen

habet. Recte Suidas v. *Τέφρα. ἠχέτας καὶ ἀκανθίας οὐκ εἴδη τεττίγων, ἀλλ' ἐπίθετα τέττιγος ἀπὸ τοῦ ἠχεῖν ἐν ἀκάνθαις.* Et. M. *'Ακανθίς· — καὶ 'Ακάνθιος, εἶδος τέττιγος· οἱ δὲ τὸν ἄφωνον.* Poterat autem poeta Ceus narrare de regione nescio qua, ubi cicadae mutae, ut circa Rhegium fuisse dicuntur, v. Paus. VI, 6, 2. aliosque. Sequitur Zenob. Provv. I, 51. *'Ακάνθινος τέττιξ· ἐπὶ τῶν ἀφώνων καὶ ἀμούσων λέγεται, παρόσον οἱ 'Ακάνθινοι τέττιγες οὐκ ᾄδουσιν.*

CII.

Athen. II, p. 40, A. *"Οτι Σιμωνίδης τὴν αὐτὴν ἀρχὴν τίθησιν οἴνου καὶ μουσικῆς.*

Haec fuit sententia Simonidis, depravata ab Epitomatore, ut carmina pangendi impetum a vino repetendum esse diceret. Veluti Aeschylus nonnisi potus ad traegoedias conscribendas se accinxisse fertur. Id confirmant sequentia: *'Απὸ μέθης καὶ ἡ τραγῳδίας εὕρεσις ἐν 'Ικαρίᾳ τῆς 'Αττικῆς εὑρέθη καὶ κατ' αὐτὸν τὸν τῆς τρύγης καιρόν. ἀφ' οὗ δὴ καὶ τρυγῳδία τὸ πρῶτον ἐκλήθη ἡ κωμῳδία.*

CIII.

Themist. in Aristot. Phys. IV, p. 47, C. *'Επειδὴ ἐν τῷ χρόνῳ καὶ τὰ γινόμενα γίνεται καὶ τὰ φθειρόμενα φθείρεται, εἰκότως οἱ μὲν σοφώτατον, οἱ δὲ ἀμαθέστατον λέγουσιν εἶναι τὸν χρόνον· Σιμωνίδης μὲν γὰρ σοφώτατον, ὅτι γίνονται ἐπιστήμονες ὑπὸ χρόνου.*

Poeta apud Stob. Eclogg. Phys. I, 9, 14.

Σοφὸν λέγουσι τὸν χρόνον πεφυκέναι.

CIV.

Plutarch. An Seni p. 783, D. *Πολιτεία δημοκρατικὴ καὶ νόμιμος ἀνδρὸς εἰθισμένου παρέχειν αὑτὸν οὐχ ἧττον ἀρχόμενον ὠφελίμως ἢ ἄρχοντα, καλὸν ἐντάφιον, ὥς ἀληθῶς, τὴν ἀπὸ τοῦ βίου δόξαν τῷ θανάτῳ προςτίθησι· τοῦτο γὰρ*

Ἔσχατον δύεται κατὰ γᾶς,

ὥς φησι Σιμωνίδης.

˘ ‿ ˊ ‿ ‿ – ‿ ‿ –

Naekius Schedd. Critt. p. 28. *ἐσχάτιον*. Ursinus *γῆς*. Vide Prolegg. p. XXXIII.

CV.

Plutarch. Discr. Amic. et Adulat. p. 65, B. *Ὁ ψευδὴς καὶ νόθος καὶ ὑπόχαλκος, ἅτε δὴ μάλιστα γινώσκων ἑαυτὸν ἀδικοῦντα τὴν φιλίαν, ὥσπερ νόμισμα παράσημον ὑπ' αὐτοῦ γενομένην, ἐστὶ μὲν καὶ φύσει φθονερὸς, ἀλλὰ τῷ φθόνῳ χρῆται πρὸς τοὺς ὁμοίους, διαμιλλώμενος ὑπερβάλλεσθαι βωμολοχίᾳ καὶ σπερμολογίᾳ, τὸν δὲ κρείττονα τρέμει καὶ δέδοικεν, οὐ μὰ Δία παρὰ Λύδιον ἅρμα πεζὸς οἰχνεύων* (Pind. Fr. Inc. 119.), *ἀλλὰ παρὰ χρυσὸν ἑφθὸν, ὥς φησι Σιμωνίδης, ἀκήρατον, οὐδὲ μόλιβδον ἔχοντα.* Poetae erat: *Χρυσὸς ἑφθὸς, ἀκήρατος, οὐδὲ μόλυβδον ἔχων*, h. e. ***aurum purum, non adulterinum neque plumbum habens admixtum,*** quocum verum et candidum amicum comparabat. Comparatio pervulgata, ut Theogn. 835. Arist. Nubb. 912. — Ursinus *χρυσὸν ὀρθόν*.

CVI.

Stob. Floril. CXVIII, 6. Gaisf. *Σιμωνίδης*

Ὁ δαὖτε θάνατος ἔκιχε καὶ τὸν φυγόμαχον.

Legebatur ὁ δ' αὖ, vel metri nomine suspectum. Tum vulgo ἔφικε καὶ: codd. AB ἔκιχε τε, Trincav. ἔφυκε καί, Steph. ἐφῖκε. Bentlejus Hor. Carmm. III, 2, 14. ad illa: *Mors et fugacem consequitur virum* haec adhibens legit: Ὁ δ' αὖ θάνατος ἔκιχέ τὸν φυγόμαχον. Ad auctoritatem codicum proxime accederet ἔκιχε τοι neque id ab sermone alienum. Ad sententiae similitudinem confer Curt. Ruf. IV, 14. »Effugit mortem, quisquis contempserit; timidissimum quemque consequitur.«

CVII.

Aristid. περὶ τῶν τεττάρων III, p. 237, D. Cant. Ὅρα μὴ λέοντα ξυρεῖν ἐπιχειρῶμεν, οὐ Θρασύμαχον συκοφαντεῖν ἐπιχειροῦντες, ἀλλὰ κωμῳδεῖν Περικλέα, καὶ ταῦτα εἰς δειλίαν, ἔπειτ' αὐτοὶ δόξωμεν ἀνδρειότεροι τοῦ δέοντος εἶναι τοῖς βουλομένοις ἀντικατηγορεῖν καὶ φανῇ τι καὶ δειλίας, εἰ δὲ βούλει, σιωπῆς ἀκίνδυνον γέρας, ὥς τις τῶν Κείων ἔφη ποιητής.

Scholia p. 190. Frommel. Τὸ δειλίας ἐξ Αἴαντος τοῦ μαστιγοφόρου Σοφοκλέους (in usum suum coegit v. 75. Οὐ σῖγ' ἀνέξει μηδὲ δειλίαν ἀρεῖς;)· τὸ δὲ σιωπῆς ἐκ Σιμωνίδου· καὶ Αἰσχύλος ἐν Προμηθεῖ δεσμώτῃ· (v. Hermann. de Aeschyli Prom. Solut. p. 29.)

Πολλοῖς γάρ ἐστι κέρδος ἡ σιγὴ βροτοῖς.

Alius Schol. Τὸ δειλίας γέρας ἀκίνδυνον Σοφοκλῆς ἐν Αἴαντι τῷ μαστιγοφόρῳ λέγει· Αἴας γὰρ εἰ δειλὸς ἦν καὶ μὴ θρασὺς, εἴληφεν ἂν γέρας τῆς δειλίας τὸ μὴ κινδυνεῦσαι αὐτοχειρίᾳ· τὸ δὲ σιωπῆς ἀκίνδυνον γέρας ἐκ Σιμωνίδου ἐστὶ τοῦ Κείου. Sopatri Ζητήσεις p. 337, 17. Ald. Οὕτως ἀκίνδυνον γέρας παλαιὸς λόγος

κηρύττει τὴν σιωπήν. Clemens Alex. Paedag. II, 7. p. 75, 26. Sylb. *Σιγὴ μὲν γὰρ ἀρετὴ γυναικῶν ἐστὶν, ἀκίνδυνον δὲ τῶν νέων γέρας.* Gregor. Nazianz. Ep. ad Nectan. IV, p. 317. *Ἄνευ πολέμου καὶ πραγμάτων καθήμεθα, σιωπῆς ἀκίνδυνον γέρας τιμήσαντες.* Athenodoro tribuit Stob. Sermm. XXXIII. 5. *Ἔστι καὶ τὸ σιγῆς* (σιγᾶν Gesner.) *ἀκίνδυνον γέρας.* Scripsit Simonides:

Ἔστι καὶ σιγᾶς ἀκίνδυνον γέρας.
– ᴗ – – – ᴗ – – – ᴗ ×

Est et fideli tuta silentio merces, interprete Horat. Carmm. III, 2, 25. Itaque laudat Arsenius Viol. p. 242. Apostol. IX, 17. nisi quod σιγῆς legunt. Compares Pind. Fr. Inc. 69. *Ἔσθ' ὅτε πιστοτάτα σιγᾶς ὁδός*, cll. Nem. V, 17. *Καὶ τὸ σιγᾶν πολλάκις ἐστὶ σοφώτατον ἀνθρώπῳ νοῆσαι.*

Videtur autem poeta Ceus, σώφρων ἀνήρ, hanc virtutem identidem commendasse. Plut. de Sanit. p. 125, D. et Stob. Sermm. XXXIII, 12. *Ὁ Σιμωνίδης ἔλεγε, μηδέποτε αὐτῷ μεταμελῆσαι σιγήσαντι, φθεγξαμένῳ δὲ πολλάκις.* Idem de Garrul. p. 514, F. *Τὸ Σιμωνίδειον, ὅτι λαλήσας μὲν πολλάκις μετενόησε, σιωπήσας δὲ οὐδέποτε.* Idem Symposs. III. prooem. *Σιμωνίδης ὁ ποιητὴς — ἔν τινι πότῳ ξένον ἰδὼν κατακείμενον σιωπῇ καὶ μηδενὶ διαλεγόμενον, Ὦ ἄνθρωπε, εἶπεν, εἰ μὲν ἠλίθιος εἶ, σοφὸν πρᾶγμα ποιεῖς, εἰ δὲ σοφὸς, ἠλίθιον.* Et apud S. Maximum Confess. II, p. 598. Combef. Simonidi tribuitur: *Ἢ σιγὴν καίριον ἔχειν δεῖ, ἢ λόγον ὠφέλιμον.*

CVIII.

Aristot. Metaphys. p. 245, 18. Sylb. *Πάντα δὴ ταῦτα*

ἄλογα καὶ μάχεται καὶ αὐτὰ ἑαυτοῖς καὶ τοῖς εὐλόγοις. Καὶ ἔοικεν ἐν αὐτοῖς εἶναι ὁ Σιμωνίδου μακρὸς λόγος. Γίνεται γὰρ ὁ μακρὸς λόγος, ὥσπερ ὁ τῶν δούλων, ὅταν μηθὲν ὑγιὲς λέγωσιν.

Nullo pacto nobis persuademus respexisse Aristotelem versiculum Amorgini Simonidis apud Schol. Eurip. Phoen. 215. *Κατενάσθην· ἀντὶ τοῦ καταναsθήσομαι. Καὶ Σιμωνίδης ἐν ἰάμβοις·*

Τί ταῦτα τῶν μακρῶν λόγων ἀνέδραμον;

ἀντὶ τοῦ ἀναδραμεῖν μέλλω.

CIX.

Plutarch. an Seni p. 784, B. *Τὸ γὰρ*

Πόλις ἄνδρα διδάσκει

κατὰ Σιμωνίδην, ἀληθές ἐστιν ἐπὶ τῶν ἔτι χρόνον ἐχόντων μεταδιδαχθῆναι.

Weberus elegiis accensuit: quod incertum. De sententia v. Prolegg. p. XXXV.

CX.

Plutarch. de Util. ex Host. Cap. p. 91, B. *Πάσῃσι κορυδαλῇσι χρὴ λόφον ἐγγενέσθαι, κατὰ τὸν Σιμωνίδην.* Ita et Apostol. Provv. XV, 68. qui addit: *Τοῦ Σιμωνίδου ἐστί· ἐπὶ τῶν ζηλοτυπούντων καὶ φιλονεικούντων.* Recte Ursin. et Steph. *πάσαισι*, tum Salmas. *κορυδαλίσι*, codex Mosq. recte *κορυδαλλίσι*; illud scribitur et Plut. Praecc. Polit. p. 809, B. *Ἐπεὶ δὲ πάσαις κορυδαλίσι, κατὰ Σιμωνίδην, χρὴ λόφον ἐγγενέσθαι, καὶ πᾶσα πολιτεία φέρει τινὰς ἔχθρας καὶ διαφοράς.* Minus sincere idem Timoleont. XXXVII. *Ἐπεὶ δὲ χρῆν, ὡς ἔοικε, πᾶσι κορυδάλλοις* (Urs. *κορυδαλοῖς*) *λόφον ἐγγίνεσθαι, κατὰ Σιμωνίδην, ἀλλὰ καὶ πάσῃ δημοκρατίᾳ*

συκοφάντην. Namque forma κορυδαλλὸς a Plutarcho profecta est, quam quidem Aristotelis aetate increbuisse disserit Lobeck. Phryn. p. 338. 339. Scripsit igitur Simonides:

Πάσαισιν κορυδαλλίσιν
χρὴ λόφον ἐγγενέσθαι,

quod quem sensum habuerit ambigi non licet. In Proverbb. Metr. apud Schottum 796. lepidus effictus est senarius:

Πάσῃσι κορυδαλοῖσ' ἐνεῖναι χρὴ λόφον.

Proverbii speciem praefert apud Eunapium Vit. Oribas. p. 240 Ἀλλ' οὔτε κορυδαλλὶς, ἡ παροιμία φησί, ἄνευ λόφου, οὔτε Ὀριβάσιος ἦν ἄνευ φθόνου.

CXI.

Schol. Soph. Ajac. 375. Ἐπ' ἐξειργασμένοις· ἐπιτετελεσμένοις καὶ ἴασιν οὐκ ἔχουσι κατὰ τὸ Σιμωνίδου·

Τὸ γὰρ γεγεναμένον οὐκέτ' ἄρεκτον ἔσται.

Scriptum erat γεγενημένον. Steph. ἄρρεκτον. Conferunt Horatiana: *Non tamen irritum Quodcunque retro est efficies, neque Diffinges infectumque reddes Quod fugiens semel hora vexit.* Pindarus Olymp. II, 15.

Τῶν δὲ πεπραγμένων
ἐν δίκᾳ τε καὶ παρὰ δίκαν ἀποίητον οὐδ' ἂν
χρόνος ὁ πάντων πατὴρ δύναιτο θέμεν ἔργων τέλος.

CXII.

Plutarch. Arat. p. 1048, E. Καὶ γὰρ εἰ δεινὸν ἄνδρας ὁμοφύλους καὶ συγγενεῖς οὕτω μεταχειρίσασθαι δι'

ὀργὴν, ἀλλ' ἐν ἀνάγκαις γλυκὺ γίνεται καὶ οὐ σκληρὸν, κατὰ Σιμωνίδην, ὥσπερ ἀλγοῦντι τῷ θυμῷ καὶ φλεγμαίνοντι θεραπείαν καὶ ἀναπλήρωσιν προςφερόντων.

Poeta excusabat, opinor, vel tyrannum vel civitatem vel nescio quem demum alium, qui inclementius in hostes vel cives vel propinquos animadvertisset. Cfr. Epinic. Fr. XII. Alio sensu Pind. Fr. LXXXVII, 6. *Σὺν δ' ἀνάγκᾳ πᾶν καλόν.*

CXIII.

Mich. Psellus vel Timotheus *περὶ ἐνεργ. δαιμ.* p. 5. *Κατὰ Σιμωνίδην ὁ λόγος τῶν πραγμάτων εἰκών ἐστίν.* Bentlejus Opuscc. p. 18. Lips. quoniam Democrito tribui videbat illud *Λόγος ἔργου σκιὰ* ab Diogene et Plutarcho, Lacedaemoniis ab Isidoro Pelusiota, Michaelem erroris reum agit: immerito.

CXIV.

Plato Reip. I, p. 331, D. *Λέγε δὴ, εἶπον ἐγὼ, σὺ ὁ τοῦ λόγου κληρονόμος, τί φῂς τὸν Σιμωνίδην λέγοντα ὀρθῶς λέγειν περὶ δικαιοσύνης; Ὅτι, ἦ δ' ὅς, τὸ τὰ ὀφειλόμενα ἑκάστῳ ἀποδιδόναι δίκαιόν ἐστι, τοῦτο λέγων δοκεῖ ἔμοιγε καλῶς λέγειν.* Proclus in Hesiod. p. 152. *Σιμωνίδης γοῦν ταύτην εἶναι δικαιοσύνην ὡρίσατο τοὺς φίλους εὖ ποιεῖν.*

Apertius Simonideam doctrinam explicat Plato p. 332, A. *Τοῖς φίλοις οἴεται ὀφείλειν τοὺς φίλους ἀγαθὸν μέν τι δρᾶν, κακὸν δὲ μηδέν.* Et ibid. D. *Τὸ τοὺς φίλους ἄρα εὖ ποιεῖν καὶ τοὺς ἐχθροὺς κακῶς δικαιοσύνην λέγει; Δοκεῖ μοι.* Contra haec Socrates p. 335, E. *Εἰ ἄρα τὰ ὀφειλόμενα ἑκάστῳ ἀποδιδόναι φησί τις δίκαιον εἶναι, τοῦτο δὲ δὴ νοεῖ αὐτῷ, τοῖς μὲν ἐχθροῖς βλάβην*

ὀφείλεσθαι παρὰ τοῦ δικαίου ἀνδρὸς, τοῖς δὲ φίλοις ὠφέλειαν, οὐκ ἦν σοφὸς ὁ ταῦτα εἰπών· οὐ γὰρ ἀληθῆ ἔλεγεν. οὐδαμοῦ γὰρ δίκαιον οὐδένα ἡμῖν ἐφάνη ὂν βλάπτειν. Συγχωρῶ, ἦ δ' ὅς. Μαχούμεθα ἄρα, ἦν δ' ἐγὼ, κοινῇ ἐγώ τε καὶ σύ, ἐάν τις αὐτὸ φῇ ἢ Σιμωνίδην ἢ Βίαντα ἢ Πιττακὸν εἰρηκέναι ἤ τιν' ἄλλον τῶν σοφῶν τε καὶ μακαρίων ἀνδρῶν.

Cum Simonide universa facit antiquitas: quae hanc sibi scripserat legem, τὸν κακῶς τι δρῶντα δεινοῖς ἀνταμείβεσθαι κακοῖς, ut ait Archiloch. Fr. CXVIII. Ipse Simonides Epigr. CLXXXIV., si est id Simonidis:

Οἱ μὲν ἐμὲ κτείναντες ὁμοίων ἀντιτύχοιεν,
Ζεῦ Ξένι', οἱ δ' ὑπὸ γᾶν θέντες ὄναιντο βίου.

Simonides non ἀνταμείβεσθαι verbo in sententia illa utebatur, sed ut conjicimus, ἀμύνασθαι. Namque

CXV.

Zonaras et Suid. s. v. Ἀμύνασθαι· Σιμωνίδης ἀντὶ τοῦ χάριτας ἀποδοῦναι.

Cfr. Philemon. Osann. p. 234., Grammatic. in Montef. Bibl. Coisl. p. 231. Κυρίως ἐπὶ τῶν προηδικημένων τάσσουσιν οἱ ῥήτορες τὸ ἀμύνασθαι; et uberius de potestate verbi, cujus primaria significatio ea fuisse videtur, ut simpliciter *reddere* sonaret, disserentem Aristoph. Byzant. apud Eust. Il. *E*, p. 547, 26. qui testatur Alcmanem: Οὐ γὰρ πορφύρας τόσσος κόρος, ὥστ' ἀμύνασθαι. Adde Valcken. ad Scholl. Eurip. Phoen. 695.

CXVI.

Sext. Empir. adv. Mathem. XI, p. 700. Fabric. Σιμωνίδης ὁ μελοποιός φησι, μηδὲ καλᾶς σοφίας εἶναι χάριν, εἰ μή τις ἔχοι σεμνὴν ὑγείαν. Scripserat poeta:

Οὐδὲ καλᾶς σοφίας χάρις,
εἰ μή τις ἔχει σεμνὰν ὑγίειαν.

–́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏓
– –́ ⏑ ⏑ – – –́ ⏑ ⏑ – ⏓

Nam *Ὑγιαίνειν μὲν ἄριστον ἀνδρὶ θνατῷ*, Scol. Fr. XLII, 1. Scripta haec, ut conjicere licet, ad Hieronem interdum morbo tentatum.

CXVII.

Heraclides Pontic. Athen. XII, p. 512, C. *Καὶ οἱ φρονιμώτατοι δὲ καὶ μεγίστην δόξαν ἐπὶ σοφίᾳ ἔχοντες μέγιστον ἀγαθὸν τὴν ἡδονὴν εἶναι νομίζουσιν· Σιμωνίδης μὲν οὑτωσὶ λέγων·*

Τίς γὰρ ἁδονᾶς ἄτερ
θνατῶν βίος ποθεινὸς ἢ ποία τυραννίς;
τᾶς δ' ἄτερ οὐδὲ θεῶν ζαλωτὸς αἰών.

–́ ⏑ – ⏑ – ⏑ x
– –́ ⏑ – ⏓ –́ ⏑ – – –́ ⏑ – ⏓
–́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – – –́ ⏑ – –

Θνατῶν et *ζαλωτὸς* Steph. et Ursin.: vulgo *θνητῶν* et *ζηλωτός*. Ad tyrannum haec scripta fuisse, *τυραννὶς* alterius versiculi arguit: optime quadrant in Hieronem ad tristitiam animi proniorem. Similiter eundem cohortatur Pindarus apud Ath. l. c. (Scol. Fr. 92, 1.) *Πίνδαρος παραινῶν Ἱέρωνι τῷ Συρακουσίων ἄρχοντι·*

Μηδὲ μαύρου τέρψιν ἐν βίῳ· πολύ τοι
φέρτιστον ἀνδρὶ τερπνὸς αἰών.

CXVIII.

Theon Progymnasm. p. 63. *Βλαβερῶς παραινεῖ Σιμωνίδης παίζειν ἐν τῷ βίῳ καὶ περὶ μηδὲν ἁπλῶς σπουδάζειν.* Confer Prolegg. p. XXXV.

CXIX.

Ion Chius Athen. X, p. 604, B. *Ἀναγελάσας ἐπὶ τῷ Ἐρετριεῖ Σοφοκλῆς· Οὐδὲ τόδε σοὶ ἀρέσκει ἄρα, ὦ ξένε, τὸ Σιμωνίδειον, κάρτα δοκέον τοῖς Ἕλλησιν εὖ εἰρῆσθαι·*

Πορφυρέου
ἀπὸ στόματος ἱεῖσα φωνὰν παρθένος.

´ ⏑ ⏑ –
⏑ ´ ⏑ ⏑⏑ ⏑ ´ ⏑ – – ´ ⏑ ×

Ἀπὸ deleverunt Naekius Schedd. Critt. p. 6. Boeckh. Metr. Pind. p. 87. 175. Boissonadius: nullo jure. *Ἰεῖσα* PVL, *ἱεῖσα* Schwgh. *παρθέμενος* BP. Possit ex Parthenio esse.

CXX.

Etym. M. p. 813, 8. *Χλωρηῒς ἀηδὼν* (Hom. Od. T, 518.) *ἀπὸ τοῦ χρώματος· ἢ διότι ἐν ἔαρι φαίνεται, ὅτε πάντα χλωρά· οἱ δὲ τὴν χλωρυῖς ἡδομένην. κεῖττον δὲ τὸ πρῶτον· τοιαύτην γὰρ τὴν πτέρωσιν ἔχει. καὶ Σιμωνίδης·*

Δεῦτ' ἀηδόνες πολυκώτιλοι χλωραύχενες εἰαριναί

´ ⏑ – ⏑ ´ ⏑ ⏑ – ⏑ – – ´ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –

Schol. Hom. Odyss. *T*, 518. et Eustath. p. 1875, 40. *Καὶ παρὰ Σιμωνίδῃ χλωραύχενες αἱ ἀηδόνες λέγονται.* Ab initio *εὖτ'* legebatur, quod emendavimus. Ex dithyrambo vernili haec esse nobis persuasum est. Invocat poeta ut adsint *ἦρος ἄγγελοι, ἱμερόφωνοι ἀηδόνες*, ut vocat Sappho Fr. XXXVI. Ut similiter Pind. Dithyr. Fr. 3. Deos convocat Athenas Confer quae praeclare de argumentis dithyramborum disserit Dissenius ad Frr. Pind. p. 620.

CXXI.

Schol. Arist. Avv. 1410. (ubi est: *Ὄρνιθές τινες οἶδ' οὐδὲν ἔχοντες πτεροποίκιλοι, τανυσίπτερε ποικίλα χελιδοῖ.*) *Τινὲς παρὰ τὰ Ἀλκαίου·*

Ὄρνιθες τίνες οἶδ'; ὠκεανῶ γὰρ περάτων ἄπο
ἦνθον, πανέλοπες ποικιλόδειροι τανυσίπτεροι.

Καὶ παρὰ τὰ Σιμωνίδου·

Ἄγγελε κλυτὰ ἔαρος ἁδυόδμου,
κυανέα χελιδοῖ.

⏒ ⏑ ⏑́ ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑́ ⏑ — —
⏑́ ⏑ ⏑ — ⏑ — —

Legitur *ἄγγελε κλητά: κλυτὰ* Ursinus. Idem quod post *ἔαρος* irrupit *καὶ* ignorat. In fine idem *ἁδυόσμου* habet, v. Lobeck. Phryn. p. 89. Pindarus Hyporch. III, 14. *εὔοδμον ἔαρ.* Haec quoque dithyrambis accensenda putamus.

CXXII.

Tzetz. Hesiod. Opp. 372. *Κωτίλη ἡ χελιδὼν διὰ τὸ λάλος εἶναι παρά τε Ἀνακρέοντι* (Fr. XCIX.) *καὶ Σιμωνίδῃ καλεῖται.* Poetae erat *κωτίλα.* Erat quum hinc in Fr. praecedente *κωτίλα* reponendum arbitrabamur.

CXXIII.

Athen. IX, p. 374, D. *Σιμωνίδης·*

Ἁμερόφων' ἀλέκτωρ.

Vulgo *ἱμερόφων'*. Codex B et Urs. *ἡμερόφων'*. Disputant apud Athenaeum de variis formis vocis *ἀλέκτωρ, ἀλεκτρυών, ἀλεκτορίς,* de quibus cfr. Lobeck. Phryn. p. 228.

CXXIV.

Schol. Pind. Ol. IX, 74. (ubi est: *Αἴνει δὲ παλαιὸν μὲν οἶνον, ἄνθεα δ' ὕμνων νεωτέρων.*) *Ταῦτα δὲ πρὸς Σιμωνίδην αἰνίττεται, καὶ Ὅμηρος·*

Τὴν γὰρ ἀοιδὴν μᾶλλον ἐπικλείουσ' ἄνθρωποι,
ἥτις ἀκουόντεσσι νεωτάτη ἀμφιπέληται.

Addit Schol. cod. Vratisl. A. *Δοκεῖ δὲ τοῦτο πρὸς τὸ Σιμωνίδειον εἰρῆσθαι· ἐπεὶ ἐκεῖνος ἐλασσωθεὶς ὑπὸ Πινδάρου λοιδορίας ἔγραψε κατὰ τοῦ κρίνοντος ἀγαθῶν εἰδέον* (*ᾠδῶν* Boeckh.)· *ἐπειδὴ ἐκεῖνος εἶπεν·*

Ἐξελέγχει δ' ὁ νέος
οἶνος οὐ τὸ πέρυσι δῶρον ἀμπέλου· ὁ δὲ μῦθος
ὅδε κενεόφρων.

διὰ τοῦτο ὁ Πίνδαρος ἐπαινεῖ παλαιὸν οἶνον.

Codex *ἐξελέγχει ὁ νέος*: articulum delebat Ed. Gerhardus; rectius Boeckhius. Iidem codicis *οὔπω πέρυσι* emendarunt ut editum est. Dicebat Simonides in novae cujusdam fabulae contemptum: *Hornotinum vinum non ut deterius arguit donum vitis superiore anno natum mythusque hic vanus est.* Pindarus, fortasse carptus a poeta Ceo, ut in animo habuerit Simonidea, ita a vituperando poeta abstinuit multo ante defuncto. Ceterum v. Prolegg. p. XXXIV.

CXXV.

Schol. Eurip. Orest. 780. *Εὔχου, φησί, πάντας οὕτω δοξάζειν, ὅτι δίκαιόν ἐστι τὸ πρᾶγμα· ἐπεὶ πολλοῖς ἐδόκει ἄδικον εἶναι. καὶ Σιμωνίδης·*

Τὸ δὸκεῖν
καὶ τὰν ἀλάθειαν βιᾶται.

⏑ ⏑ –

– ⏒́ ⏑ – – ⏒́ ⏑ – –

Apud Scholiastam *τὴν ἀλήθειαν βιάζεται* scriptum est. Integrioris vestigium scripturae apud eundem ad v. 235. exstat: *Τὸ δοκεῖν καὶ τὰ μάλα θεῖα βιᾶται*, quae recte ab Stephano emendata confirmat Plato Reip. II, p. 365, C. *Οὐκοῦν, ἐπεὶ τὸ δοκεῖν, ὡς δηλοῦσί μοι οἱ σοφοί, καὶ τὰν ἀλάθειαν βιᾶται.* Valckenaer. Diatrib. Eurip. p. 258. haec quoque in trimetri formam coegit. Conferas Aeschyl. Agam. 762. *Πολλοὶ δὲ βροτῶν τὸ δοκεῖν εἶναι προτίουσι, δίκην παραβάντες.* Cfr. Prolegg. p. XXXIV.

CXXVI.

Plutarch. Is. et Osir. p. 359, F. *Ὀκνῶ δὲ, μὴ τοῦτο ᾖ τὰ ἀκίνητα κινεῖν καὶ πολεμεῖν οὐ τῷ πολλῷ χρόνῳ, κατὰ Σιμωνίδην, μόνον, πολλοῖς δὲ ἀνθρώπων ἔθνεσι.* Vit. Thes. X. *Οἱ Μεγαρόθεν συγγραφεῖς ὁμόσε τῇ φήμῃ βαδίζοντες καὶ τῷ πολλῷ χρόνῳ κατὰ Σιμωνίδην πολεμοῦντες κτέ.*

Dixerat poeta de narratione nescio qua saeculorum auctoritate et communi fide hominum sancita, quam quis ipsius aetate aliter narrando evertere conatus erat. Vide Prolegg. p. XXXIV.

CXXVII.

Herodian. Etym. M. p. 38, 46. *Αἰριπόλιοι (ἐριπόλιοι) δμωαί. Σιμωνίδης ἐκ τοῦ αἰριοπόλιοι (ἐριοπόλιοι), συγκοπῇ τοῦ ο. οὕτως Ἡρωδιανὸς περὶ παθῶν.*

Simonides *ἐριπολιοὺς δμωὰς* ***ancillas*** vocabat ***grandaevas***.

CXXVIII.

Scholl. Ven. Hom. Il. Φ, 127. et Porphyr. Quaestt. Hom. p. XCIII. Barnes. *Ἔστιν ἡ φρὶξ κινουμένου τοῦ πνεύματος ἀρχή· Σιμωνίδης δὲ αὐτὴν καὶ δεῖξαι πειρώμενος οὕτως ἔφη·*

. . . *Ἐς ἅλα στίζοισα πνοά.*

. . . ⏑ ⏑ – – ́– ⏑ ⏑ –

Vulgo *πνοιά* et *στίζουσα*: *πνοά* recte Ursinus. Ceterum v. Prolegg. p. XLII.

CXXIX.

Herodian. *περὶ σολοικισμοῦ* in Boissonad. Anecdd. Grr. III, p. 250. *Γίνεται περὶ τὰ πρόςωπα σφάλματα, ὅταν μὴ τῷ πρώτῳ προςώπῳ τις τὸ πρῶτον ἐπενέγκῃ ἢ τῷ δευτέρῳ τὸ δεύτερον ἢ τῷ τρίτῳ τὸ τρίτον, ἀλλ' ἢ τὸ τρίτον τῷ πρώτῳ ἢ ἕν τι τῶν ἄλλων ἀνακολούθως ἑτέρῳ· οἷον· Ὡς δὴ ἐγὼ γελᾷ παρὰ τῷ λυρικῷ Σιμωνίδῃ· τὸ γὰρ ἐγὼ πρώτου ἐστὶ προςώπου, τὸ δὲ γελᾷ τρίτου. Διότι τοίνυν ἐπήνεγκε τῷ πρώτῳ τὸ ἀνακόλουθον, τὴν ὀρθοέπειαν ἔβλαψεν. Ἔδει γὰρ εἰπεῖν· Ἐγὼ γελῶ ἢ ἐκεῖνος γελᾷ. Καὶ τὸ Ὁμηρικόν* (Il. V, 877.)·

Ἄλλοι μὲν γὰρ πάντες, ὅσοι θεοί εἰσ' ἐν Ὀλύμπῳ,
Σοί τ' ἐπιπείθονται καὶ δεδμήμεσθα ἕκαστος.

In verbis Simonidis *ὡς δὴ ἐγὼ γελᾷ* codices B D *γελῶ* contra mentem Grammatici. Qui quantopere a vero aberraverit non sinit dubitare locus Homericus, ubi Martem loqui oblitus est. Simonides dixerat: *Ὡς δὴ ἐγὼ γελᾷ καὶ κεῖνος*, vel similiter, ut verbum in medio collocatum in utramque partem vim suam exsereret: unde cum Alcmanico schemate quod appellant non absurde comparaveris.

CXXX.

Schol. Aesch. Choeph. 323. Ἡ γνάθος συνήθης (Aeschylo), ὡς καὶ ὁ κρημνὸς παρὰ Πινδάρῳ καὶ ἡ ἠχὼ (ἀχὼ) παρὰ Σιμωνίδῃ.

CXXXI.

Athen. XI, p. 498, D. Σιμωνίδης οὐατόεντα σκύφον ἔφη. Adde Eustath. Il. Λ, p. 870, 6. 817, 12. Ο, 1775, 23. Varin. Eclogg. p. 332, 8. Dindorf.

CXXXII.

Athen. VII, p. 318, F. Δωριεῖς διὰ τοῦ ω̄ καλοῦσι πώλυπον, ὡς Ἐπίχαρμος (Ath. VII, p. 277, F., p. 318, E., p. 323, F.)· καὶ Σιμωνίδης δ' ἔφη·

Πώλυπον διζήμενος.

Hinc Eustath. Od. Ε, p. 1541, 30. Cfr. Prolegg. p. XLVII.

CXXXIII.

Schol. Ven. Hom. Il. II, 2. Ὅτι τὸ νήδυμος μετὰ τοῦ ν καὶ οὐχὶ ἥδυμος, ὡς ἔνιοι, παρὰ τὸ ἡδύς· ὡς δῆλον ἐκ τοῦ· Νήδυμος ἀμφιχυθεὶς. οἱ δὲ μεθ' Ὅμηρον καὶ χωρὶς τοῦ ν̄ λέγουσιν. Καὶ Ἀντίμαχος· Ἐπεὶ ῥά οἱ ἥδυμος ἐλθών. Καὶ Σιμωνίδης·

Οὗτος δέ τοι ἅδυμον ὕπνον ἔχων.

Legebatur ἥδυμος: ἥδυμον Buttmann. Lexil. I, p. 181. Respicit Eustath. p. 163, 28. Οἱ παλαιοὶ φασὶ καὶ δίχα τοῦ ν̄ εὑρίσκεσθαι ἥδυμον παρὰ τοῖς μεθ' Ὅμηρον, ὡς παρὰ Ἀντιμάχῳ καὶ Σιμωνίδῃ.

CXXXIV.

Etym. M. p. 83, 42. Ἀμιθρῆσαι. Σιμωνίδης τὸν

ἀριθμὸν *ἀμιθρὸν* εἶπε καθ' ὑπέρθεσιν. ἐκ δὲ τοῦ ἀμιθρὸς ἀμιθρῶ, ἀμιθρήσω, ἀμιθρῆσαι (Phoenix Colophon. ap. Athen. XII, p. 530, E.) ἢ ἀπὸ τοῦ ἀριθμῆσαι κατὰ μετάθεσιν τῶν στοιχείων, ὡς τύπιλος πίτυλος. Eustath. Odyss. p. 1801, 28. Ἰστέον ὅτι Ὅμηρος μὲν ὁ γλυκὺς ἀριθμεῖν καὶ νῦν καὶ ἀλλαχοῦ λέγει κοινότερον, καινολόγος δέ τις ποιητὴς μεταθεὶς ἀμιθρεῖν λέγει τὸ ἀριθμεῖν. Dixerit Callimachum: Suid. ἀμιθρῆσαι. μετρῆσαι, ἀριθμῆσαι παρὰ Καλλιμάχῳ. Hesych. ἀμιθρεῖν. ἀριθμεῖν. Ἀμιθρόν· ἀριθμόν. Poeta Ceus ἀριθμῆσαι Epigr. CCIX, 5. corripuit: unde quum producendum sit Fr. Threnor. LIII., ἀμιθρῷ in locum vulgaris formae restituimus. Confer Ruhnk. Ep. Cr. II, p. 259. et Naek. Choeril. p. 229.

CXXXV.

Etym. M. p. 250, 18. Δαύω τὸ καίω παρὰ *Σιμωνίδῃ*·

Μηρίων δεδαυμένων.

παρὰ τὸ δαίω τὸ καίω, τροπῇ τοῦ ῑ εἰς ῡ. Callimacho Epigr. LIII, 3. ἐν ἔρωτι δεδαυμένον restituit Bentlejus ope Hesychii: Δεδαυμένον· περιπεφλεγμένον. Conferas Hesych. δάβει· καύεται. ἐκδάβῃ· ἐκαύθη. δάβελος· δαλός et Alcman. Fr. LXXVI. Πῦρ δάϜιον, cui compares πῦρ κήλεον.

CXXXVI.

Etym. M. p. 367, 36. Ἔπληντ' ἀλλήλοις. ἐκ τοῦ πλῶ τὸ πλησιάζω. ὁ παρακείμενος πέπληκα λέγεται καὶ πέπλακα· ὁ παθητικὸς πέπλημαι, πέπληται. καὶ παρὰ *Σιμωνίδῃ πεπλήαται.*

CXXXVII.

Aristophan. Gramm. ap. Eustath. Il. *Λ*, p. 877, 55. *Προφέρει δὲ καὶ Σιμωνίδου χρήσεις, ἐν αἷς βοῦν ἄῤῥενα ὅτε μὲν ταῦρον* (ut Epigr. CCII, 1.), *ὅτε δὲ μᾶλον, ἤγουν μῆλον, ὅτε δὲ πρόβατον ἐκεῖνος ὀνομάζει.* Minus diligenter Eustath. Odyss. *Κ*, p. 1648, 12.

CXXXVIII.

Eustath. Il. O, p. 1034, 1. *Ἀνεμοτρεφὲς δὲ ἀλλαχοῦ μὲν ἔγχος, νῦν δὲ κῦμα ἀνεμοτρεφὲς, ὃ ἀνέμῳ τρέφεται, ὅ ἐστι πήγνυται, συνίσταται, αὔξεται. Ἕτεροι δὲ ἀνεμοτρεφὲς τὸ εὔτονον λέγουσι. Σιμωνίδης γοῦν φασὶ κατὰ τοῦτο τὸ σημαινόμενον πύλας ἀνεμοτρεφέας λέγει, τὰς εὐτόνους δηλαδή.* Schol. Victor. ap. Heyn. Il. VII, p. 779. *Καὶ Σιμωνίδης ἀνεμοτρεφέων πυλάων* (scr. *πυλᾶν*) *εἴρηκε.*

Heynius *πτελεάων*. Audacter poeta lyricus, quod de arboribus vulgo dicebatur, ad portas altas traduxit. Loquebatur autem, si locus est conjecturae, de regia Iovis sublimibus alta columnis. Vide de forma *ἀνεμοτρεφὴς* Lobeck. in Soph. Aj. 604.

CXXXIX.

Choerobosc. Bekk. Anecdd. p. 1424. *Τριγλώχιν. πλατυτέρα ἐστὶν ἡ εἰς ς λήγουσα κατάληξις, σπανιωτέρα δὲ ἡ εἰσ ν κατάληξις, ὡς παρὰ Σιμωνίδῃ·*

Τριγλώχιν ὀϊστός.

καὶ παρὰ Καλλιμάχῳ·

Τριγλώχιν ὀλοῷ νῆσος ἐπ' Ἐγκελάδῳ.

Suaviter poeta sigmatismum vitabat: magis sonorum

τριγλώχιν, ut apud Persium *Attin* ridetur. V. Prolegg. p. XLVII.

CXL.

Schol. Ven. Hom. Il. *N*, 103. Ἤϊα, βρώματα, οὐ τὰ ἐν οἴκῳ δὲ ἐσθιόμενα, ἀλλὰ τὰ ἐν ὁδῷ καὶ πλῷ·

Δεῦτε φίλοι, ἤϊα φερώμεθα.

Σιμωνίδης. Schol. B. Δεῦτε φίλοι, ἤϊα φεροίμεσθα, φησὶν ὁ Σιμωνίδης. At sunt haec Homeri Odyss. II, 410. Gaisfordio Scholiasta hariolari videtur. Forsitan Simonidis verba interciderunt: nisi ipsum Homerica in suum usum conuertisse ponas.

CXLII.

Eustath. Hom. Il. *Π*, p. 1336, 6. Ἰστέον, ὅτι Ὅμηρος μὲν πανδαμάτορα τὸν ὕπνον ἔφη, Σιμωνίδης δὲ σμικροπρεπῶς, φασὶ, δαμασίφωτα, δέει τοῦ μὴ καὶ τὸ θεῖον κοιμᾶσθαι παραποιήσας τὴν Ὁμηρικὴν ἀκρίβειαν, ὃς οὐ πάντας, ἀλλὰ πάντα δαμάζεσθαι ὕπνῳ φησὶ τὰ πεφυκότα ὑπνοῦν, ὡς οἷα τῶν τοιούτων πάντων ἰσχυροτέρῳ ἢ πάντων ἄνακτι, κατὰ τὸ Ὕπνε ἄναξ. Schol. Ven. Il. *Ω*, 5. Πανδαμάτωρ· ὁ μηδένα ἐῶν ἀδάμαστον. Σιμωνίδης δὲ δαμασίφωτα τὸν αὐτὸν εἶπεν. Non poeta, sed Grammaticuli cerebellum tricabatur.

CXLIII.

Schol. Venet. Hom. Il. *Δ*, 79. Τὸ θάμβος οὐδετέρως παρ' Ὁμήρῳ· Σιμωνίδης δὲ ἀρσενικῶς. V. Schaefer. Greg. Cor. p. 22.

CXLIV.

Grammatic. Darmstad. post Etym. Gud. p. 645, 43

Φύξιμος ὀδμή (ὀδμά). ἥ φυγεῖν (φυγὴν) ἐμποιοῦσα. Σιμωνίδης ὁ Τήϊος (Κεῖος) ἀπὸ τῆς Τέω (Κέω). Odorem dixit intolerabilem, quem quis fugiat.

CXLV.

Herodian. apud Grammatic. Paris. Bekk. Anecdd. p. 1402., Gramm. post Orion. Theb. p. 187, 29., Etym. Gud. p. 408, 40. *Νήστης· οὕτως εἴρηκε Σιμωνίδης παρὰ τὸ ἔδω. Καὶ ὡς παρὰ τὸ ψεύδω, οὗ παθητικὸν ψεύδομαι, ψεύστης, οὕτω παρὰ τὸ ἔδω, τὸ ἐσθίω, οὗ ὁ μέλλων ἔσω, ἔστης καὶ μετὰ τοῦ στερητικοῦ* $\overline{νε}$ *νεέστης, οὗ παρώνυμον νήστης. οὕτως Ἡρωδιανὸς ἐν ἐπιμερισμοῖς.* Grammatici *νήστης* plane exploserunt, ut Phrynich. p. 326. Lobeck. *Νήστης βάρβαρον· τὸ δ' ἀρχαῖον νῆστις διὰ τοῦ* $\overline{ι}$. Cfr. Lobeck. Parerg. p. 711.

CXLVI.

Etym. M. p. 692, 25. cll. Zonara p. 1681. *Πρῴρα σὺν τῷ* $\overline{ι}$, *εὕρηται κατὰ διάστασιν, ὡς παρὰ τῷ ποιητῇ κυανοπρωΐρους. Καὶ παρὰ τῷ Σιμωνίδῃ κυανοπρώϊραν.* Apud Homerum *κυανοπρωρείους* legitur. Hesych. *προίρης (προΐρης)· πρῴρας.* Cfr. Prolegg. p. XLVII.

CXLVII.

Etym. M. p. 1813, 53. Orion. Theb. p. 168, 9. *Ψηνός· ὁ φαλακρὸς παρὰ Σιμωνίδῃ.* Adde Hesych. et Suidas *ψηνός· ὁ φαλακρός:* ille *ψηνός· ψεδνός, διάψιλος.* Potest hoc Amorgini esse Simonidis.

CXLVII, A.

Etym. M. p. 764, 25. *Τρασιά. παρὰ τὸ τέρσω τὸ ξηραίνω τερσιά, καὶ ταρσιά, ὡς παρὰ Σιμωνίδῃ. καὶ*

καθ' ὑπέρθεσιν τρασιά. Addit Etym. Leidens. apud Koen Greg. Cor. p. 514. ἔστι δὲ πᾶς τόπος πρὸς τὸ ξηραίνειν τι ἐπιτήδειος. Hesych. ταρσιήν· τὴν τρασιάν, ut haec Amorgini poetae tribuenda videantur.

CXLVII, B.

Cramer. Anecdd. Grr. I, p. 424, 15. Τὰ εἰς $\overline{\text{τος}}$ δισύλλαβα ἀπαρασχημάτιστα ἔχοντα ἐν τῇ πρὸ τέλους τὸ $\overline{\text{ρ}}$, βαρύνεται· κύρτος· Μύρτος, ἡ πόλις· κίρτος, παρὰ Σιμωνίδῃ ἡ χρῆσις. Haeremus.

CXLVII, C.

Ibid. p. 440, 2. Χειρός· κατὰ ἀφαίρεσιν τοῦ $\overline{\text{ε}}$ γέγονε, παρὰ τὸ ἔχειν, ὡς παρὰ τὸ ἐνὶ εἴκειν κατὰ Σιμωνίδην νίκη, καὶ ῥόδην συνηυλίσθην Ἱππῶναξ. (Cramer. καὶ ὡς ἐρωδιὸς ῥωδιός· ῥωδιῷ κατηυλίσθην. Ἱππ.) Iterum haeremus. Forsitan Grammaticulum nescio quem intelligebat: originatio eadem prostat in Etymologicis Magno et Gudiano. Grammaticum Simonidem cognoscimus ex Etym. Gud. p. 276, 41. Ἰλεὺς, ὁ Αἴαντος πατήρ. ἐτυμολογεῖται ὑφ' Ἡσιόδου τὸ

Ἰλέα, τόν ῥ' ἐφίλησεν ἄναξ Διὸς υἱὸς Ἀπόλλων,
καί οἱ τοῦτ' ὀνόμην' ὄνομ' ἔμμεναι, οὕνεκα νύμφην
εὑράμενος ἵλεων, ὄχθῃ ἐρατεινῇ φιλότητι,
ἤματι τῷ ὅτι τεῖχος ἐϋδμήτοιο πόληος
ὑψηλοῦ ποίησε Ποσειδάων καὶ Ἀπόλλων.

Ταῦτα παρατίθεται ἐν δελτᾷ Σιμωνίδης. Versus Hesiodi ex Etym. Paris. ab Ruhnkenio editi emendatiores exstant apud Gaisf. Fr. III., Goettling. LI. Addit Etym. Paris. Ταῦτα παρατίθεται ἐν $\overline{\text{δ}}$. Σιμωνίδου. Fortasse in commentariis nescio quibus in Simonidem haec allata erant.

Sed ne quid praeclarae chartae pereat, quaedam

expromere visum est vel supplenda vel emendanda in his fragmentis lyricis.

Fr. XII, versus 6. et 20. ut sibi ad amussim respondeant, Bergkius meus scribit in illo versu: ὃν ἀμάχανος σ. κ., in hoc ἐπὶ δ' ὔμμιν εὑρὼν ἀπαγγελέω.

Fr. XIX. Memoriter rettuli de sententia Hermanni. Libro apud amicum denuo inspecto vidi Hermannum addere haec: »Nisi forte δενδρεῶν' ἐξελθών, τέμενος ἀγλαὸν Διός.« In quo δενδρεῶν' eximie probamus, in quod Bothium quoque incidisse postea comperimus: is tamen alia praeterea molitur. Quod addit Hermannus, non lusisse Simonidem in ambiguo viri nomine, si carmen fuerit ἐπινίκιον, non perspicio qua tandem ratione poetae verba aliter explicari possint. Quum Crius fuerit luctator, nomen ejus ad has facetias neminem non alliciebat. Praeterea Hermannus incertum dicit Simonideus Crius idemne sit cum Herodoteo, an minus, quum praesertim Crii et Polycriti nomina alternasse illa in gente videantur. Nobis non est dubium, quin idem sit homo Simonidi aequalis: alternasse nomina Crii et Polycriti quis dixerit? Nepos, ut fiebat, avi nomen gestabat.

Fr. L. exordium nunc demum repperi quomodo scripserit poeta. Nam quum libri veteres τε μὴν praeberent, in eoque τέ μιν latere dudum perspexissem, rursus abjeciebam, quando exemplum aoristi alterius ἤριπον transitivo sensu usurpati non suppetebat. Id nunc suppeditavit Herodot. IX, 70. Τέλος ἐπέβησαν Ἀθηναῖοι τοῦ τείχεος καὶ ἤριπον, quae est constans librorum scriptura. Ita igitur scripsit Simonides:

Ὅτε λάρνακι δ' ἐν δαιδαλέᾳ ἄνεμός τέ μιν
πνέων κινηθεῖσά τε λίμνα
δείματι ἤριπεν, οὐκ ἀδιάνταισι παρειαῖς
ἀμφί τε Περσέϊ βάλλε φίλαν χέρα εἶπέ τε κτλ.

B.

EPIGRAMMATA.

XIV.

'ΕΠΙΓΡΑΜΜΑΤΑ.

Simonidis Epigrammata vel sepulcris scripta vel donariis operibusque artificum eo ordine disposuimus, ut illa praecedant, haec subjungantur: agmen claudunt *ἀποσχεδιάσματα*. Ejusmodi tituli postquam coepti sunt versibus includi, ex simplicissimis paullatim facti sunt artificiosissimi. Non loquimur nunc de iis Epigrammatis, quae vel lusus vel ostentandi ingenii gratia conscripta deflexo pristino sensu vocabuli appellabantur: a quo genere abstinuit poeta Ceus, si pauca quaedam illis quodammodo similia exceperis, quae in modum Epigrammatum *ἀπεσχεδίασε*, v. Epigrr. CCXXVII — CCXXXI. Quae quidem non tam Epigrammata erant quam *ποιημάτια* vocanda: cum Epigrammatis nihil illis commune est nisi externa forma atque brevitas. Epigrammatum apertae simplicitati plane opposita carmina illa *γριφώδη* CCXXIV. CCXXX. XXXI. Eaque in mente habebat Iacobsius, ut opinor, quum Simonidem Epigrammatum generi *ἐπιδεικτικῷ* praelusisse ajebat in Praefat. Delect. Epigrr. p. IX. Reliqua praeter joculare illud epicedium, quod in vivum Timocreontem composuit, Epigr. CLXXXVI., monumentis insculpta erant omnia.

In hac Simonideorum Epigrammatum copia licet summa sit carminum varietas, tamen unum quoddam admirandum in omnibus, delectus verborum et

orationis non fucata simplicitas et naturalis quaedam elegantia atque pulcritudo. Sunt carmina, quae originem suam luculenter prodant eo, quod et intra simplicem consistunt nominum enumerationem, neque hexametri heroici terminos excedunt, velut Epigr. CCXVI.

Κρὴς Ἄλκων Διδυμεῖ Φοίβῳ στέφος Ἴσθμι' ἑλὼν πύξ.

Epigr. CLXXXI.

Σᾶμα τόδε Σπίνθηρι πατὴρ ἐπέθηκε θανόντι.

Quibus valde similia sunt Epigr. CCX.

Πατρὶς μὲν Κόρκυρα, Φίλων δ' ὄνομ', εἰμὶ δὲ Γλαύκου
Υἱὸς, καὶ νικῶ πὺξ δύ' Ὀλυμπιάδας.

Epigr. CCXVIII.

Γράψε Πολύγνωτος, Θάσιος γένος, Ἀγλαοφῶντος
Υἱὸς, περθομέναν Ἰλίου ἀκρόπολιν.

Adde CCXI. CCXII. Quae Epigrammata tantum abest ut pro minus limatis aestimanda atque posthabenda sint iis, quae majore cultu nitescunt, ut vel praeferenda illis videantur. Nam quum quae dicenda erant in Epigrammate, quod ad memoriam scribebatur, non ad delectationem et gloriationem inanem, brevissime essent dicenda, vel externa loci necessitate exigente, non vulgari arte opus erat, ne vel luxuriaret ingenium poetae vel omitteret ea quae dici debebant. Quo nomine plane admirabilis est ars poetae in his Epigrammatis conspicua, qui raro verbum posuerit quod tuto demere liceat, rarius quod merito additum velis. Quo autem factum quodque majus est atque illustrius, eo brevior est poeta et simplicior: ita in illis Epigrammatis, quae tumulis Graecorum in bellis Persicis occisorum inscripta sunt, raro ultra distichon processit, quo virtutem ipsorum memoriae proderet: nam *εἰώθεσαν ἐν τοῖς τάφοις τῶν ἀποθανόντων*

γράφειν τὰ ἀνδραγαθήματα, Scholl. Vat. Eur. Troadd. 1189. Laudat autem ipsa verborum collocatione rerumque gestarum haudquaquam ambitiosa commemoratione, ut Epigr. CL.

Μυριάσιν ποτὲ τᾷδε τριακοσίαις ἐμάχοντο
Ἐκ Πελοποννάσου χιλιάδες τέτορες.

Vides quam procul habeat omnia orationis pigmenta. Jure suo. »Nam — Hermanni sunt verba in dissertatione de Officio Interpretis p. 12. — quum quid ita comparatum est, ut quo magis solum ac nudum conspicitur, eo majus atque admirabilius appareat, sola commemoratio satis est, nocetque omnis ornatus, quia abstrahit animum ab ipsius rei cogitatione, nec patitur ea totum occupatum teneri.« Quid autem praeclarius tropaeis Marathoniis, Thermopylensibus, Artemisiis, Salaminiis, Plataeensibus? quae Ceus poeta omnia verbis tenuissimis, sed quae rerum magnitudinem ipsa sua simplicitate aequarent, memoriae mandavit. Ut in Simonidea Epigrammata transferre liceat quod de Spartiatarum cantilenis praedicat Plutarchus Lycurg. XXI. *Ἡ λέξις ἐστὶν ἀφελὴς καὶ ἄθρυπτος ἐπὶ πράγμασι σεμνοῖς καὶ ἠθοποιοῖς.* Neque miramur, quod aliis poetis eandem orationis tenuitatem studiose sectatis, sed tamen in rebus longe illustrissimis illis facinoribus inferioribus et confictis, id vitio versum est. Ita Theodoridas Mnasalcam Sicyonium pastringit tanquam ridiculum Simonidis imitatorem Anth. Pal. XIII, 21. (Brunck. Anall. I, 190.).

Μνασάλκεος τὸ σᾶμα τῶ Πλαταΐδα,
τῶ ’λεγειοποιῶ·
ἁ Μῶσα δ’ αὐτῶ τᾶς Σιμωνίδα σκάθας
ἧς ἀποσπάραγμα·

κενά τε κλαγγὰν κἀπιλακυθίστρια,
διθυραμβοχώνα·
τέθνακε· μὴ βάλωμες· αἰ δέ κε ζόεν,
τύμπανόν κ' ἐφύση.

Apparent rara vestigia imitationis Simonideae in reliquiis Mnasalcae apud Brunckium Anall. I, 190. Confer Epigrr. II. III. IV. VI. cum Simonidis Epigrr. CC. et CCI. et videbis quid inter utrumque intersit. Buccas inflat Mnasalcas.

Quae Simonides Epigrammata scripsit rebus tenuioribus, in iis verborum minus parcus adjungit laudem rei, quam memoriae mandat, vel genus mortis, quo quis obiit, adjicitur quis posuerit monumentum; alia artifices ab crimininationibus vulgi vindicant, ut Epigrr. CCXX. XXI. Par autem erat, inscriptiones privatorum hominum tumulis insculptae, quorum res essent minus magnificae, verbis ad commendationem hominum exornarentur. Fatum autem hominis privati quum luctum excitet, non admirationem, factum est, ut epigrammata ἐπικήδεια ad elegorum lugubrium naturam propius accedant. Exemplo illud sit, quod Anacreontis sui tumulo inscripsit tenerrimum, Epigr. CLXXI., quod molliora spirat et adeo dissimile est aliis carminibus, ut paene oblitus videatur Epigramma condi. Quod autem carmine CCV. floridiore oratione usus bacchari videtur, usus et metro angustos heroici versus cancellos respuente, et argumentum Bacchicum fuit in caussa et quod ea ipsa victoria Acamantidis tribus choro cyclio obvenerat post multa conamina prima. In cujus carminis initio subtili judicio poeta a tumiditate remotissimus scopulum vitavit, ad quem periculum erat ne illideret, quum irrita illa conamina tribus Acamantidis commemoranda essent: tecta

igitur utitur oratione et dulcissima metaphora, ut Pindarus facit in rebus acerbis vel modestiae parum habituris. Id quod ex nostra demum illius loci explanatione perspicitur.

Summa autem est ars poetae in iis versibus ligandis, qui diversorum nominum enumerationem habent: ita Dinomenis filios Gelonem, Hieronem, Polyzelum, Thrasybulum Epigr. CXCVI. secundum aetatem quemque suam uno hexametro conjungit: certamina quinquertii ex ordine pentametro Epigr. CCXI.

Ἅλμα, ποδωκείην, δίσκον, ἄκοντα, πάλην.

Adde pulcherrima illa Epigrr. CLXVIII, 2. CLXX, 3. CCXII. alia.

Sunt quaedam Epigrammata, quae contineant primordia ejus generis carminum, quod multum post aetatem Simonidis summopere frequentari coeptum est. Quae quum rei alicui gestae sententiam quandam generalem addunt, ex ipsa re illa ultro subnascentem, non anxie quaesitam, aculeum in animo relinquunt. Ejusmodi sunt Epigrr. CLXXVII, 1.

Τῶν αὐτοῦ τις ἕκαστος ἀπολλυμένων ἀνιᾶται·
Νικόδικον δὲ φίλοι καὶ πόλις ἥδε ποθεῖ.

Epigr. CLXXVIII.

Χαίρει τις Θεόδωρος ἐπεὶ θάνον, ἄλλος ἐπ' αὐτῷ
Χαιρήσει· θανάτῳ πάντες ὀφειλόμεθα.

Adde CCXX. CLXXVI. et — si ea sunt Simonidis — CLIII. et CLVI. Idem fecit Anacreon, cujus Epigrammata ad Simonideorum praestantiam proxime accedunt. Cfr. Epigr. XIV.

Καρτερὸς ἐν πολέμοις Τιμόκριτος, οὗ τόδε σᾶμα·
Ἄρης δ' οὐκ ἀγαθῶν φείδεται, ἀλλὰ κακῶν.

Cll. Epigr. XIV, 1.

Multi poetae quum in Epigrammatis certa quaedam essent dicenda, quae versuum angustiae aegre patiebantur, veluti nomina propria, omni rationis vinculo soluti versuum formam depravabant. Nihil Leoprepida licentius. Quanquam et ipse interdum ad circumlocutiones confugit in nominis proprii necessitate, ut Artemisium promontorium Epigr. CLXVII, 4. vocat *ἄλιον πάγον* (vel *ἀλίαν ῥάχιν*), *ἔνθα καλεῖται Ἁγνᾶς Ἀρτέμιδος τοξοφόρου τέμενος*. Idem in mensura syllabarum quaedam sibi sumpsit, ut Epigr. CLXI, 1. *Βυζάντιον* epitritum quartum facit: *χαρίεντας* amphibrachum Epigr. CCVIII, 2. Cfr. Epigr. CXCVI, ubi in v. *Δαμαρετίου τιου* unam syllabam efficit, qui tamen versus non est Simonidis. Audacius — similia apud ipsum Homerum — Epigr. CLXVII, 9.

Ἀστοὶ δ' ἄμμι τόδε γέρας ὀμφαλῷ ἀμφὶ πόληος

δε syllabam produxit. Quin eo progressus est, ut quum Aristogitonis nomen hexametri numero reluctaretur, inter hexametrum et pentametrum divideret, Epigr. CLXXXVII. Qui autem plerumque metro Elegiaco utitur poeta in Epigrammatis legitimo, tamen erat ubi nomina propria cogebant alios numeros in auxilium vocare. Ita Epigr. CLXXII. ob nomen *Ἀρχεναύτεω* et CCV. ob nomen *Ἱππόνικος* tetrametro dactylico addit exitum logaoedicum; subjunguntur versus priori similes. Epigr. CCXIII. ob nomen *Νικολάδας* hexametro subjungitur versus Glyconeus hic:

$\acute{-}\,-\;\acute{-}\,\smile\,\smile\;-\,\smile\,-\,\times$

de quo v. Hermanni El. D. M. p. 560. Similis ratio in Epigrr. CCVIII. CCIX. CCXIX. Ceterum ut sermone nihil pellucidius, ita summa est numerorum in his carminibus elegantia, ut vel eorum praestantia facile teretes aures agnoscant, quid Simonidi tribuendum, quid non

sit. Caesuram amat poeta eam quae *κατὰ τρίτον τροχαῖον* appellatur, nec rara ea quae *πενθημιμερής*.

In Dialecto Epigrammatum summa et vetustorum librorum discrepantia est et judicii nostrorum hominum inconstantia et fluctuatio. Nam quum in Palatinis membranis et in exemplaribus Planudeae Dorica dialectus in aliis compareat integra, in aliis vulgaribus formis Ionicisque variegata, editores prouti lubuit vel Doricam dialectum tuebantur vel radicitus exstirpabant vel de suo inferebant vel denique eandem propagabant mixturam, nullo sanae mentis freno cohibiti. Quo quidem nihil cogitari potest perversius. Nam ut posteriore tempore quum in eruditorum umbracula recessisset sermo Graecus semimortuus, variasse dialectum Epigrammatum facile largiar, imo aliquid in ea re quaesivisse illos fabros versuum credam: ita ab hoc crimine liberandus omni modo poeta Ceus et ut quisque ei aetate proximus est, qui ea aetate vixerit, quae ab ejusmodi nugamentis si qua alia abhorruit. Ut fateamur quae res est, Simonidis carmina postquam ab Epigrammatum collectoribus aliorum poetarum carmininibus et eorum quidem aevi inferioris infimique misceri coepta sunt, eadem sunt paullatim labe adspersa paucaque sunt, ad quae contagio illa prorsus non permanarit. Quod quo jure sumamus docebit, quod vel Elegiarum frustula postquam pravo judicio Epigrammatis accensa sunt, communem deformationem non postuerunt subterfugere, v. Elegiarum Frr. LXI — LXIV.

Circumspicientibus autem nobis, qua via tuto esset incedendum in dialecti ratione emendanda, hae se offerebant leges ut rei naturae ipsi accommodatissimae, ita ad monumentorum fidem maxime comparatae. Nam qui proprietatem sermonis ita custodivit, ut in Lacedaemonio

Epigrammate CLI, 2. *ῥήμασι πειθόμενοι* maluerit more Laconum, quam *πειθόμενοι νομίμοις* vulgari modo dicere; ut Epigr. CCX, 1. *Κόρκυρα* potius, quam *Κέρκυρα* cum reliquis Graecis dixerit, ut in Attico Epigr. CCVIII, 1. *Ἀθάνα* potius quam *Ἀθηναίη*, ut in Ionicis Epigrr. CC, 2. et CCXV, 3.; idem dialectum aptavit patriae eorum hominum, quorum in gratiam carmen condebat. Ionicam igitur dialectum habes in iis Epigrammatis, quae hominibus Ionicis scripsit, Doricam quae Doriensibus, vetustam Atticam in iis, quae Atticis. Tamen hoc notandum. Nam quum Epigrammata poesis ornamenta paullatim recepissent et ad fastigium quoddam artis essent evecta, Epicorum sermo pro fundamento erat habendus, ut in omni genere poesis. Qui ad patriam hominum variabat, sed ita, ut Dorica dialectus excluderetur ea, quae nunquam recepta est in veram poesin utpote popularis et plebeja. Calidius Hermannus in dissertatione de Duabus Inscriptt. Grr. Lipsiae 1835. edita p. 8. »Epigrammata metrica non usitatum fuit ea dialecto scribere, quae ultra Epicis concessas dicendi formas ad domesticam linguam reverteret.« Verum inficiuntur linguae domesticae temperamento ea Epigrammata, quae arte facta sunt, ut Simonidea, Anacreontea: alii poetae ad domesticam linguam revertere non dubitarunt, veluti qui in manibus est Theodoridas. Ab Simonide abjudicandum fuit Epigr. Incertum I. vel ob hanc rationem, quod plebejae formae in eo comparent ab carminibus Simonideis alienissimae, quales sunt *αἰ*, *πρᾶτον*, *ἧς*. Nam quod in Epigr. CCXII, 1. ferebatur *νικῆς*, vera scriptura *νικᾶς* postliminio rediit ex Ursino.

Sed quod hanc nostram rationem vetustorum libro-

rum auctoritate muniri dicebam, est Epigr. CLXVII. ex lapide editum. In eo Epigrammate Megarensibus scripto, Doricae civitati, quae certae sunt formae, Dorismum habent, ut ἅμαρ, ἀγνᾶς, *Μυκάλας*: quare Boeckhianum supplementum versus sexti *Φοινισσῶν* non recte habet et versu 10. in *NEICEONECTOPON* non *νικέων ἡμετέρων*, ut Boeckhio visum, latebat, sed id quod restituimus. Ex Epico sermone est *πόληος* v. 9. ab Boeckhio suppletum. Porro in Epigr. CCXIII. Nicoladae Corinthio scripto hae occurrunt formae Doricae: *Νικολάδας*, *Πελλάνᾳ*, *Αἰγίνᾳ*, *Θήβᾳ*, *δάμῳ*, *μεγάλαν*. Tamen *ἐνίκησεν* Palatinus: *ἀκτῇ* de conjectura Iacobsius. Adeo inconstantem fuisse poetam Ceum quis tandem sibi persuadeat? Dorica est dialectus in his Epigrammatis: CL. LI. LVII. LVIII. CLX. CLXV. LXVI. LXVII. LXIX. LXXXI. LXXXII. LXXXV. XC. XCI. XCIV. XCVI. (in quo carmine Doricae dialecti vestigia evanuerant uno), XCVIII. CCI. CCVI. IX. XIII. XVIII. XXI. XXIII.

Contra Ionica dialectus integra servatur in Anacreontis epigrammate sepulcrali CLXXI. Ibi hae sunt vel Ionicae vel Epicae formae: *Ἀνακρείοντος*, *εἵνεκα*, *πάτρης*, *πνείοντα*, *μοῦνος*, *εἰν*, *Λήθης*, *Σμερδίεω*, *Θρῆκα*, *μολπῆς*, *εἰν*, *Ἀΐδῃ*. Quare recte Iacobsius versu 1. *Μουσῶν* vidit *Μουσέων* scribendum esse. Ionica sunt Epigrr. CLXX. (scriptum mulieri Lampsacenae) LXXIV. (homini Sinopensi) LXXV. (Chio) LXXVI. CCXV. (Pario) et CC, quod Ionico homini scriptum dialectus arguit.

Atticam denique dialectum servant Epigrammata Attica. Exemplum sit carmen CCV., ubi sunt *φυλῆς*, *ἡδύ*, *ἐχορήγησεν*, *μελίγηρυν*, rursus *γλυκεράν*,

λιπαράν, quae in Ionico carmine γλυκερὴν et λιπαρὴν sonarent. Illud igitur maxime mirandum, hanc dialecti constantiam perdi versu 11. 12., in quibus subito Dorica ingruit: ἀγλαάν, νίκαν, Μοισᾶν, quae rursus confligit cum forma Epica θεάων. Sed illos versus obelo confiximus, quoniam alia νοθείας indicia accedunt. Atticam dialectum monstrant Epigrammata CXLVIII. XLIX. LIX. LXXIII. LXXXVII. LXXXVIII. LXXXIX. XCII. XCV. XCIX. CCII. III. IV. V. VII. VIII.

Sunt tamen plura Epigrammata hominibus scripta, quorum patria quae fuerit ignoratur; sunt quae neque Doricas neque Ionicas formas habent, ut Epigrr. CLII. LXVIII. LXXII. VIII. IX. LXXX. III. IV. XCIII. CCX. XI. XII. XIV. XVI. XVII. XIX. XX. Quorum maxima pars Atticis scripta videtur. Sed ne quis nos licentius in dialecto constituenda grassatos queratur, viginti fere locos nulla librorum auctoritate nixi de nostro ad rationem coegimus: reliqua non in editis, sed in libris scriptis amice concordabant. Habet autem haec nostra doctrina hanc vim et utilitatem, ut ubi contra regulam peccatum sit, cautionem adhibendam appareat, ne quis carminibus supposititiis sibi imponi patiatur. Hinc adminicula petivimus sententiae nostrae, qua Epigrr. CLIII. IV. V. ab Ceo poeta abjudicavimus. Ubi autem libri variant, quid potissimum sequare tum demum poterit decerni, si cui scriptum sit carmen declaratum fuerit. Ita in Epigr. CCVI. nunc demum postquam Aeginetam ex fuga retraximus, Doricam dialectum revocandam esse apparuit, quae in vv. Ὀλυμπιονίκαν et παλαισμοσύνας integra servata, in vv. ἡνίοχον et μορφῆς locum fecerat formae vulgari. Permixtionem dialectorum ferimus in media et finali syllaba pentametri, ubi poeta saepius

Doricam Ionicamque formam sociasse videtur vitandi ingrati soni caussa, ut CCII, 4. in libris est:

Εὐδόξου Νίκας ἀγλαὸν ἅρμ' ἐπέβης.

Cfr. dicta ad Epigr. CLIX, 2. Interdum nomina propria normae obnituntur, ut Epigrr. CCXV, 4. *Ἀρκεσίλας* est in carmine Ionico. In iis librorum auctoritatem secuti sumus.

In constituenda scriptura Epigrammatum hanc nobis scripsimus legem, ut quae ab vetustis scriptoribus allata essent, in iis Palatinarum membranarum, quibus pleraque debemus, lectiones posthaberemus, etiamsi per se spectatae ferri possent: earundem tamen auctoritatem contra apertas interpolationes Planudeae tueremur. Nam ut interdum verum viderit Planudes — velut Epigrr. CLV, 1. CLXXV, 1. aliisque in locis, ubi turpe fuerat labi —, plerisque in locis Palatinum depravavit, sive ipsum codicem illum ob oculos habuit, id quod Paulssenio in dies vero similius videbatur, sive, quod potius crediderim, valde similem librum, sed pleniorem illum usurpavit. Exemplum sit, — ne quid de dialecto dicamus, in qua pro lubitu immutanda valde grassatus est — quod corruptae Palatini codicis scripturae *πολλή* in Epigr. CLXXVII, 2. substituit id quo versus pessumdatur, *κλάει*. Anthologiam autem Palatinam a Grammaticis recensitam esse et non raro ad arbitrium refictam, id luculenter videmur nobis demonstrasse et aliis in locis et Epigr. CXCIX. Hinc factum est, ut a Iacobsio Palatinarum scripturarum, ut par erat in editione Palatinae, acerrimo vindice, v. Praefat. Anth. Pal. Tom. I, p. LXIV., plane desciverimus.

Epigrammata a multis variisque hominibus antiquitus collecta partim omnium ore trita varias subisse mu-

tationes multis exemplis confirmatur. In haec carmina tanquam in vacuam possessionem temere irruerunt qui veterum poetarum carmina emendare gestiebant. Pars illarum mutationum dubium esse potest, utrum interpolationi de industria susceptae debeatur, an mero errori, veluti Epigr. CLXVIII, 1. Aliae manum interpolatoris apertius prae se ferunt, ex quibus sunt Epigrr. CLI, 2.; CLX, 1.; CXCIV. aliaque. Inscitum hominem prodit Epigr. CXLIX, 2., cujus fraudem vestigiis suis tenemus.

Difficilius erat distinguere Grammaticorum suturas eas, quae non in singulorum verborum versuumque mutationibus substiterunt. Nam loquaces ut erant posteriorum saeculorum Grammatici, Simonidem sui similem reddere studuerunt et ad ipsorum garrulitatem detrudere. vel integra disticha de suo penu addentes munificentissimi mortalium, humano capiti cervicem equinam! Illorum commenta exagitamus in Epigr. CLVIII.; CLXIX.; CXCVI.; CCXXIII.; in suspicionem vocamus Epigr. CCV. versus 11. 12. —

Seclusimus ab hac Epigrammatum editione ea, quae Simonidem non habere auctorem primo obtutu quivis intelligit. In Gaisfordiana congerie numerum habent a nobis omissa: XLIII. XLIV. XLV. LI (jam ab Reiskio damnatum). LIX. LX. LXI. LXVI. LXXIII. LXXV. LXXVII. LXXXV. VI. CIV. VII. VIII. XI., quorum magna pars ob temporum rationem ab Leoprepida conscripta esse non potest. Alia ipsi per errorem tributa. Sed de quibus lis esse possit, inter Incerta reposuimus.

A. ἘΠΙΓΡΑΜΜΑΤΑ ἘΠΙΚΗΔΕΙΑ.

CXLVIII.

Anthol. Planud. 26. apud Iacobs. A. P. II, p. 632.
Σιμωνίδου·

Δίρφυος ἐδμήθημεν ὑπὸ πτυχὶ, σῆμα δ' ἐφ' ἡμῖν
ἐγγύθεν Εὐρίπου δημοσίᾳ κέχυται,
οὐκ ἀδίκως· ἐρατὴν γὰρ ἀπωλέσαμεν νεότητα,
τρηχεῖαν πολέμου δεξάμενοι νεφέλην.

Haec inscripta fuisse censemus tumulo Atheniensium, qui occubuerant in expeditione contra Chalcidenses Euboeae suscepta, qui cum Boeotis Cleomeni Spartanorum regi in Atticam irrumpenti auxiliati erant, v. Herod. V, 77., Simonid. Epigr. CLXXXIII. Dirphyn montem Euboeae memorat Euphorio Fr. LXXXIII. et scriptores apud Meinekium. Versu 4. *τρηχείην* legebatur: soloece. Idem vitium exime Rhiano Anth. Pal. VII, 315. Orpheo Argon. 181 aliisque.

CXLIX.

Lycurgus in Leocrat. XXVIII. (Iacobs. Append. Epigrr. 167.) *Ἐπὶ τοῖς ἠρίοις τοῦ βίου μαρτύρια ἔστιν ἰδεῖν τῆς ἀρετῆς αὐτῶν ἀναγεγραμμένα ἀληθῆ πρὸς ἅπαντας Ἕλληνας, ἐκείνοις μέν· Ὦ ξεῖν', ἄγγειλον* (Epigr. CLI.)· *τοῖς δὲ ὑμετέροις προγόνοις·*

Ἑλλήνων προμαχοῦντες Ἀθηναῖοι Μαραθῶνι
χρυσοφόρων Μήδων ἐστόρεσαν δύναμιν.

Simonidi vindicavimus testimonio Aristidis *περὶ παραφθέγματος* III, p. 646., poetam ab magniloquentiae crimine liberantis: *Ἆρ' ὅσοι καὶ τὰ τοιάδε δόξει ἀλαζονεία τις εἶναι;*

Ἑλλήνων προμαχοῦντες Ἀθηναῖοι Μαραθῶνι
ἔκτειναν Μήδων ἐννέα μυριάδας.

Deceptus est rhetor prave interpolata Epigrammatum recensione: teste Herod. VI, 117. ἑξακισχίλιοι καὶ τετρακόσιοι barbarorum occisi sunt. Cum Lycurgi χρυσοφόροις Μήδοις confer Fr. Inc. XCIII. Ceterum v. Eleg. Fr. LVIII.

CL.

Herod. VII, 228. Θαφθεῖσι δέ σφι αὐτοῦ ταύτῃ τῇπερ ἔπεσον, καὶ τοῖσι πρότερον τελευτήσασι ἢ τοὺς ὑπὸ Λεωνίδεω ἀποπεμφθέντας οἴχεσθαι, ἐπιγέγραπται γράμματα λέγοντα τάδε·

Μυριάσιν ποτὲ τᾷδε τριακοσίαις ἐμάχοντο
ἐκ Πελοποννάσου χιλιάδες τέτορες.

Diodorus Sic. XI, 33. Ἐπέγραψαν δὲ καὶ τοῖς ἐν Θερμοπύλαις ἀποθανοῦσι [Λακεδαιμονίοις] [7]) κοινῇ μὲν ἅπασι τόδε· Μυριάσιν κτλ. Adde Aristid. l. c. p. 647. et Anth. Pal. VII, 248., qui Simonidi tribuunt. Ex Herodoto descripsit Suidas v. Λεωνίδης.

Versu 1. τῇδε legebatur. Ibidem τριηκοσίαις vulgo: Aristides τριηκοσίῃς, Diodorus διακοσίαις. 2. Πελοποννάσου Herodoti libri paene omnes et cod. Pal.; reliqui Πελοποννήσου. In fine quidam τέταρες, τέτταρες.

---

[7]) Locus Diodori turbatus neque a L. Dindorfio probabiliter instauratus est neque ab C. Sintenisio in Observatt. Critt. in Diod. Sic. p. 10. Subjectum est οἱ Ἕλληνες, quod praecedit. Omnia expedita erunt, si nobiscum Λακεδαιμονίοις vocem tanquam alieno loco insertam eliminaveris, in iis autem quae Epigr. CLI. praemittit Diodorus pro vulgato αὐτοῖς idem reponas: ἰδίᾳ δὲ τοῖς Λακεδαιμονίοις τόδε. Nam quod Sintenisius Λακεδαιμόνιοι et postea αὐτοῖς scribit, falsum est ideo, quod non ipsi sibi Spartani, sed Amphictyones Epigrammata inscripserunt: quos Ἕλληνας appellat Diodorus.

CLI.

Herodotus l. c. *Ταῦτα μὲν τοῖσι πᾶσι ἐπιγέγραπται· τοῖσι δὲ Σπαρτιήτῃσι ἰδίῃ·*

Ὦ ξεῖν', ἀγγέλλειν Λακεδαιμονίοις, ὅτι τᾷδε
κείμεθα, τοῖς κείνων ῥήμασι πειθόμενοι.

Dic, hospes, Spartae, nos te hic vidisse jacentis,
dum sanctis patriae legibus obsequimur,

uti in Latium transtulit Cicero Dispp. Tuscc. I, 42, 101., Simonidi diserte tribuens: quae cur non videantur Graeci poetae vim et gravitatem aequare, disputat Hermannus in dissertatione de Officio Interpretis p. 12. Afferunt Lycurgus in Leocrat. XXVIII. (v. Epigr. CXLIX.), Diodorus Sic. XI, 33. *Ἰδίᾳ δὲ αὐτοῖς* (leg. *τοῖς Λακεδαιμονίοις*) *τόδε·* (scil. *ἐπέγραψαν οἱ Ἕλληνες.*), Strabo IX, p. 656, C. *Καὶ νῦν τὸ πολυάνδριον ἐκείνων ἐστὶ καὶ στῆλαι καὶ ἡ θρυλλουμένη ἐπιγραφὴ τῇ Λακεδαιμονίων στήλῃ, ἔχουσα οὕτως· Ὦ ξέν' κτέ.*, Anth. Pal. VII, 249. *Σιμωνίδου* et Suidas v. *Λεωνίδης.*

Versu 1. *Ὦ ξεῖν', ἀγγέλλειν* Herodotus et Suidas; *ὦ ξένε, ἄγγειλον* Diodorus; *ὦ ξεῖν', ἄγγειλον* Lycurgus, Pal. Plan.; *ὦ ξέν', ἀπάγγειλον* Strabo, cfr. Epigr. CLVII, 1. In fine *τῇδε* omnes. 2. *κείνων πειθόμενοι νομίμοις* Lycurgus, Strabo, Diodorus; ex interpretatione. Illud »Lacedaemoniorum sermone dictum est, quod alii *πειθόμενοι νομίμοις* communi Graecorum usu scripsere.« Hermannus l. c. Notae Spartiatarum *ῥῆτραι.* Cfr. Praefationem Epigrr. p. 140.

CLII.

Herodotus l. c. *Λακεδαιμονίοισι μὲν δὴ τοῦτο· τῷ δὲ μάντι τόδε·*

Μνῆμα τόδε κλεινοῖο Μεγιστία, ὅν ποτε Μῆδοι
Σπερχειὸν ποταμὸν κτεῖναν ἀμειψάμενοι,
μάντιος, ὃς τότε Κῆρας ἐπερχομένας σάφα εἰδὼς,
οὐκ ἔτλη Σπάρτης ἡγεμόνας προλιπεῖν.

Ἐπιγράμμασι μέν νυν καὶ στήλῃσι, ἔξω ἢ τὸ τοῦ μάντιος ἐπίγραμμα, Ἀμφικτυόνες εἰσί σφεας οἱ ἐπικοσμήσαντες· τὸ δὲ τοῦ μάντιος Μεγιστίεω Σιμωνίδης ὁ Λεωπρέπεός ἐστι κατὰ ξεινίην ὁ ἐπιγράψας. Ex Herodoto desumpsit Anth. Pal. VII, 677. De Megistia Acarnane, qui a Melampode genus ducebat, eximio vate v. Herod. VII, 221.

Versu 1. *κλειτοῖο* duo codd. Herodoti. *Μεγιστίου* Pal., quod ob Herodoti auctoritatem sprevimus. Dialectus non Dorica; nam *Σπάρτας* versu 4. in paucis codd. repertum est. Nomen tamen proprium exceptionem habet, v. Praef. Epigrr. p. 143.

* CLIII.

Anth. Pal. VII, 253. *Σιμωνίδου· εἰς τοὺς αὐτούς*

Εἰ τὸ καλῶς θνήσκειν ἀρετῆς μέρος ἐστὶ μέγιστον,
ἡμῖν ἐκ πάντων τοῦτ' ἀπένειμε τύχη·
Ἑλλάδι γὰρ σπεύδοντες ἐλευθερίην περιθεῖναι,
κείμεθ' ἀγηράντῳ χρώμενοι εὐλογίῃ.

Bis apponit Simonidique tribuit Scholiasta in Arist. Panath. p. 58. Frommel, cll. p. 357. *Ἐπίγραμμα εἰς τοὺς ἐν Πύλαις ἀποθανόντας τριακοσίους.* Doricae dialecti tenuiora supersunt vestigia, quam quibus confidas.

ᾶ
Versu 1. *ἀρετης* Pal. Cum sententia versus conferendum eximium Epigramma sepulcrale Lacedaemonium

apud Plutarchum Consol. Apoll. XV. et Pelopid. I., quod ita scribendam est [8]):

Οἴδ' ἔθανον, τὸ ζῆν θέμενοι καλὸν οὔτε τὸ θνήσκειν,
Ἀλλὰ τὸ ταῦτα καλῶς ἀμφότερ' ἐκτελέσαι.

Versu 3. *σπεύσαντες* Scholl. altero loco, ubi tamen codex Paris. A *σπεύδοντες* tuetur. Ibidem *ἐλευθερίαν* Pal., *ἐλευθερίην* Scholl., sed Apogr. Monac. *ἐλευθερίαν*. Denique *παραθεῖναι* Scholl. priore loco praeter cod. Paris. A; cfr. Epigr. CLIV, 1. 4. Pal. et Scholl. altero loco *ἀγηράτῳ*, altero *ἀκηράτῳ*. Recte Ursinus, usus, ut ait, codicis auxilio. Cfr. de hac forma, cujus radicem *γηραίνω* ponas, Iacobsium in Anth. Pal. p. 208, nr. 6.

* CLIV.

Anthol. Pal. VII, 251. *Σιμωνίδου· εἰς τοὺς αὐτοὺς μετὰ Λεωνίδου πεσόντας·*

Ἄσβεστον κλέος οἵδε φίλῃ περὶ πατρίδι θέντες
κυάνεον θανάτου ἀμφεβάλοντο νέφος·
οὐδὲ τεθνᾶσι θανόντες, ἐπεί σφ' ἀρετὴ καθύπερθε
κυδαίνουσ' ἀνάγει δώματος ἐξ Ἀΐδεω.

Apud Planudem *ἄδηλον.* Excusabilem versus alterius hiatum removebat Friedemannus de Med. Syll. Pent. p. 287. scribendo: *Ἀμφεβάλοντο νέφος κυάνεον θανάτου*: quae falsa est positura verborum. 3. *καθύπερθε* Pal., vulgo *καθύπερθεν.* Comparant Horat. Carmm. III, 2, 21. »Virtus recludens immeritis mori Caelum, negata tentat iter via.«

---

[8]) Legebatur *Οἳ θάνον, οὐ τὸ ζῆν θέμενοι καλὸν, οὐδὲ τὸ θνήσκειν.* Libri in Pelopida: *Οἵδε θάνον, οὐ ζῆν θ. κ., οὐδὲ τὸ θνήσκειν*; in Consolatione edd. vetustissimae Ald. Basil. *Οἵ δ' ἔθανον, οὐ κτλ.*, V. *τὸ ζῆν οὐ θέμενοι*, quo firmatur emendatio nostra, qua nihil certius. Ad. vv. *τὸ ζῆν* assumendum *οὔτε*, ut et alias saepe fit et Pind. Pyth. III, 30. *Ἔργοις οὔτε βουλαῖς.*

* CLV.

Anth. Pal. VII, 301. *Σιμωνίδου· εἰς τοὺς μετὰ Λεωνίδην τὸν Σπαρτιάτην τελευτήσαντας·*

Εὐκλέας αἶα κέκευθε, Λεωνίδα, οἳ μετὰ σεῖο
τῇδ' ἔθανον, Σπάρτης εὐρυχόρου βασιλεῦ,
πλείστων δὴ τόξων τε καὶ ὠκυπόδων σθένος ἵππων
Μηδείων ἀνδρῶν δεξάμενοι πολέμῳ.

Versu 1. *Εὐκλεᾶ γαῖα* Pal. teste Paulssenio: recte Planudes. De forma *εὐκλέας* v. Intpp. in Soph. Oed. Reg. 161. 2. *Σπάρτης* Pal., *Σπάρτας* pleraeque edd. Planudeae. Tum *βασιλεῖς* Pal., *βασιλεῦ* Plan. 4. Integram expressimus Palatini scripturam: Plan. *Μηδείων* (Ursini scriptum exemplar *μυρίων*) *τ' ἀνδρῶν δ. πόλεμον*. Quasi vero *τόξων* et *ἵππων σθένος* sine Medis viris excipere potuissent. Non melius Iacobsius conflata Pal. et Plan. scriptura cum Brunckio edidit: *Μηδείων τ' ἀνδρῶν δ. πολέμῳ.*

* CLVI.

Stobaei Eclogg. Phys. I, 9, 15. Heeren.

Οὐκ ἔστιν μείζων βάσανος χρόνου οὐδενὸς ἔργου,
ὃς καὶ ὑπὸ στέρνοις ἀνδρὸς ἔδειξε νόον.

Simonidi haec tribuit Ursinus cum libro MS., qui *Σιμωνίδου· ἐκ τῶν Ἐπιγραμμάτων* adscriptum habebat. Codd. VAE in margine monstrant: *Λακώνων.* Unde haec in Lacedaemonios ad Thermopylas vel in alia pugna occisos scripta fuisse suspicamur; Weberus praeter fas Elegiis adnumeravit. Versu 1. *ἔστι* Ursinus.

Restat quaerere, tria quatuorve haec Epigrammata quo jure Simonidis nomine inscribantur. Scimus ex Strabone IX, p. 650, C. in tumulo Graecorum ad Ther-

mopylas occisorum quinque fuisse columnas positas. Verba Strabonis haec sunt: Ὁ Ὀποῦς ἐστὶ μητρόπολις (Λοκρῶν), καθάπερ καὶ τὸ ἐπίγραμμα δηλοῖ τὸ ἐν τῇ πρώτῃ τῶν πέντε στηλῶν τῶν περὶ Θερμοπύλας, ἐπιγεγραμμένον πρὸς τῷ πολυανδρίῳ·

Τούςδε ποτὲ φθιμένους ὑπὲρ Ἑλλάδος ἀντία Μήδων
μητρόπολις Λοκρῶν κεύθει ὅλων Ὀπόεις [9]).

---

[9]) Hoc Epigramma Simonidis esse tum desinemus credere, si alius esse demonstratum viderimus. Recepit Iacobsius in Append. Epigrr. nr. 364. Librorum scripturae diversissimae: nam veteres editiones aliae *κεύθει Ὀπουντία* (margo Casauboni *Ὀπουντία γῆ*), aliae *Μητρόπολιν Λοκρῶν κεύθει νόμων Ὀπόεις* exhibent. Coraes ex codice Paris. 1393., quocum facit Moscoviensis, *Μητρόπολις Λοκρῶν ...... θυνομων Ὀπίοις* enotavit: idem alios libros testatur *ἰθυνόμων* vel *εὐθυνόμων* habere. Falconeti codd. Paris. 1. 2. *Μητρόπολις Λοκρῶν ..... ἰθυνόμων Ὀπίοις*; idem ex Med. 1. 2. *Ὀπόεις* affert, quos *κεύθει νόμων Ὀπόεις* habere putes. In cod. Paris. 1397. apud Theilium T. III, p. 474. ita scribitur: *Τοὺς δέ ποτε φθι........υς ὑπὲρ Ἑλλάδος ἀντία Μήδων Μητρόπολις Λοκρῶν .... εὐθυνόμων Ὀπίοις*. Stephanus aliique *κεύθει ὁμοῦ Ὀπόεις* conjecerunt; Heringa in Observatt. Critt. p. 143. *κεύθει ὅλων Ὀπόεις*, quod recepimus, non certum rati, sed donec verum repertum fuerit. Vide de voce *ὅλοι* loco usitati *πάντες* posita Hermannum in Soph. Aj. 1084. Nam quod Boeckhius in Corp. Inscrr. T. I, p. 855. veterem scripturam *εὐθυνόμων Ὀπόεις* optimam dicit, eam scripturam a manu correctoris repetere non dubitamus: nam *εὐθύνομος* vel *ἰθύνομος* quis tandem pro eo quod est *εὔνομος* dicere sustinuerit, vellem probatum. At id aegre nobis persuademus fieri potuisse. Ut potuerit tamen, b o n i s l e g i b u s f r u i Locrenses nulla caussa erat cur commemoraretur in titulo sepulcrali: hinc apparet, quo jure optimam illam scripturam dixerit Boeckhius. Praeterea unde verba *Τούςδε ποτε φθιμένους* apta voluerit Boeckhius, non perspicitur, nisi forte mutilum censuit Epigramma: quod si censuit, injuria censuit. Nam non est credibile, aliam hujus Epigrammatis atque duorum reliquorum, quae supersunt Epigrr. CL. et CLI., fuisse adornationem. Coraes tamen, qui *εὐθυνόμων Ὀπόεις* recepit, quod interpolatori deberi vel codicum condicio indigitat, tertii versus initium fecit ab v. *Κεύθει*. Quorundam librorum scripturae *κεύθει νόμων Ὀπόεις* proximum foret: *κεῦθε νόμῳ Ὀπόεις*. Verum id et languidius videtur neque aoristo facile carueris.

Una igitur erat columna Locrorum, quos ab Graecis evocatos πανστρατιῇ auxiliatos esse narrant Herodotus VII, 203. et Paus. X, 20, 2.; altera omnium Peloponnesiorum; tertia Spartiatarum; quarta, opinor, Thespiensium, qui uni teste Herod. VII, 222. non nolentes remanserunt apud Leonidam morituri; quinta denique Phocensibus debebatur, qui tramitem in Oeta strenue servassent. Jam praeter tria illa Epigrammata in Locros, Peloponnesios, Spartiatas ab Simonide condita vel tria vel quatuor ab eodem poeta circumferuntur heroibus Thermopylensibus composita. Sed quum in Thermopylis nonnisi quinque fuerint in πολυανδρίῳ columnis insculpta, unum certe vel duo pro commentitiis sunt habenda. Sed accedunt sat graves caussae, cur omnia illa Epigrammata ab Simonide scripta negemus. Quae si vere insculpta fuissent tumulo Graecorum, vel ab Herodoto vel a Strabone vel ab Diodoro aliisque scriptoribus allata essent. Thespiensibus autem et Phocensibus aliive genti ideo nullum ex iis potest scriptum fuisse, quoniam tum commemoratione ipsorum opus fuisset: quae nulla est in his Epigrammatis. Scripta igitur in Lacedaemonios: at illos alio Epigrammate et eo divino aeternitati tradiderat poeta Ceus. Superest ut cenotaphiis inscripta fuisse ponamus: cui sententiae nihil repugnat praeter Epigrammatis CLV. versum alterum. Sed utut est, ab Simonide aequalive poeta profecta non sunt vel dialecto probante, quae Dorica esse debebat. Et, quod summum est, tria illa Epigrammata nobilissima disticho absoluta sapientissime sunt et simplicissime scripta, haec sententiis ornatiora et Ceae artis expertia. Denique ut lemmata Epigrr. CLIII. IV. praeter fidem apposita esse possint, ut est lemma Palatini Epigr. CLVIII. et alias,

tamen ab Simonide procul amovenda sunt. Fr. CLVI. tamen Simonidis esse potest.

CLVII.

Plutarch. de Herod. Malign. p. 870, B. *Ἐν Σαλαμῖνι παρὰ τὴν πόλιν ἔδωκαν αὐτοῖς* (Athenienses Corinthiis) *θάψαι τε τοὺς ἀποθανόντας ὡς ἄνδρας ἀγαθοὺς γενομένους καὶ ἐπιγράψαι τόδε τὸ ἐλεγεῖον·*

Ὦ ξένε, εὔϋδρόν ποτ' ἐναίομεν ἄστυ Κορίνθου,
νῦν δ' ἄμμ' Αἴαντος νᾶσος ἔχει Σαλαμίς.
Ῥεῖα δὲ Φοινίσσας νῆας καὶ Πέρσας ἑλόντες
καὶ Μήδους, ἱερὰν Ἑλλάδα ῥυόμεθα.

Simonidi tribuit Dio Chrysostomus vel Favorinus potius philosophus Orat. Corinth. XXXVII, p. 459, 25. *Ἐν Σαλαμῖνι ἠρίστευσαν οἱ Κορίνθιοι καὶ τῆς νίκης αἴτιοι κατέστησαν· Ἡροδότῳ γὰρ οὐ προςέχω, ἀλλὰ τῷ τάφῳ καὶ τῷ Σιμωνίδῃ, ὃς ἐπέγραψεν ἐπὶ τοῖς νεκροῖς τῶν Κορινθίων τεθναμένοις* (*τεθαμμένοις*) *ἐν Σαλαμῖνι· Ὦ ξένε κτέ.* Confer Prolegg. p. XXIX. et adde de Cleocrito Corinthiorum ad Salaminem nauarcho Plutarch. Aristid. VIII.

Versu 1. *Ὦ ξεῖν'* Brunckius. Sed v. Prolegg. p. XLVIII. Ibidem quod *εὔϋδρον* dicitur *ἄστυ Κορίνθου*, aquosam urbem fuisse totamque regionem pervagatum est, v. Eleg. Fr. LIX, 1. At id hoc loco inane est, si quid video, ornamentum. Suspicamur poetam dedisse *εὔανδρον*, quo posito egregie primus versus concordat cum altero: *Olim habitabamus fortibus viris conspicuam Corinthum, nunc vero Ajacis* (herois fortissimi) *nos tenet insula,* h. e. forti patria nati in forti insula sepulti sumus. Ob Plutarchi autem et scriptoris orationis Dioneae consensum quicquam novare ausi non

sumus. 2. *Νῦν δὲ ἀνάματος νᾶσος* Plutarchus, *νῦν δὲ μετ' Αἴαντος ν.* Dio. Valckenaerii emendatio praestat Iacobsianae huic: *νῦν δὲ κατ' Αἴαντος ν. ἔχει.* 3. *Ῥεῖα δὲ Φοινίσσας ναῦς* Dio, *ἐνθάδε Φ. νῆας* Plutarchus, in qua scriptura asyndeton non videtur loco suo esse.

4. *Ἑλλάδ' ἱδρυσάμεθα* Dio, nisi quod *Ἑλλαδὶ δρυσάμεθα* enotatur ex editione Veneta. Iacobsius *Ἑλλάδα ῥυσάμεθα* edidit. Licuit utrumque: v. Epigr. CLXI, 2. CLXVI, 2. et contra Epigr. CLVIII, 2.

CLVIII.

Plutarchus ita pergit: *Τὸ δ' ἐν Ἰσθμῷ κενοτάφιον* (Corinthiorum ad Salaminem occisorum) *ἐπιγραφὴν ἔχει ταύτην·*

Ἀκμᾶς ἑστακυῖαν ἐπὶ ξυροῦ Ἑλλάδα πᾶσαν
ταῖς αὑτῶν ψυχαῖς κείμεθα ῥυσάμενοι.

Praeterea affert Scholiasta in Aristid. Panath. p. 52. Frommel. Simonidi tribuit Anth. Pal. VII, 250. *Σιμωνίδου· εἰς τοὺς αὐτούς*, h. e. qui in Thermopylis occubuerunt: perverse.

Versu 1. *Ἡμᾶς ἑστακ.* vetustae edd. Plutarchi: *ἀκμῆς ἑστηκυῖαν* Aristides *περὶ παραφθέγμ.* III, p. 647. Canter., qui huic disticho subjungit haec:

Δουλοσύνης· Πέρσαις δὲ περὶ φρεσὶ πήματα πάντα
ἥψαμεν, ἀργαλέης μνήματα ναυμαχίης·
ὀστέα δ' ἄμμιν ἔχει Σαλαμίς· πατρὶς δὲ Κόρινθος
ἀντ' εὐεργεσίης μνῆμ' ἐπέθηκε τόδε.

Quae viri docti non dubitaverunt pro Simonideis habere. Sed ea cur omiserit Plutarchus, Scholiasta, Anthologia intelligi nequit. Nobis haec inanis loquacitas poeta Ceo si quid aliud indigna videtur. Resectis istis versibus Simonidis ingenium agnoscas: ne quid nomina sepultorum

desideres, in urbe patria sepulti erant. Personati Simonidis versus, quibus rhetor sibi imponi passus est, Doricam dialectum fere exuerunt: nam quod versu primo *δουλοσύνας*, altero *ναυμαχίας* est apud Canterum, codex Θ ne his quidem pepercit: quae, si haec essent Simonidis, revocanda foret. Ceterum hi versus ex flosculis Simonideis non imperite conserti sunt: *δουλοσύνας* ad v. *ῥυσάμεθα* ne requiras confer Epigr. CLVII, 4. Sequentia: *Πέρσαις δὲ π. φ. π. πάντα ἧ.*, *ἀργαλέης μνήματα ναυμαχίης*, partim ducta sunt ex Epigr. CXC, 2. Quod autem *πήματα* vocantur *μνήματα ναυμαχίης*, ab homine eleganti atque urbano haec nihil profutura acerbitas aliena. Denique confer Praefat. Epigrr. p. 142.

CLIX.

Scholl. in Aristid. Panath. p. 52. 58. 59. *Σιμωνίδης·*

Παῖδες Ἀθηναίων Περσῶν στρατὸν ἐξολέσαντες
ἤρκεσαν ἀργαλέαν πατρίδι δουλοσύνην.

Anth. Pal. VII, 257. *Ἄδηλον εἰς τοὺς Ἀθηναίους προμάχους.* Scriptum tumulo Atheniensium ad Salamina occisorum.

Versu 1. *Παῖδας* et *ἐξελάσαντες* codex Paris. A.

2. *ἀργαλέην — δουλοσύναν* vulgo: et ita Apogr. Monac., Paris. et Palatina: *δουλοσύνην* codd. Schellersh., bombyc., Paris. B., Plan. et qui haec ex codice edidit Ursinus. Vulgatam retinet Iacobsius, cui Praefat. Anth. Pal. I, p. XLV satis verisimile est, Epigrammatarios interdum soni variandi caussa terminationes Doricas immiscuisse. Quod praeceptum confirmatur Simonidis Epigrr. CLXV, 2. CCII, 4. rell. Nobis tamen $\bar{\alpha}$ perperam loco suo motum videbatur edidimusque quod dialectus Attica flagitabat. *Περσίδι δουλ.* codex Leidensis.

CLX.

Plutarch. Herod. Malign. p. 870, D. *Αὐτός γε μὴν ὁ Ἀδείμαντος, ᾧ πλεῖστα λοιδορούμενος Ἡρόδοτος διατελεῖ καὶ λέγων, μοῦνον ἀπαίρειν τῶν στρατηγῶν ὡς φευξόμενον ἀπ' Ἀρτεμισίου καὶ μὴ περιμενοῦντα, σκόπει τίνα δόξαν εἶχεν·*

Οὗτος Ἀδειμάντου κείνου τάφος, ὃν διὰ πᾶσα
Ἑλλὰς ἐλευθερίας ἀμφέθετο στέφανον.

Auctor orat. Corinthiacae inter Dioneas XXXVII, p. 109. Rsk. *Ἔστι καὶ ἕτερον ἐπίγραμμα Σιμωνίδῃ εἰς αὐτὸν τὸν στρατηγὸν ἐξαίρετον. Οὗτος* sqq. Anth. Pal. VII, 347. *Εἰς Ἀδείμαντον τον ὑπατικὸν Σιμωνίδου τοῦ Κήου.*

Versu 1. *κείνου* abest apud Plutarchum. In fine *οὗ διὰ βουλὰς* Dio, ex interpretatione. 2. *ἐλευθερίης* Pal. Adimantum, Ocyti filium, quem Herodotus VIII, 5. a Themistocle tribus talentis argenti ad Artemisium ut maneret permotum scribit, ne interfuisse quidem pugnae Salaminiae narrat VIII, 59 sqq. et 94. Confer Prolegg. p. XXVIII. Longe aliter Plutarch. l. c., qui Adimantum ob victoriam illam filiabus nomina imposuisse Nausinicae, Acrothinio, Alexibiae narrat, filio Aristeo. Quem quidem Aristea postea Corinthii auxilio Potidaeatis submisso imperatorem praefecerunt, v. Thuc. I, 60.

CLXI.

Aristid. *περὶ παραφθέγμ.* III, p. 646, Canter.

Ἀμφί τε Βυζάντιον ὅσοι θάνον ἰχθυόεσσαν,
ῥυόμενοι χώραν ἄνδρες ἀρηΐθόοι.

Epigramma truncatum, quod cenotaphio inscriptum fuerit eorum sociorum, qui in expeditione Pausaniae Olymp.

LXXV, 4. suscepta occubuerant, v. Thuc. I, 94. 128. Cornel. Nep. Paus. 2. Diod. Sic. XI, 44. Byzantium a Medis occupatum tunc receptum est. Versu 1. *Βυζάντειον* Scaliger. At cfr. Praef. Epigrr. p. 138.

[CLXII. III. IV.]

Hoc loco reposueramus tria Epigrammata in Cimonis ad Eurymedontem fluvium victorias Simonidi tributa in Anth. Pal. VII, 296. VII, 258. et VII, 443. Kruegerum enim in nota ad Clintonis Fastt. Hellen. sequendum arbitrati haec Olymp. LXXVII, 3. gesta statuebamus; quae in Epigrammatis ab Simonideorum indole abhorrere videbantur, senio poetae condonabamus: aegre tamen condonabamus. Verum defuncto dudum poeta illas res gestas esse persuasit Muellerus. Simonidem mentiuntur ut similia alia, quum posteris temporibus quaecunque ad bella Persica spectarent, illius nomine exornari moris esset.

CLXV.

Anth. Pal. VII, 512. *Σιμωνίδου· εἰς τοὺς Ἕλληνας τοὺς τὴν Τεγέαν ἐλευθεροποιήσαντας·*

Τῶνδε δι' ἀνθρώπων ἀρετὰν οὐχ ἵκετο καπνὸς
αἰθέρα δαιομένης εὐρυχόρου Τεγέας,
οἳ βούλοντο πόλιν μὲν ἐλευθερίᾳ τεθαλυῖαν
παισὶ λιπεῖν, αὐτοὶ δ' ἐν προμάχοισι πεσεῖν.

Respiciunt haec ad pugnam non procul Tegea ab Tegeatis et Argivis cum Lacedaemoniis commissam, quae incidit in illud spatium, quod inter Plataeense praelium et seditionem servorum Lacedaemoniorum intercedit, intra Olymp. LXXV, 2. et LXXXIII, 4. Licet autem Herodotus IX, 35. et Paus. III, 11. Lacedaemonios

superiores discessisse narrent, tamen Tegeatarum viribus nondum fractis post pugnam demum *ἐν Διπαιεῦσιν* non multo post pugnatam Lacedaemoniis Tegea succubuit, v. Mueller. Dorr. I, p. 188.

Versu 2. *Τεγέης* legebatur: *δαιομένης* ferimus ob ea quae dicta sunt in Epigr. CLIX, 2. et Praefat. Epigrr. p. 140.

CLXVI.

Anth. Pal. VII, 442. *Σιμωνίδου εἰς τοὺς ἐν Τεγέᾳ πεσόντας ἀρίστους Ἀθηναίους·*

Εὐθυμάχων ἀνδρῶν μνασώμεθα, τῶν ὅδε τύμβος,
οἳ θάνον εὔμηλον ῥυόμενοι Τεγέαν
αἰχματαὶ πρὸ πόληος, ἵνα σφίσι μὴ καθέληται
Ἑλλὰς ἀποφθιμένου κρατὸς ἐλευθερίαν.

Ideo memoriam Tegeatarum instaurandam dicit poeta, ne Graecia a capite defunctorum deripiat libertatem, h. e. ne eos, postquam Lacedaemoniis succubuerunt, tanquam servilis animi homines patriaeque libertatis incuriosos proculcet. Nam verba *ἵνα σφίσι μὴ καθέληται* sqq. a v. *μνασώμεθα* pendere nunc recte monuit Iacobsius, qui antea a vv. *θάνον ῥυόμενοι* suspensa putaverat. In qua ratione ut conjunctivus *καθέληται* ferri possit: et *Ἑλλὰς* de Argivis dictum displicet — licebat enim *Ἄργος* ponere —, et *ἀποφθιμένου* idoneo sensu carere videtur. Denique non intelligitur, cur Simonides duo Epigrammata scripserit in eandem rem. Ex illa autem ratione scriptum est in Tegeatas — nam lemma codicis Palatini inepte confictum est —, qui a Lacedaemoniorum irruptione, qua subjecta ipsis est Tegea, patriam acerrime defenderant.

Versu 4. *ἀποφθιμένοις κάρτος ἐλευθερίας* (*ἐλευθε-*

ρίης Urs.) Planudes. Versu 1. μνησώμεθα et 3 αἰχμηταὶ corrigenda erant: εὔμηλον vel Pindarus habet.

CLXVII.

Τὸ ἐπίγραμμα τῶν ἐν τῷ Περσικῷ πολέμῳ ἀποθανοντων καὶ κειμένων ἐνταῦθα ἡρώων· ἀπολόμενον δὲ τῷ χρόνῳ Ἑλλάδιος ὁ ἀρχιερεὺς ἐπ [εσκεύασε] vel *ἐπ* [εμελήθη]. Post haec a Boeckhio correcta intervallum est vacuum: sequuntur quaedam, in quibus singula verba apparent, nexus conturbatus est; in fine adjicitur nomen poetae: *ΣΙΜΩΝΙΔΗΣ*.

Ἑλλάδι καὶ Μεγαρεῦσιν ἐλεύθερον ἆμαρ ἀέξειν
ἱέμενοι θανάτου μοῖραν ἐδεξάμεθα·
τοὶ μὲν ὑπ' Εὐβοίας ἁλίῳ πάγῳ, ἔνθα καλεῖται
ἁγνᾶς Ἀρτέμιδος τοξοφόρου τέμενος·
τοὶ δ' ἐν ὄρει Μυκάλας, τοὶ δ' ἔμπροσθον Σαλαμῖνος,
[νηῶν Φοινισσᾶν ἐξολέσαντες Ἄρην,]
τοὶ δὲ καὶ ἐν πεδίῳ Βοιωτίῳ, οἵτινες ἔτλαν
χεῖρας ἐπ' ἀνθρώπους ἱππομάχους ἱέναι.
Ἀστοὶ δ' ἄμμι τόδε γέρας ὀμφαλῷ ἀμφὶ πόληος
Νισαίων ἔπορον λαοδόκῳ ἀγορᾷ.

Μέχρις ἐφ' ἡμῶν δὲ ἡ πόλις καὶ ταῦρον ἐνήγιζεν, scil. *τοῖς ἥρωσι τούτοις*, ut haec verba interpretatur Blomfieldius in Museo Crit. Cantabrig. II, 8. p. 622. probante Boeckhio. Reperta est inscriptio Palaeochorio Megaridis, qui locus videtur Rhus esse, ubi ecclesiae plures ex ruderibus priscis exstructae; edita ex schedis Fourmonti ab Boeckhio primum in Indice Lectt. Berolin. 1818. (iterata est in Seebodii Nov. Archiv. 1828, III, p. 73 sqq.), deinde in Corp. Inscrr. I, p. 556. nr. 1051. Helladium pontificem ex antiquo monumento post pugnam Plataeensem Megaris posito Epigramma

transcripsisse Boeckhius efficit ex antiqua ratione scribendi, veluti in lapide legitur *ἔνπροσθε Σαλαμεῖνος, δὲ ἄμμι.* Immo siglum adspirationis ⊢ scriptum fuisse videtur, in initio certe versuum, ut in tabulis Heracleensibus. Nam versu 1. *ΚΑΛΛΑΔΙ* pro *⊢ΕΛΛΑΔΙ*, 5. *ΠΕΜΕΝΟΙ* pro *⊢ΙΕΜΕΝΟΙ*, 7. *ϵΑΓΝΑϹ* pro *⊢ΑΓΝΑϹ* comparent. Orthographia barbara: ita *ἀέξιν, καλεῖτε, ὄρι Μοικάλας, παιδίῳ, ἱένε, Νεισέων* legitur.

Inscriptus titulus post pugnam Plataeensem tumulo Megarensium, qui in bello Persico pro patria pugnantes obierant. Positum monumentum a civibus, ut ex versu decimo apparet, prope umbilicum civitatis, h. e. curiam, in ipso foro Megarensium. De eodem monumento loquitur Pausanias I, 43, 2. *Εἰσὶ δὲ τάφοι Μεγαρεῦσιν ἐν τῇ πόλει· καὶ τὸν μὲν τοῖς ἀποθανοῦσιν ἐποίησαν κατὰ τὴν ἐπιστρατείαν τοῦ Μήδου· τὸ δὲ Αἰσύμνιον καλούμενον μνῆμα ἦν καὶ τοῦτο ἡρώων.* Ad Epigramma Simonidis respicere videtur Schol. Theocr. Idyll. XII, 27. *Καὶ Σιμωνίδης ἐπαινεῖ τοὺς Μεγαρεῖς.* Megarenses ad Artemisium et Salaminem viginti pugnaverant navibus teste Herod. VIII, 1. 45., quae postea Mycalen profectae fuerint; Plataeas tria millia hominum miserant, ut cum Herodoto VIII, 28. consentit Plutarch. Aristid. XIV. et Oracc. Defect. VII, p. 629. Rsk., sed vide quae ad v. 7. monebuntur.

Versu 1. *Ἑλλάδι καὶ Μεγαρεῦσιν* copulavit ut in Epigr. CXCIV, 1. 2. *ΕΔΕΞΑΜΕΘΑΜΕ* lapis.

3. Lapis *ΕΥΡΟΙΑΚ⚹ΙΠΑΧΩ*, unde Boeckhius paullo audaciore, ut ipse ait, conjectura, *ὑπ' Εὐβοίᾳ ναυσικλύτῳ* edidit, quo epitheto Euboea ornatur in Hom. Hymn. in Apoll. Pyth. 31. 219. Poterat eodem sensu *δολιχηρέτμῳ*, ut Aegina vocatur Pind. Ol. VIII, 20.

Verum ea conjectura non solum audacior est, sed ne usitatum quidem est dicere ὑπ' Εὐβοίᾳ, ut mare sub insulam intelligatur. Nam quae Boeckhius attulit tanquam similia, alius generis sunt, ut ὑπὸ Τμώλῳ, ὑπὸ Κυλλάνας ὄροις, Φλιοῦντος ὑπ' ὠγυγίοις ὄρεσιν, ὄχθαις ὕπο Ταϋγέτου, ὑπὸ τῇ Καδμείᾳ, ὑπὸ τῇ πόλει; Simonides ipse supra Δίρφυος ὑπὸ πτυχὶ dixit, similiter alii. Siglum illud, quo adjectivum obliteratum continetur, non diversum videtur esse ab eo, quo vox ἥλιος non raro ab librariis notatur, veluti in Scholl. Vatic. in Rhes. 528. Nam quadratarius ἁλίῳ, cujus vocis iota subscriptum superesse videtur, pro Dorica forma vocis illius habuisse videtur: πάγῳ repperit Emperius noster; eamque scripturam et rei ipsi aptiorem et ductibus literarum propiorem judicamus, quam quod nobis in mentem venit ἁλίᾳ ῥάχει. De circumlocutione promontorii Artemisii diximus Praefat. Epigrr. p. 138. 5. Ἐν ὄρει Μυκάλας poeta rei veritati convenientissime dicit. Nam Athenienses et Lacedaemonii cum sociis utrique suis apud Mycalen diversas regiones tenebant: Athenienses cum Corinthiis, Sicyoniis, Troezeniis planitiem: Lacedaemoniis et sociis, inter quos consentaneum est fuisse Megarenses, ἡ ὁδὸς ἐγίνετο κατά τε χαράδρην καὶ οὔρεα, ut ait Herod. IX, 102. 6. Pentametrum a Fourmonto omissum restituit Boeckhius, nisi quod Φοινισσῶν non recte scripsit.

7. Ἐν πεδίῳ Βοιωτίῳ de industria poeta posuit ambigue. Plataeensi enim pugnae, quam commemorari putes, non interfuerant. Poeta dicebat praelium illud equestre non procul Erythris Boeotiae commissum, quo Graecos et maxime Megarenses ante pugnam Plataeensem tentabat Mardonius. Consederant Graeci ὑπὸ τὸν πρόποδα τοῦ Κιθαιρῶνος, Megarenses autem τρισχίλιοι

τὸ πλῆθος ὄντες ἐν τοῖς ἐπιπέδοις μᾶλλον ἐστρατοπεδεύοντο, Plutarch. Aristid. XIV., quocum plane convenit Herodoto IX, 20 sqq., Diodoro XI, 30. Dum pugna pugnabatur Plataeensis, circa Heraeum cum Corinthiis aberant. Tum post pugnam equites Thebani Medorum partes secuti Megarenses et Phliasios equites adorti κατεστόρεσαν αὐτῶν ἑξακοσίους, τοὺς δὲ λοιποὺς κατήραξαν διώκοντες ἐς τὸν Κιθαιρῶνα. Οὗτοι μὲν δὴ ἐν οὐδενὶ λόγῳ ἀπώλοντο, Herod. IX, 69. Sepeliuntur IX, 85. Hos — ἐν οὐδενὶ λόγῳ ἀπολομένους — significari ab Simonide haud recte statuit Muellerus Dorr. II, p. 510. Id dedecus callide poeta tegebat, nec Plataeas poterat nominare: locutus igitur ita est, ut quos quis vellet, posset intelligere. 9. 10. In his versibus restituendis plane recessimus a Boeckhio, qui edidit haec ita:

'Αστοὶ δ' ἄμμι [πόρον] γέρας ὀμφαλῷ ἀμφὶ πόληος,
νικέων ἡμετέρων ἀλλοδαπῶν παρ' ὅρων.

At neque τόδε abesse ullo pacto potest, et haec oppositio umbilici civitatis et victoriarum ab alienis finibus reportatarum argutior est, quam quae Simonidis censeatur, et vv. νικέων ἡμετέρων dialecti nomine prava sunt. v. Praefat. Epigrr. p. 140. Denique plane alia manifeste exhibet lapis, quae viam monstrante Emperio feliciter eruimus. Est autem ita fere scriptum in lapide:

ΑϹΤΟΙΔΕΑΜΜΙΤΟΔΕΓΕΡΑϹΟΜΦΑΛΩΑΑΦΙ ΙΙ
ΝΕΙϹЄϴΝΕϹΤΟΡΟΝ ΛΜΟΔΟΚΩΝΓΟΡΩ

'Ομφαλὸν πόληος curiam dicit, quae fuit in foro Megarensium, ut in Atheniensium εὐκλεεῖ ἀγορᾷ fuit ἄστεος ὀμφαλὸς θυόεις, quo ara duodecim Deorum significari videtur, v. Pindar. Dithyr. Fr. III, 3. De mensura alterius syllabae in v. τόδε diximus Praefat. Epigrr

p. 138. Nisaei dicuntur Megarenses ab Niso rege, ut Theocrito Id. XII, 27. Νισαῖοι Μεγαρῆες ἀριστεύοντες ἐρετμοῖς. Sed verbum non amplius addam.

CLXVIII.

Anth. Pal. VII, 270. Σιμωνίδου εἰς ναυηγούς τινας ἐν Τυῤῥηνίᾳ ναυαγήσαντας·

Τούσδ' ἀπὸ Τυῤῥηνῶν ἀκροθίνια Φοίβῳ ἄγοντας
ἓν πέλαγος, μία ναῦς, εἷς τάφος ἐκτέρισε.

Iterum codex Pal. Σιμωνίδου εἰς τοὺς ἀπὸ Σπάρτης ναυαγήσαντας, quo loco Τούσδε ποτ' ἐκ Σπάρτας legitur. Utrum verum sit, difficile est dicere. Sed si ἀπὸ Τυῤῥηνῶν nobiscum scripseris, aut praedae decimam ab Tyrrhenis, h. e. Etruscis, reportatam et a victore dedicatam poeta dicit, ut Epigr. CXC. ὅπλα ἀπὸ Μήδων dicit, aut Etruscos victores decimam deo dedicasse, ut Spina et Agylla, urbes Etruscae, Delphis thesauros suos habebant, v. Mueller. Etrusce. I, p. 293. Nos, quibus illa sententia potior videatur, tyrannos Siculos post devictos Etruscos aliosque barbaros ἀκροθινίοις Delphos missis haec inscripsisse conjicimus. Cfr. Epigr. CXCVI. Illud certe nullo pacto credibile est, spectare haec ad narrationem de Messaniorum puerorum in freto Siculo naufragium, de quo v. Paus. V, 25, 1. Quae Schneideri fuit sententia.

Versu 2. ἓν σκάφος Pal. altero loco et Plan. Iacobsius unde in Anth. Pal. μία νὺξ ediderit nescio.

CLXIX.

Anth. Pal. VII, 344. Σιμωνίδου εἰς Λέοντά τινα, ὃν ἐφρούρει λέων μαρμάρινος·

Θηρῶν μὲν κάρτιστος ἐγὼ, θνατῶν δ' ὃν ἐγὼ νῦν
φρουρῶ τῷδε τάφῳ λαΐνῳ ἐμβεβαώς.

Manifestum est, spectare Epigramma ad Leonidam, regem Spartanorum in Thermopylis occisum, Herod. VII, 225. *Ὁ δὲ κολωνός ἐστι ἐν τῇ ἐσόδῳ, ὅκου νῦν ὁ λίθινος λέων ἕστηκε ἐπὶ Λεωνίδῃ.* Unde discas diffidere lemmatis codicis Palatini.

Assutum Epigrammati est distichon ab Huetio et Iacobsio, quod in ultima haeret pagina codicis Palatini, apud Planudem separatim, sed juxta legitur cum Epigrammate Simonideo, tanquam *ἄδηλον*, unde Ursinus prius tantum recepit, nisi quod in Florentina prorsus omissum est: *Εἰς Λέοντά τινα, ὃν λέων ἐπὶ τοῦ λάρνακος ἔσκεπε λίθινος·*

Ἀλλ' εἰ μὴ θυμόν γε Λέων ἐμὸν οὔνομά τ' εἶχεν,
οὐκ ἂν ἐγὼ τύμβῳ τῷδ' ἐπέθηκα πόδας.

Quod insipidissimum est additamentum et quo Simonidei Epigrammatis nativa pulcritudo mirum quantum deformatur. Vide Praefat. Epigrr. p. 142. In Anth. Pal. VII, 350. tanquam Callimacheum venditatur, v. Callim. Epigr. LXVIII. Versu 1. Planudes *ὡς ὄνομ' εἶχεν.* Confer Epigramma apud Boeckh. C. Inscrr. I, p. 190. nr. 2168., quod emendavit Hermannus Opuscc. V, p. 176., ubi est:

Ἦ ῥ' ἐτύμως τόδε σᾶμα λεόντε [σσιν πεφύλακται·]
οἳ μὲν γὰρ θηρῶν φέρτατοι, οἳ δὲ βρο [τῶν.]

Adde Antipatri Sidonii Epigr. in Anth. Pal. VII, 426.

CLXX.

Thucyd. VI, 59. *Ἱππόκλου τοῦ Λαμψακηνοῦ τυράννου Αἰαντίδῃ τῷ παιδὶ θυγατέρα ἑαυτοῦ μετὰ ταῦτα Ἀρχεδίκην Ἀθηναῖος ὢν Λαμψακηνῷ ἔδωκεν, αἰσθανό-*

μενος αὐτοὺς μέγα παρὰ βασιλεῖ Δαρείῳ δύνασθαι· καὶ αὐτῆς σῆμα ἐν Λαμψάκῳ ἐστὶν ἐπίγραμμα ἔχον τόδε·

Ἀνδρὸς ἀριστεύσαντος ἐν Ἑλλάδι τῶν ἐφ' ἑαυτοῦ
Ἱππίου Ἀρχεδίκην ἥδε κέκευθε κόνις·
ἣ πατρός τε καὶ ἀνδρὸς ἀδελφῶν τ' οὖσα τυράννων
παίδων τ', οὐκ ἤρθη νοῦν ἐς ἀτασθαλίην.

Simonidi vindicatur testimonio Aristotelis Rhet. I, 9, 31. ubi tertius versus affertur. Hippoclum a partibus Darii stetisse Herod. IV, 138. docet. Dedit autem Hippias filiam Archedicam Aeantidae tres fere annis antequam ipse patria pulsus Lampsacum confugeret, v. Thuc. l. c. Ceterum de versu primo v. Prolegg. p. IX.

CLXXI.

Anth. Pal. VII, 25. Σιμωνίδου εἰς Ἀνακρέοντα τὸν Τήϊον·

Οὗτος Ἀνακρείοντα, τὸν ἄφθιτον εἵνεκα Μουσέων
ὑμνοπόλον, πάτρης τύμβος ἔδεκτο Τέω·
ὃς Χαρίτων πνείοντα μέλη, πνείοντα δ' Ἐρώτων
τὸν γλυκὺν ἐς παίδων ἵμερον ἡρμόσατο.
Μοῦνος δ' εἰν Ἀχέροντι βαρύνεται, οὐχ ὅτι λείπων
ἠέλιον, Λήθης ἐνθάδ' ἔκυρσε δόμων,
ἀλλ' ὅτι τὸν χαρίεντα μετ' ἠϊθέοισι Μεγιστέα
καὶ τὸν Σμερδίεω Θρῆκα λέλοιπε πόθον·
μολπῆς δ' οὐ λήγει μελιτερπέος, ἀλλὰ τὸ κλεινὸν
βάρβιτον οὐδὲ θανὼν εὔνασεν εἰν Ἀΐδῃ.

Versu 1. Μουσῶν vulgo; Μουσέων Iacobsius. 2. ὑμνοπόλων Pal. 6. δόμῳ Planudes. 9. οὐ λήθει Pal. et codd. quidam Plan., vulgo οὐ λήθῃ. Verae scripturae vestigia servat Suidas v. Μολπή. — Καὶ αὖθις· μολπῆς δ' οὐ λῆγεν μελιτερπέος, unde λήγει restituit Porsonus Misc. Critt. p. 258. Eodem versu ἀλλ'

ἔτ' ἐκεῖνο vulgo, Pal. ἐκεῖνον praebet. Verum id Simonides ἀλλ' ἔτι κεῖνον scripsisset. Scabra autem junctura ἔτι βάρβιτον οὐδὲ θανὼν εὔνασεν et κεῖνον ambigue dictum est. Nos leni mutatione verum nobis restituisse videmur. De Smerdie Thrace locos veterum scriptorum collegit Bergkius Anacreont. p. 158., de Megiste dixit p. 205. De indole epigrammatis v. Praefat. Epigrr. p. 136.

CLXXII.

Anth. Pal. XIII, 26. Σιμωνίδου·

Μνήσομαι, οὐ γὰρ ἔοικεν ἀνώνυμον ἐνθάδ' Ἀρχεναύτεω
κεῖσθαι θανοῦσαν ἀγλαὰν ἄκοιτιν
Ξανθίππην, Περιάνδρου ἀπέκγονον, ὅς ποθ' ὑψιπύργου
σήμαινε λαοῖς τέρμ' ἔχων Κορίνθου.

Versu 4. ἕρμ' cum Salmasio Brunckius. Codicis scripturam adstruxit Buttmann. Lexilog. I, p. 113., qui apte comparat Eurip. Suppl. 617. Deos ἁπάντων τέρματ' ἔχοντας.

CLXXIII.

Anth. Pal. VII, 511. Σιμωνίδου εἰς Μεγακλέα·

Σῆμα καταφθιμένοιο Μεγακλέος εὖτ' ἂν ἴδωμαι,
οἰκτείρω σε, τάλαν Καλλία, οἷ' ἔπαθες.

Quem dicat poeta Megaclem, quem Calliam parum compertum est. Athenienses certe erant, quibuscum poetam consentaneum est familiariter consuesse. Fortasse particula est Elegiae.

CLXXIV.

Anth. Pal. VII, 509. Σιμωνίδου· εἰς Θέογνιν τὸν Σινωπέα·

Σῆμα Θεόγνιδος εἰμὶ Σινωπέος, ᾧ μ' ἐπέθηκεν
Γλαῦκος ἑταιρείης ἀντὶ πολυχρονίου.

Versu 1. Σινωπέος Pal. Vulgo Σινωπέως. Theognidem non in patria obiisse illud ipsum fidem facit, quod additum est Σινωπέος.

CLXXV.

Anth. Pal. VII, 510. *Σιμωνίδου εἰς Κλεισθένην ναυηγὸν Χῖον·*

Σῶμα μὲν ἀλλοδαπὴ κεύθει κόνις, ἐν δέ σε πόντῳ,
Κλείσθενες, Εὐξείνῳ Μοῖρ' ἔκιχεν θανάτου
πλαζόμενον· γλυκεροῦ δὲ μελίφρονος οἴκαδε νόστου
ἤμπλακες οὐδ' ἵκεις ἐς Χίον ἀμφιρύτην.

Versu 1. Σῆμα Pal., σῶμα Plan. 2. κὴρ ἔκιχεν Plan. 4. Vulgo: οὐδ' ἵκευ Χῖον ἐς (ἐπ' Pal.) ἀμφιρύτην, quae corruptelam traxisse mensura vocis Χίος arguit. Quare leni mutatione locum sanavimus. Initio versus ἤμβροτες Plan. Cum forma ἀμφιρύτην, qua et Homerus utitur, confer Fr. Thren. L, 3. ἀδιάντοισι παρειαῖς et vide Pindarica apud Boeckh. Nott. Critt. p. 559.

CLXXVI.

Anth. Pal. VII, 514. *Σιμωνίδου· εἰς Κλεόδημον ὑπὸ Θρᾳκῶν ἀναιρεθέντα καὶ Κλέεννον Διφίλου υἱόν·*

Αἰδὼς καὶ Κλεόδημον ἐπὶ προχοῇσι Θεαίρου
ἀενάου στονόεντ' ἤγαγεν εἰς θάνατον
Θρηικίῳ κύρσαντα λόχῳ· πατρὸς δὲ κλεεινὸν
Διφίλου αἰχμητὴς υἱὸς ἔθηκ' ὄνομα.

Quod lemma de Cleenno, Diphili filio, narrat, inepta interpretatio versus tertii erroris fons est. »Pudor et Cleodemum morti dedit,« scilicet quod fuga salutem petere dedignatus erat. Cfr. Anacreontis Epigr

XVI, 1. *Καὶ σὲ, Κλεηνορίδη, πόθος ὤλεσε πατρίδος αἴης.*

Versu 1. *Κλεόδαμον* Brunckius. De *Θεαίρῳ* Thraciae fluvio memorabilis exstat locus Herodoti IV, 90., cui *Τέαρος* sonat. 3. *κλεεννὸν* Pal. Nos cum Reiskio *κλεεινὸν* dialecti gratia scripsimus, quae est Ionica. *Αἰχμητὴς υἱὸς* ob nobilitatem dici videtur, non propter bellicam virtutem, v. Welcker. Theogn. Prolegg. p. XXXVI.

CLXXVII.

Anth. Pal. VII, 302. *Σιμωνίδου· εἰς Νικόδικον·*

Τῶν αὐτοῦ τις ἕκαστος ἀπολλυμένων ἀνιᾶται·
Νικόδικον δὲ φίλοι καὶ πόλις ἥδε ποθεῖ.

Versu 1. *Αὑτοῦ* Pal. Urs. *αὐτοῦ* Plan. 2. *Ποθεῖ* scripsimus: Pal. a manu prima *πολλή*, ab altera *πόλη*, unde cum Salmasio Iacobsius: *Νικοδίκου δὲ φ. κ. π. ἥδε Πόλη*, quae est civitas Istriae, aliis vel *Πόλα* vel *Πόλαι* appellata, v. Callimachi Fr. CIV. Quae emendatio vel ideo perversa est, quod *πόλις ἥδε* adjecto nomine ipso urbis dici non potuit. Sensit vitium Planudes, qui in sedem vitii reduxit vitium: *πόλις ἥδε κλάει.* Apud Ursinum versus alter ita scriptus est: *Νικόδημον δὲ, φίλοι, καὶ πόλις ἥδε κλάει.*

CLXXVIII.

Anth. Pal. VII, 105. *Σιμωνίδου·*

Χαίρει τις, Θεόδωρος ἐπεὶ θάνον· ἄλλος ἐπ' αὐτῷ
χαιρήσει· θανάτῳ πάντες ὀφειλόμεθα.

Versu 1. *τίς* Pal. Fortasse Epigramma joculare, ut infra Epigr. CLXXXVI. Theodorus nomen defuncti est, quod commemorandum erat. Iacobsius non recte *τις Θεόδωρος* jungit.

CLXXIX.

Anth. Pal. VII, 300. *Σιμωνίδου· εἰς Πυθώνακτα καὶ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ·*

Ἐνθάδε Πυθώνακτα κασίγνητόν τε κέκευθε
γαῖ', ἐρατῆς ἥβης πρὶν τέλος ἄκρον ἰδεῖν.
Μνῆμα δ' ἀποφθιμένοισι πατὴρ Μεγάριστος ἔθηκεν
ἀθάνατον, θνητοῖς παισὶ χαριζόμενος.

Versu 1. *κασίγνητε* (sup. *την*) *κεκεύθει* Pal., sed in margine: *γρ. κασίγνητόν τε κέκευθε,* quod cum Iacobsio recepimus. Planudes *κασιγνήτην τε κεκεύθει.* 2. *Γᾶ* Ursinus. Fortasse *γῆ* scribendum. 3. *μέγ' ἀριστος* Pal. *μέγ' ἄριστον* Plan. Emendavit Grotius. 4. *χαριζόμενον* (sup. *ς*) Pal. En vero Simonidem monumento humanis manibus facto aeternitatem pollicitantem. Ut fere eorum oblitus videatur, quibus in Lindium civem invectus est. Verum enim vero extenuatur magniloquentia eo, quod *ἀθάνατον* voci *θνητοῖς* ex adverso apposuit. Confer Prolegg. p. XXXIII.

CLXXX.

Anth. Pal. VII, 507. *Εἰς Γόργιππον ἐπιτύμβιον Σιμωνίδου·*

Ἄνθρωπ', οὐ Κροίσου λεύσσεις τάφον, ἀλλὰ γὰρ ἀνδρὸς
χερνήτεω· μικρὸς τύμβος, ἐμοὶ δ' ἱκανός.
Οὐκ ἐπιδὼν νύμφεια λέχη κατέβην τὸν ἄφυκτον
Γόργιππος ξανθῆς Φερσεφόνης θάλαμον.

In Planudea prius tantum distichon exstat sub nomine *Alexandri*. Versu 1. *λεύσεις* Pal. 3. *ἐπίδων* (sup. *ο*) Pal. 4. *θάλαμος* Pal.

CLXXXI.

Anth. Pal. VII, 177. *Σιμωνίδου·*

Σᾶμα τόδε Σπίνθηρι πατὴρ ἐπέθηκε θανόντι.

Σπινθῆρι Pal. Correxit Iacobsius.

CLXXXII.

Iacobsius in Nott. Critt. Anth. Pal. VII, 254. *Εἰς* (ita teste Paulssenio codex) *Βρόταχον Σιμωνίδου·*

Κρὴς γενεὰν Βρόταχος Γορτύνιος ἐνθάδε κεῖμαι,
οὐ κατὰ τοῦτ' ἐλθών, ἀλλὰ κατ' ἐμπορίαν.

Versu 1. *Κρῆς* Pal. teste Paulssenio. 2. *ἐμπορίην* Pal.

CLXXXIII. IV.

Anth. Pal. VII, 77. *Εἰς Σιμωνίδην Σιμωνίδου·*

Οὗτος ὁ τοῦ Κείοιο Σιμωνίδεω ἐστὶ σαωτήρ, 183
ὃς καὶ τεθνηὼς ζῶντι παρέσχε χάριν.

In superiore margine paginae codicis haec leguntur: *Σιμωνίδης εὑρὼν νεκρὸν ἐν νήσῳ καὶ θάψας ἐπέγραψεν·*

Οἱ μὲν ἐμὲ κτείναντες ὁμοίων ἀντιτύχοιεν, 184
Ζεῦ Ξένι'· οἱ δ' ὑπὸ γᾶν θέντες ὄναιντο βίου.

Ὁ ταφεὶς νεκρὸς ἐπιφανεὶς τῷ Σιμωνίδῃ ἐκώλυσε πλεῖν· διὸ τῶν συμπλεόντων μὴ πεισθέντων, αὐτὸς μείνας σώζεται καὶ ἐπιγράφει τόδε τὸ ἐλεγεῖον τῷ τάφῳ· Οὗτος sqq.

Prius illud Epigramma servarunt Scholl. Aristid. Panath. p. 201. Frommel. *Πλέων Σιμωνίδης προσέσχε τινὶ τόπῳ καὶ λείψανον εὑρὼν κοσμήσας ἔθαψε καὶ κοιμηθέντι παρέστη τοῦ λειψάνου τὸ εἴδωλον συμβουλεῦον μὴ πλεῖν· ὁ δὲ ἀναστὰς τοῖς ναύταις ἀνεκοινοῦτο. οἱ δὲ μὴ πεισθέντες ἀνήγοντο, αὐτὸς δὲ κατέμεινεν ἐκεῖ. Χειμῶνι δὲ χρησάμενοι ναυαγίῳ περιέπεσον. Καὶ ἐπὶ τούτῳ*

τιμᾷ Σιμωνίδης αὐτὸν ἐπιγράμματι· Οὗτος sqq. Tzetzes Chill. I, 24.

Ὁ δ' Ἀριστείδης γέγραφεν ἀνδρὸς εὐχαριστίαν.
Πλέων φησὶ γὰρ ὁ ἀνὴρ ἄταφον εὗρε νέκυν,
ὅνπερ τιμήσας ἔθαψεν· ὄναρ φανεὶς δ' ὁ νέκυς
λέγει, μὴ πλεύσῃς ἄνθρωπε· ναυτῶν δὲ μὴ πεισθέντων
μόνος ὁ Σιμωνίδης μὲν συμπλέειν ἀπελείφθη.
Οἱ δὲ πάντες ἀπώλοντο τυχόντες ναυαγίας.
Εὐχάριστον δ' ἐπίγραμμα γράψας ὁ Σιμωνίδης
τῇ στήλῃ παρενέγραψε νεκροῦ τοῦ σεσωκότος·
Οὗτος ὁ τοῦ sqq.

Haec ex Scholiis desumpsit: Aristides ipse nihil nisi haec: Καίτοι τοῦτό ἐστιν ἐγγυτέρω θρήνου τινὸς ἢ μέμψεως καὶ τιμῶντος μᾶλλον ἢ κακίζοντος. ὥσπερ οὓς Σιμωνίδης εἰώθει τιμᾶν ἐν τοῖς Ἐπιγράμμασιν.

Versu 1. τοῦ Κείου Tzetzes; Urs. ex codice Scholl. Aristidis οὗτος ὁ Κείου. Ibidem Σιμωνίδου Pal.

2. τεθνηὼς Schol. et Urs., τεθνηιὼς Pal. altero loco, τεθνειὼς Tzetz. et Pal. altero loco. Ibidem solus Pal. ζῶντ' ἀπέδωκε χάριν. Dixerunt praeter alios de elisione ι literae in dandi casu Boeckhius Nott. Critt. Pind. p. 394. et Iacobsius A. P. p. 96, nr. 52. Nobis apud optimos poetas tum demum elidi ι solere, si accedat alter dativus, unde caveatur error, stat sententia.

Alterum Epigramma rursus exstat Anth. Pal. VII, 516. Σιμωνίδου εἰς τινὰ ὑπὸ λῃστῶν ἀναιρεθέντα. Id forsitan ab altera parte columnae incisum fuit, si vere auctorem habet Simonidem. Certe sententia ipsa poeta dignissima, si contuleris quae disserit Fr. Inc. CXIV.

Rem ipsam, quae ubi acciderit, reliqui scriptores vel plane non memorant vel non distincte tradunt, diligentissime persequitur Libanius Sophista Tom. IV, p.

1101. Rsk., quem locum facile sibi quisque integrabit: *Ἐχώρει μὲν ἐπὶ Τάραντα Σιμωνίδης ὁ Κεῖος Λεωπρεποῦς ὁ ποιητής. νεκρὸν δὲ ἄταφον ὡς ἐπεῖδεν ἐῤῥιμμένον, ἠλέησέ τε καὶ θάπτει· ἡμέρᾳ τῇ μετὰ τὴν ταφὴν πλεῖν ἐς Σικελίαν ὀνειράτων * τοῦτόν γ' ὀνείρατι κωλύων. πείθεται μὲν ὁ Σιμωνίδης καὶ μένει. Πλεῖ δὲ ἡ ναῦς καὶ βαπτίζεται. * δὲ εἰς Τάραντα κομίσαντος τὸ πάθος, ἐγίνετο ὅσα εἰκὸς ἐπὶ τοιούτου κακοῦ. Σιμωνίδης δὲ στεφάνους τῇ στήλῃ περιέθηκε καὶ ἐναγίσας τῷ νεκρῷ σωτῆρα αὑτοῦ τὸν κείμενον ἐκήρυξεν ἐπιγράμματι· καὶ τοῦτο ἡ στήλη δείκνυσιν.* Respicit his verbis ad prius Epigramma. Minus accurate Cicero de Divin. I, 27., II, 66., Valer. Max. I, 7. Hoc loco commemoranda est eximia conjectura Emperii nostri, qui locum poetae lyrici apud Plutarch. Reip. Ger. Praecc. II, p. 798, C. ad Simonideum carmen, quod scripserit in rem illam singularem, referendum censet. Cujusmodi carmen lyricum exstitisse erit qui colligat ex Valerio Maximo: »Memor Simonides beneficii *elegantissimo carmine* aeternitati consecravit, melius illi et diuturnius in animis hominum sepulcrum constituens, quam in desertis et ignotis arenis struxerat.« Compares cum hoc quod ponimus carmine id, quod scripsit in Tempestatem Fr. Hymn. XXXVIII. Accipe locum Plutarchi: *Πολλοὶ ἀπὸ τῆς τύχης ἁψάμενοι τῶν κοινῶν καὶ ἀναπλησθέντες οὐκέτι ῥᾳδίως ἀπελθεῖν δύνανται, ταὐτὸ τοῖς ἐμβᾶσιν εἰς πλοῖον αἰώρας χάριν, εἶτ' ἀποσπασθεῖσιν εἰς πέλαγος πεπονθότες, ἔξω βλέπουσι ναυτιῶντες καὶ ταραττόμενοι, μένειν δὲ καὶ χρῆσθαι τοῖς παροῦσιν ἀνάγκην ἔχοντες· Λευκᾶς καθύπερθε γαλάνας εὐπρόσωποι σφᾶς παρήϊσαν ἔρωτες ναΐας κληΐδος χαράξει πόντου δαιμονίαν ἐς ὕβριν.* Haec Xylandro auctore

Pindaro tribuebantur, v. Boeckh. Pind. Frr. p. 668., quum aperte Simonideum colorem prae se ferant. Ea ita emendavit Hermannus apud Boeckhium l. c.

Λευκᾶς καθύπερθε γαλάνας εὐπρόσωποι
σφὰς παρέπεισαν ἔρωτες ναΐας
κλαΐδος πόντου χάραξιν δαιμονίαν ἐς ὕβριν.

Quorum aperte fatemur nihil fere assensu nostro posse comprobari: *κλαΐς* nonnisi plurali numero significat *transtra; πόντου* a vv. *δαιμονίαν ἐς ὕβριν* nullo pacto debebat avelli, transpositio periculosa, denique structura verborum a Simonidea tenuitate mirifice recedit. Ex Xylandri codice affertur *παρῆσαν* et *χαράζει*, sed *ξ* supra *ζ* posito. Nobis haec potius Simonidea videntur:

Λευκᾶς καθύπερθε γαλάνας
εὐπρόσωπος σφὰς παρακνίξας γέλως
ναΐαις κλάδεσσ' ἀράξει πόντου δαιμονίαν ἐς ὕβριν.

— ◡́ ◡ ◡ — ◡ ◡ — —
—́ ◡ — — —́ ◡ — — —́ ◡ —
—́ ◡ — — —́ ◡ — — —̀ — —́ ◡ ◡ — ◡ ◡ ×

Candidi in superficie aequoris blandus risus demulcens eos cum navi jactabit in maris summum furorem. Loquens induxit, opinor, poeta *εἴδωλον*, ut facere amat, v. Prolegg. p. XLIII. *Παρακνίξας* vel simile vocabulum quum in verbum pluralis numeri abisset, *εὐπρόσωπος γέλως* et ipsum vitiatum est in *εὐπρόσωποι ἔρωτες*, ut verbum haberet subjectum; *γέλως* de mari sereno dicitur frequenti translatione verbi *γελᾶν*, de qua v. I. H. Voss. ad Homer. Hymn. Cerer. 13.; *κλάδεσσ' ἀράξει* autem abierat in *κληΐδος χαράξει*, quod ortum postquam *ἀράξει* finalem literam antecedentis vocis arripuit.

CLXXXV.

Pollux Onom. V, 47. (Iacobs. Append. Epigrr. 80.) *Ἔνδοξον δὲ καὶ Λυκάδα τὴν Θετταλὴν Σιμωνίδης ἐποίησε, γράψας τουτὶ τοὐπίγραμμα ἐπὶ τῷ τάφῳ τῆς κυνός·*

Ἦ σεῦ καὶ φθιμένας λεύκ' ὀστέα τῷδ' ἐνὶ τύμβῳ
ἴσκω ἔτι τρομέειν θῆρας, ἀγρῶστι Λυκάς·
τὰν δ' ἀρετὰν οἶδεν μέγα Πάλιον ἅ τ' ἀρίδαλος
Ὄσσα, Κιθαιρῶνός τ' οἰονόμοι σκοπιαί.

Versu 1. *Ἧς αὖ κ. φ. λευκοστεάτῳ ἐνὶ τύμβῳ* libri: emendarunt Stephanus et Salmasius. 2. *ἄγρωσσα* libri: restituit Schneiderus, cui assentitur Lobeckius in Soph. Ajac. p. 274. ed. I. 3. *σὰν δ' ἀρ.* conjecit Iacobsius, praeter necessitatem. Ibidem legebatur *Πήλιον*. De voce *ἀρίδαλος* v. Buttmannum Lexil. I, p. 255. Ceterum cfr. Prolegg. p. X.

CLXXXVI.

Athen. X, p. 415, F. *Τιμοκρέων ὁ Ῥόδιος ποιητὴς καὶ ἀθλητὴς πένταθλος ἐνέφαγε καὶ ἔπιεν, ὡς τὸ ἐπὶ τοῦ τάφου αὐτοῦ ἐπίγραμμα δηλοῖ·*

Πολλὰ πιὼν καὶ πολλὰ φαγὼν καὶ πολλὰ κάκ' εἰπὼν
ἀνθρώπους κεῖμαι Τιμοκρέων Ῥόδιος.

Anth. Pal. VII, 348. *Εἰς Τιμοκρέοντα τὸν Ῥόδιον. Σιμωνίδου.* Versu 1. *φαγὼν καὶ π. πιὼν* Planudes. 2. *ἀνθρώποις* Pal. Sepulcro haec inscripta nemo crediderit: jure lusum poetae Cei in adversarium vel vivum vel mortuum censet Boeckhius de Timocr. Rhod. p. 3. et Clintonus Fastt. Hell. Olymp. LXXVII, 2. Vide Prolegg. p. XVIII. Traductum Epigramma a poeta *ἀδήλῳ* Anth. Pal. VII, 349.

Βαιὰ φαγὼν καὶ βαιὰ πιὼν καὶ πολλὰ νοσήσας
ὀψὲ μέν, ἀλλ' ἔθανον· ἔῤῥετε πάντες ὁμοῦ.

De voracitate hominis agit Athenaeus l. c.

B. ʼΑΝΑΘΗΜΑΤΙΚΑ.

CLXXXVII.

Hephaestion. p. 14. Pauv. et Eustath. Il. Ξ, p. 975, 3. *Πᾶν μέτρον εἰς τελείαν περατοῦται λέξιν, ὅθεν ἐπίληπτά ἐστι τὰ τοιαῦτα Σιμωνίδου ἐκ τῶν Ἐπιγραμμάτων·*

Ἦ μέγ' Ἀθηναίοισι φόως γένεθ', ἡνίκ' Ἀριστο-
γείτων Ἵππαρχον κτεῖνε καὶ Ἁρμόδιος.

Proclive est suspicari subscripta haec fuisse statuis in honorem tyrannicidarum erectis, cfr. Prolegg. p. IX. Apud Eustathium *Ἁρμόδιον* scribitur.

CLXXXVIII.

Herod. V, 77.

Ἔθνεα Βοιωτῶν καὶ Χαλκιδέων δαμάσαντες
παῖδες Ἀθηναίων ἔργμασιν ἐν πολέμου,
δεσμῷ ἐν ἀχλυόεντι σιδηρέῳ ἔσβεσαν ὕβριν·
τῶν ἵππους δεκάτην Παλλάδι τάσδ' ἀνέθεν.

Athenienses in expeditione contra Boeotos et Chalcidenses, de qua dictum est supra ad Epigr. CXLVIII., quos reddiderant captivos, vinctos custodiebant, donec non exiguo pretio redimerentur: tum vincula in arce suspensa. Pergit Herodotus, ex quo sua hausit Schol. Aristid. Panath. p. 46. Frommel., ita: *Καὶ τῶν λύτρων τὴν δεκάτην ἀνέθηκαν ποιησάμενοι τέθριππον χάλκεον· τὸ δὲ ἀριστερῆς χερὸς ἕστηκε πρῶτον ἐσιόντι ἐς τὰ προπύλαια τὰ ἐν τῇ ἀκροπόλι· ἐπιγέγραπται δέ οἱ τάδε· Ἔθνεα κτλ.* Diodorus Exce. Vatt. I, 7, 46. *Ὅτι Ἀθηναῖοι δεξιῶς τῇ νίκῃ* (f. *τύχῃ*) *χρησάμενοι καὶ νικήσαντες Βοιωτούς τε καὶ Χαλκιδεῖς εὐθὺς ἀπὸ τῆς μάχης Χαλκίδος ἐκυρίευσαν·*

ἐκ τῆς δεκάτης τῆς τῶν Βοιωτῶν ὠφελείας ἅρμα χαλκοῦν εἰς τὴν ἀκρόπολιν ἀνέθεσαν τόδε τὸ ἐλεγεῖον γράψαντες· Ἔθνεα κτλ. Adde Paus. I, 28, 2. et Himer. Orat. II, 12. Ceo poetae vindicamus auctoritate Aristidis περὶ παραφθέγμ. III, p. 647. Canter.

Ἔθνεα Βοιωτῶν καὶ Χαλκιδέων δαμάσαντες
παῖδες Ἀθηναίων

οἶμαι λέγει τὸ ἐπίγραμμα (Simonidis), καὶ πολλὰ ἕτερα, νὴ Δί', ἀλλὰ ταῦτα Ἀττικὰ καὶ θερμότερα. In Anth. Pal. VI, 343. inscriptum est: Ἄδηλον. Ἡροδότου.

Versu 2. ἕρμασιν Herodoti cod. Paris. B. Tum ἐκ πολέμου ejusdem codd. Schellershem. et Paris. B, codex Anth. Pal.; ἐν πολέμῳ Paris. D. et Diodori Romana.

3. ἀχνυθέντι codd. Schellershem. et Paris. B.; ἀχνυνθέντι Medic. Askev. et Anthologiae Pal. De hoc δέσμῳ ἀχλυόεντι Herodotus l. c.: Τὰς πέδας αὐτῶν, ἐν τῇσι ἐδεδέατο, ἀνεκρέμασαν ἐς τὴν ἀκρόπολιν· αἵπερ ἔτι καὶ ἐς ἐμὲ ἦσαν περιεοῦσαι κρεμάμεναι ἐκ τειχέων περιπεφλευσμένων πυρὶ ὑπὸ τοῦ Μήδου, ἀντίον δὲ τοῦ μεγάρου τοῦ πρὸς ἑσπέρην τετραμμένου. Ibidem ἔσβεσεν Pal. Anth. 4. ὧν Diodorus. Ibidem ἀνέθεσαν codex Herodoti optimus Sancroftianus, quo indicio ἀνέθεν restituimus, qua de forma v. ad Epigr. CXC, 2. Vulgo ἔθεσαν.

CLXXXIX.

Anth. Planud. 232. Iacobs. Σιμωνίδου·

Τὸν τραγόπουν ἐμὲ Πᾶνα, τὸν Ἀρκάδα, τὸν κατὰ Μήδων,
τὸν μετ' Ἀθηναίων στήσατο Μιλτιάδης.

Statua Panis a Miltiade dedicata post victoriam Marathoniam Dei illius, ut putabatur, auxilio reportatam: eidem publice aedes exstructa sub arcem, de qua v. He-

rod. VI, 105., Eurip. Ion. 506. alios. Ad Salaminem auxiliatum Panem Scholiasta in Soph. Aj. 694. commentus est.

CXC.

Plutarch. de Herod. Malign. p. 870, F. *Διοδώρου τινος τῶν Κορινθίων τριηραρχῶν ἐν ἱερῷ Δητοῦς ἀναθήμασι κειμένοις καὶ τοῦτο ἐπιγέγραπται·*

Ταῦτ' ἀπὸ δυςμενέων Μήδων ναῦται Διοδώρου
ὅπλ' ἀνέθεν Λατοῖ μνάματα ναυμαχίας.

Anth. Pal. VI, 215. *Σιμωνίδου· ἀνάθημα τῇ Λητοῖ παρὰ ναυτῶν.* Cfr. Prolegg. p. XXVIII.

Versu 1. *ἀπὸ δυσαμένων* Pal. 2. Libri: *ἀνέθεντο Λατοῖ*: emendarunt Blomfieldius Addend. ad Aesch. Perss. 994. et Boeckhius Indic. Lectt. Berolin. 1818. Comparatur inscriptio galeae in Alpheo repertae vetustissima in Corp. Inscrr. I, nr. 29. *Τἀργεῖοι ἀνέθεν τῷ ΔιϜὶ τῶν Κορινθόθεν.* Pind. Pyth. III, 65. *τίθεν.* Et cfr. Epigr. CLXXXVIII, 4. — Ibidem *ναυμαχίης* Plutarchus.

Arma illa dedicata Latonae, matri Dianae, post pugnam Artemisiam.

CXCI.

Diodorus Sic. XI, 14 (Iacobs. Append. Epigrr. 242.) *Οἱ Δελφοὶ τῆς τῶν θεῶν ἐπιφανείας ἀθάνατον ὑπόμνημα καταλιπεῖν τοῖς μεταγενεστέροις βουλόμενοι τρόπαιον ἔστησαν παρὰ τὸ τῆς Προναίας Ἀθηνᾶς ἱερὸν, ἐν ᾧ τόδε τὸ ἐλεγεῖον ἐνέγραψαν·*

Μνᾶμά τ' ἀλεξάνδρου πολέμου καὶ μάρτυρα νίκας
Δελφοί με στᾶσαν Ζανὶ χαριζόμενοι,
σὺν Φοίβῳ πτολίπορθον ἀπωσάμενοι στίχα Μήδων
καὶ χαλκοστέφανον ῥυσάμενοι τέμενος.

Carmen non sine lepido errore — de Alexandro Magno sermonem esse opinatur — affert Arsenius Violet. p. 97. omisso et ipse nomine auctoris, quem Simonidem esse confidenter posuimus. De re ipsa v. Herod. VIII, 35 sqq. Paus. X, 8, 4.

Versu 3. 4. ne sibi arrogarent Delphi quod fuisset Deorum, Valckenaerius *ἀπωσαμένοις* et *ῥυσαμένοις* corrigendum censebat. Lenior insolentiae Delphorum medela debetur Iacobsio, qui incisionem post *Φοίβῳ* positam sustulerit. Iure autem et merito cum Phoebo ipsi Medorum exercitum reppulisse gloriantur, v. Herod. VIII, 37.

CXCII.

Plutarch. de Herod. Malign. p. 867, E. (Iacobs. Append. Epigrr. nr. 293.) *Εἶτα πιστεύειν ἄξιον τούτῳ γράφοντι περὶ ἀνδρὸς ἢ πόλεως μιᾶς, ὃς ἑνὶ ῥήματι τὸ νίκημα τῆς Ἑλλάδος ἀφαιρεῖται καὶ τὸ τρόπαιον καθαιρεῖ καὶ τὰς ἐπιγραφὰς, ἃς ἔθεντο παρὰ τῇ Ἀρτέμιδι τῇ Προσηώᾳ κόμπον ἀποφαίνει καὶ ἀλαζονείαν; ἔχει δὲ οὕτω τὸ ἐπίγραμμα·*

Παντοδαπῶν ἀνδρῶν γενεὰς Ἀσίας ἀπὸ χώρας
παῖδες Ἀθηναίων τῷδέ ποτ' ἐν πελάγει
ναυμαχίᾳ δαμάσαντες, ἐπεὶ στρατὸς ὤλετο Μήδων,
σήματα ταῦτ' ἔθεσαν παρθένῳ Ἀρτέμιδι.

Idem Themistocl. VIII. *Ἐν μιᾷ τῶν στηλῶν* (quae circa templum Dianae *Προσηῴας κύκλῳ λίθου λευκοῦ πεπήγασιν*) *ἐλεγεῖον ἦν τόδε γεγραμμένον· Παντοδαπῶν κτλ.*, ubi versu 1. *Ἀσίης*, v. 3. *ναυμαχίῃ* exstat. Hoc quoque Epigramma non dubitamus ad Simonidem auctorem referre.

CXCIII.

Plutarchus de Herod. Malign. p. 869. C. *Ὅτι δ'*

οὐκ ἐπαινέσαι βουληθεὶς Δημόκριτον, ἀλλ' ἐπ' αἰσχύνῃ Ναξίων συνέθηκε τὸ ψεῦδος, δῆλός ἐστι τῷ παραλιπεῖν ὅλως καὶ παρασιωπῆσαι τὸ Δημοκρίτου κατόρθωμα καὶ τὴν ἀριστείαν, ἣν ἐπιγράμματι Σιμωνίδης ἐδήλωσε·

Δημόκριτος τρίτος ἦρξε μάχης, ὅτε πὰρ Σαλαμῖνα
Ἕλληνες Μήδοις σύμβαλον ἐν πελάγει·
πέντε δὲ νῆας ἕλεν δηΐων, ἕκτην δ' ὑπὸ χειρῶν
ῥύσατο βαρβαρικῶν Δωρίδ' ἁλισκομένην.

De Democrito simpliciter Herod. VIII, 46. *Νάξιοι παρείχοντο τέσσερας· ἀποπεμφθέντας μὲν οὖν ἐς τοὺς Μήδους ὑπὸ τῶν πολιητέων, κατάπερ ὧλλοι νησιῶται· ἀλογήσαντες δὲ τῶν ἐντολέων ἀπίκατο ἐς τοὺς Ἕλληνας, Δημοκρίτου σπεύσαντος, ἀνδρὸς τῶν ἀστῶν δοκίμου καὶ τότε τριηραρχέοντος.* V. Prolegg. p. XXIX.

Versu 1. *ἦρχε* Ursinus. 3. *ὑπὸ χεῖρα ῥύσατο βαρβαρικὸν* vulgo: et ita Ursinus: *βαρβαρικὴν* Wyttenbachii codd. BE: *ἀπὸ χειρὸς ῥ. βαρβαρικῆς* Turn. Vulc. Bong. idque placebat Iacobsio: *ἀπὸ χειρῶν ῥ. βαρβαρικῶν* Reiskius, quod ita suscepimus, ut *ὑπὸ* tueremur: nam Turnebi aliorumque scriptura vix dubitamus quin ex ingenio profecta sit, non hausta ex libris. Ita Homerus Il XVII, 224. *τέκνα ῥύοισθε φιλοπτολέμων ὑπ' Ἀχαιῶν.* Democritus navem Doriensem jam a barbaris captam ex manibus eorum eripuit.

CXCIV.

Theopompus Athen. XIII, p. 573, C. *Νόμιμόν ἐστιν ἀρχαῖον ἐν Κορίνθῳ, ὡς καὶ Χαμαιλέων ὁ Ἡρακλεώτης ἱστορεῖ ἐν τῷ περὶ Πινδάρου, ὅταν ἡ πόλις εὔχηται περὶ μεγάλων τῇ Ἀφροδίτῃ, συμπαραλαμβάνεσθαι πρὸς τὴν ἱκετείαν τὰς ἑταίρας ὡς πλείστας καὶ ταύτας προσεύχεσθαι τῇ θεῷ καὶ ὕστερον ἐπὶ τοῖς ἱεροῖς παρεῖναι*

Καὶ ὅτε δὴ ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα τὴν στρατείαν ἦγεν ὁ Πέρσης, ὡς καὶ Θεόπομπος ἱστορεῖ καὶ Τίμαιος ἐν τῇ ἑβδόμῃ, αἱ Κορίνθιαι ἑταῖραι ηὔξαντο ὑπὲρ τῆς τῶν Ἑλλήνων σωτηρίας εἰς τὸν τῆς Ἀφροδίτης ἐλθοῦσαι νεών· διὸ καὶ Σιμωνίδης ἀναθέντων τῶν Κορινθίων πίνακα τῇ θεῷ τὸν ἔτι καὶ νῦν διαμένοντα καὶ τὰς ἑταίρας ἰδίᾳ γραψάντων τὰς τότε ποιησαμένας τὴν ἱκετείαν καὶ ὕστερον παρούσας συνέθηκε τόδε τὸ ἐπίγραμμα·

Αἵδ' ὑπὲρ Ἑλλάνων τε καὶ εὐθυμάχων πολιητᾶν
ἔστασαν εὐχόμεναι Κύπριδι δαιμονίᾳ·
οὐ γὰρ τοξοφόροισιν ἐμήσατο δῖ' Ἀφροδίτα
Μήδοις Ἑλλάνων ἀκρόπολιν προδόμεν.

Plutarch. de Herod. Malign. p. 871, B. *Καὶ μὴν ὅτι μόναι τῶν Ἑλληνίδων αἱ Κορίνθιαι γυναῖκες εὔξαντο τὴν καλὴν ἐκείνην καὶ δαιμονίην εὐχὴν, ἔρωτα τοῖς ἀνδράσι τῆς πρὸς τοὺς βαρβάρους μάχης ἐμβαλεῖν τὴν θεόν, οὐχ ὅπως τοὺς περὶ τὸν Ἡρόδοτον ἀγνοῆσαι πιθανὸν ἦν, ἀλλ' οὐδὲ τὸν ἔσχατον Καρῶν. Διεβοήθη γὰρ τὸ πρᾶγμα καὶ Σιμωνίδης ἐποίησεν ἐπίγραμμα χαλκῶν εἰκόνων ἀνασταθεισῶν ἐν τῷ ναῷ τῆς Ἀφροδίτης· — τὸ δ' ἐπίγραμμα τοῦτό ἐστιν· Αἵδ' κτλ.* Denique Schol. Pind. Ol. XIII, 32. *Θεόπομπος φησὶ καὶ τὰς γυναῖκας τῶν Κορινθίων εὔξασθαι τῇ Ἀφροδίτῃ ἔρωτα ἐμπεσεῖν τοῖς ἀνδράσιν αὐτῶν μάχεσθαι ὑπὲρ τῆς Ἑλλάδος τοῖς Μήδοις, εἰσελθούσας εἰς τὸ ἱερὸν τῆς Ἀφροδίτης, ὅπερ ἱδρύσασθαι τὴν Μήδειαν λέγουσιν Ἥρας προσταξάσης· εἶναι δὲ καὶ νῦν ἀναγεγραμμένον ἐλεγεῖον εἰσιόντι εἰς τὸν ναὸν τῆς ἀριστερᾶς χειρός· Αἵδ' κτλ.*

Primum quod vel mulieres Corinthiae vel *ἱερόδουλοι* Veneris, de quibus v. Boeckh. Frr. Pind. p. 611., preces ad Deam fudisse dicuntur, videntur uxores Corinthiorum, ut solebat fieri, meretriculas assumpsisse. In

cujus precationis memoriam quod Plutarchus statuas aheneas positas narrat, de suo confinxit: Theopompum, ex quo et ipse sua paene ad verbum descripsit, aliter rettulisse Athenaeus et Scholiasta fidem faciunt. Et illud quidem prorsus exploditur et rei ipsius insolentia et diserto testimonio Athenaei, qui tabulam pictam ipsius aetate superfuisse affirmat. Lapsus Chaeronensis ortus ex prava scriptura versus alterius: *ἔσταθεν εὐξάμεναι.*

Cum versu 1. compara Epigr. CLXVII, 1. *Ἑλλάδι καὶ Μεγαρεῦσιν ἐλεύθερον ἆμαρ ἀέξειν* sqq. Praeclare enim universae Graeciae potior habetur suae ipsorum civitatis salute. *Ἑλλήνων* Athenaeus. Tum *εὐθυμάχων* Athenaeus, nisi quod P *ἐθυμ.*, B *εὐθυμάχων τε*, v. supra Epigr. CLXVI, 1.: Plutarchus *ἰθυμάχων*, unde Dobraeus Append. Aristoph. p. (129.) *ἰθυμαχᾶν* conjectavit; Schol. Pindari *ἀγχεμάχων*, codex Vratisl. D *ἐγχεμάχων*. In fine *πολιν ταν* Athenaei codex A, *πόλιν τῦνεστάθεν* B, *τὺνέσταθεν* P. 2. Expressimus quae una vera est scripturam Scholiastae Pindari: *Hae,* quarum nomina continebantur tabella, ***adstabant precantes Venerem.*** Plutarchus *ἔσταθεν εὐξάμεναι* prave, de qua re supra monuimus: pessime Athenaeus *ἔσταθεν εὔχεσθαι* (*εὔχεσθε* B), unde intelligitur, quo gradu ad Plutarchi depravationem natamque inde futilem de statuis positis sententiam perventum sit: nam aut *ἔστασαν εὐχόμεναι* vel *εὔχεσθαι* scribendum fuit, si tabula suspensa erat, aut, si statuae collocatae, *ἔσταθεν εὐξάμεναι.* — Ibidem *δαιμόνιαι* Plutarchus. 3. *ἐμήδετο* Plutarchus, *ἐβούλετο* Scholiasta. Tum *Ἀφροδίτη* Athenaei codex B, *δῖα θεοῖσιν Ἀφροδίτα* Schol. codex Vratisl. D, unde Boeckhio *δῖα θεάων* scribendum videbatur. 4. *Μήδοις* ex Plutarcho et Schol. suscepimus: *Πέρσαις* Athenaeus. Non est autem

de nihilo *ἐμήσατο* juxta *Μήδοις* positum. In fine denique Schol. Pindari *ἀκρόπολιν δόμεναι.* Dicitur autem Corinthus *Ἑλλάνων ἀκρόπολις,* quod propugnaculum Isthmi habebatur. Ceterum v. Prolegg. p. XXVIII.

CXCV.

Diodor. Sic. XI, 33. (Iacobs. App. Epigrr. 168.) *Οἱ Ἕλληνες ἐκ τῶν λαφύρων δεκάτην ἐξελόμενοι κατεσκεύασαν χρυσοῦν τρίποδα καὶ ἀνέθηκεν εἰς Δελφοὺς ἐπιγράψαντες ἐλεγεῖον τόδε·*

Ἑλλάδος εὐρυχόρου σωτῆρες τόνδ' ἀνέθηκαν,
δουλοσύνης στυγερᾶς ῥυσάμενοι πόλιας.

Simonidem haec auctorem habere apertum est, a quo profecta ambo Epigrammata CL. CLI., quae huic praemittit Diodorus.

CXCVI.

Anthol. Pal. VI, 214. *Ἀνάθημα Σιμωνίδου·*

Φαμὶ Γέλων', Ἱέρωνα, Πολύζαλον, Θρασύβουλον
παῖδας Δεινομένευς τὸν τρίποδ' ἀνθέμεναι,
βάρβαρα νικάσαντας ἔθνη· πολλὰν δὲ παρασχεῖν
σύμμαχον Ἕλλασιν χεῖρ' ἐς ἐλευθερίαν.

Schol. Pind. Pyth. I, 155. *Φασὶ δὲ τὸν Γέλωνα τοὺς ἀδελφοὺς φιλοφρονούμενον ἀναθεῖναι τῷ θεῷ χρυσοῦς τρίποδας, ἐπιγράψαντα ταῦτα· Φημὶ κτλ.* Epigramma inscriptum tripodi Apollini Pythio post victoriam Himerensem Olymp. LXXV, 1. a Dinomenis filiis de Carthaginiensibus aliisque barbaris gentibus apud Herod. VII, 165. reportatam, de qua Pind. Pyth. I, 75.

Παρὰ τὰν εὔϋδρον ἀκτὰν Ἱμέρα παίδεσσιν ὕμνον
Δεινομένευς τελέσαις
τὸν ἐδέξαντ' ἀμφ' ἀρετᾷ, πολεμίων ἀνδρῶν καμόντων.

Post id praelium unum esse tripodem dedicatum — nam Schol. Pind. plures missos esse et in lemmate narrat et altero versu *τοὺς τρίποδας θέμεναι* scriptum offert —, consentit cum Anthologia Diodorus Sic. XI, 26. *Χρυσοῦν τρίποδα ποιήσας* (Gelo post pugnam Himerensem) *ἀπὸ ταλάντων ἑκκαίδεκα ἀνέθηκεν εἰς τὸ τέμενος τὸ ἐν Δελφοῖς Ἀπόλλωνι χαριστήριον.* Consentiunt Phanias Eresius et Theopompus Athen. VI, p. 231, F. *Ἱστοροῦσιν οὗτοι κοσμηθῆναι τὸ Πυθικὸν ἱερὸν ὑπό τε τοῦ Γύγου καὶ τοῦ μετὰ τοῦτον Κροίσου, μεθ' οὓς ὑπό τε Γέλωνος καὶ Ἱέρωνος τῶν Σικελιωτῶν, τοῦ μὲν τρίποδα καὶ Νίκην χρυσοῦ πεποιημένα ἀναθέντος καθ' οὓς χρόνους Ξέρξης ἐπεστράτευε τῇ Ἑλλάδι, τοῦ δ' Ἱέρωνος τὰ ὅμοια.* Is tripus, si fides Diodoro, sedecim talentorum erat; sin Anthologiae, *ἑκατὸν λιτρῶν καὶ πεντήκοντα ταλάντων.* Nam in codice Palatino primum distichon excipit alterum hoc:

Ἑξ ἑκατὸν λιτρῶν καὶ πεντήκοντα ταλάντων
Δαρετίου χρυσοῦ, τᾶς δεκάτας δεκάταν.

Omissum autem est ultimum distichon, quod Schol. Pind. servavit: utrumque jam conflatum est de sententia Bentleji Opusec. p. 411. Lips. Primum hoc omni dubitatione vacat, si genuini sunt versus tertius et quartus, excidisse in codice Palatino ultimum distichon, sine quo Epigramma mancum esset et imperfectum: nam cujus decimae decima Deo oblata esset ignoraretur. Deinde quaerendum, num credibile sit, si quinquaginta talenta aequabat tripus, Diodorum tam graviter lapsum esse, ut sedecim talentorum donarium missum referret. Denique quid *Δαρετίου χρυσοῦ* significet investigandum. Exstat eadem scriptura apud Suidam v. *Δαρετίου· τὸν τρίποδα δ' ἀνθέμεναι ἐξ ἑκατὸν λιτρᾶν καὶ πεντήκοντα*

ταλάντων Δαρετίου χρυσοῦ, τὰς δεκάτας. (τὰς δεκάτας et codex P.) Id Δαμαρετίου scribendum conjicit Bentlejus pronunciandumque ita, ut paeon loco dactyli positus sit. *Damaretium* autem *aurum* esse numum Damaretium, quem cudendum curavit Damareta, Gelonis uxor, quae una potissimum pacem Carthaginiensibus conciliasset: Diod. Sic. XI, 26. Οἱ Καρχηδόνιοι ταῦτά τε δώσειν προςεδέξαντο (scil. τὰς εἰς τὸν πόλεμον γεγενημένας δαπάνας, ἀργυρίου διςχίλια τάλαντα) καὶ στέφανον χρυσοῦν τῇ γυναικὶ τοῦ Γέλωνος Δημαρέτῃ προςωμολόγησαν· αὕτη γὰρ ὑπ' αὐτῶν ἀξιωθεῖσα συνήργησε πλεῖστον εἰς τὴν σύνθεσιν τῆς εἰρήνης καὶ στεφανωθεῖσα ὑπ' αὐτῶν ἑ κ α τ ὸ ν τ α λ ά ν τ ο ι ς χ ρ υ σ ί ο υ νόμισμα ἐξέκοψε τὸ κληθὲν ἀπ' ἐκείνης Δαμαρέτιον: quanquam aliam caussam appellationis et Pollux IX, 85. et Hesychius s. v. Δημαρέτιον fuisse auctores sunt; vide de his numis Boeckh. Oecon. Civ. Att. I, p. 26., Ducem de Luynes Annall. Instit. Archaeol. II, p. 81., Mueller. Etrusc. I, p. 327. Hujus autem numi in Epigrammate Simonidis memoriam ineptissimam esse nemo non intelligit, unde Muellerus Amalth. III, p. 27. Δαρεικοῦ χρυσοῦ reponendum praecipit, quod cum nostrorum hominum *Ducatengold* comparat: pariter Wesselingius Δαρείου pro vero habuerat. Ut dicamus quae res est: Simonideo carmini versiculi tertius et quartus insubide assuti sunt: nam quinquaginta talentorum tripodem fuisse et per se parum probabile est et exploditur testimonio Diodori: deinde quae caussa fuerit Simonidi, ut pretium tripodis commemoraret, nemo facile exputet. Est hic iterum fetus Grammaticuli doctrinam numariam incommode ostentantis et is non admodum feliciter in dias luminis auras editus, v. Praefat. Epigrr. p. 144. Eum tamen Δαμαρετίου scripsisse as-

sentior Bentlejo, nisi quod trisyllabos pronunciandum censeo ita, ut *ιου* synizesin faciat. Damaretium autem videtur aurum in honorem Damaretae appellatum, qua intercedente pacem compositam impostor meminisset: nam Damaretion *νόμισμα*, ut diximus, ab hoc loco alienissimum est. Quid enim? ex corona, quae erat centum talentorum teste Diodoro, sibi donata numum feriebat, postea quinquaginta talentorum tripodem ex iisdem numis conflabat? Quod absurdum est. Absurdius etiam illud, quod haec decima decimae dicitur. Nostrae sententiae, qui hos versiculos obelo figimus, ex parte auctoritas accedit codicis Palatini, in quo teste Paulssenio ita legitur: *Δᾶρετίυν*, qnod signum appingitur in codice vel singulis literis, vel, ut nunc, integrae voculae, quam falsam dubiamve vel parum usitatam et obscuram arguat, v. Paulssen. Prooem. Collat. cod. Pal. p. XIV. Ut hoc certe appareat, *Δαρετίου* jam a librario addubitatum esse, nisi forte toti versui praefixum fuit siglum.

Versu 1. *Φημὶ* et *Πολύζηλον* et 3. *νικήσαντας, πολλὴν* et 4. *῞Ελλησιν* et *ἐλευθερίην* correximus. Fratres ex aetate quisque sua se excipiunt, quae est eximia ars poetae, v. Praefat. Epigrr. p. 137. 2. *Διομένευς* cod. P. Quod autem Simonides Gelonem multum auxilii suppeditasse Graecis ad libertatem dicit, Graeci barbaros Asiae Africaeque eodem die et apud Salaminem et ad Himeram prostraverant, Herod. VII, 166., qua re Graecum nomen ab utraque parte ab barbarorum illuvie defensum est. Accedit quod teste Diodoro XI, 20. *Καρχηδόνιοι συντεθειμένοι πρὸς Πέρσας τοῖς αὐτοῖς καιροῖς καταπολεμῆσαι τοὺς κατὰ τὴν Σικελίαν ῞Ελληνας, μεγάλας παρασκευὰς ἐποιήσαντο τῶν πρὸς τὸν πόλεμον χρησίμων.* Quanquam haec narratio quam fidem habeat valde du-

bium est. Quam arte autem Graeci utramque victoriam ligatam putaverint Aeschyli trilogia indicio est, qua Phineus, Persae, Glaucus Pontius conjunctae Graecorum victorias celebrasse videntur.

CXCVII.

Plutarch. Themistocl. I. *Ὅτι τοῦ Λυκομιδῶν γένους μετεῖχε δῆλός ἐστι· τὸ γὰρ Φλυῆσι τελεστήριον, ὅπερ ἦν Λυκομιδῶν κοινὸν, ἐμπρησθὲν ὑπὸ τῶν βαρβάρων αὐτὸς ἐπεσκεύασε καὶ γραφαῖς ἐκόσμησεν, ὡς Σιμωνίδης ἱστόρηκεν.* In Epigrammate, opinor, ipsi sacello a Themistocle restaurato inscripto, v. Prolegg. p. XVII. De gente Lycomidarum v. O. Mueller. Minerv. Poliad. p. 11., Bossler. de Gentibus et Familiis Atticae sacerdotalibus p. 39 sqq. Eidem Simonidi fortasse debetur Epigramma sepulcrale in matrem Themistoclis apud Plutarch. Them. I. et Athen. XIII, p. 576, C.

Ἀβρότονον Θρήϊσσα γυνὴ γένος, ἀλλὰ τεκέσθαι
τὸν μέγαν Ἕλλησιν φημὶ Θεμιστοκλέα.

CXCVIII.

Thucyd. I, 132. *Ὁ Παυσανίας ἐπὶ τὸν τρίποδά ποτε τὸν ἐν Δελφοῖς, ὃν ἀνέθεσαν οἱ Ἕλληνες ἀπὸ τῶν Μήδων ἀκροθίνιον, ἠξίωσεν ἐπιγράψασθαι αὐτὸς ἰδίᾳ τὸ ἐλεγεῖον τόδε·* (cfr. Epigr. CXCV.)

Ἑλλάνων ἀρχαγὸς ἐπεὶ στρατὸν ὤλεσε Μήδων
Παυσανίας, Φοίβῳ μνᾶμ' ἀνέθηκε τόδε.

Afferunt Orator in Neaer. p. 1378 Rsk., Plutarchus de Herod. Malign. p. 873, C., Anth. Pal. VI, 197. et Suidas v. *Παυσανίας*, Latine reddidit Corn. Nep. Paus. I. Doricas formas a nobis restitutas codex Palatinus servavit integras, nisi quod et ipsum *μνῆμ'* obsedit. Simo-

nidi diserte tribuit Pausan. III, 8, 1. *Ὅτι γὰρ μὴ τῇ Κυνίσκᾳ τὸ ἐπίγραμμα ἐποίησεν ὅστις δὴ καὶ ἔτι πρότερον Παυσανίᾳ τὸ ἐπὶ τῷ τρίποδι Σιμωνίδης τῷ ἀνατεθέντι ἐς Δελφούς, ἄλλο δή γε παρὰ ἀνδρὸς ποιητοῦ Λακεδαιμονίων τοῖς βασιλεῦσιν οὐδέν ἐστιν ἐς μνήμην.* Ceterum *ὤλεσε* et *ἀνέθηκε* reliqui praeter codicem Palatinum omnes, qui *ὤλεσα* et *ἀνέθηκα* praebet.

Non minus tyrannum sapit aliud Epigramma ejusdem Pausaniae jussu inscriptum, quod servavit Nymphis Ath. XII, p. 536, B. *Παυσανίας ὁ περὶ Πλαταιὰς νικήσας Μαρδόνιον τὰ τῆς Σπάρτης ἐξελθὼν νόμιμα καὶ εἰς ὑπερηφανίαν ἐπιδοὺς περὶ Βυζάντιον διατρίβων χαλκοῦν τὸν ἀνακείμενον κρατῆρα τοῖς θεοῖς τοῖς ἐπὶ τοῦ στόματος ἱδρυμένοις, ὃ ἔτι καὶ νῦν εἶναι συμβαίνει, ἐτόλμησεν ἐπιγράψαι ὡς αὐτὸς ἀναθεὶς, ὑποθεὶς τόδε τὸ ἐπίγραμμα, διὰ τὴν τρυφὴν καὶ ὑπερηφανίαν ἐπιλαθόμενος αὐτοῦ·*

Μνᾶμ' ἀρετᾶς ἀνέθηκε Ποσειδάωνι ἄνακτι
Παυσανίας, ἄρχων Ἑλλάδος εὐρυχόρου,
πόντου ἐπ' Εὐξείνου, Λακεδαιμόνιος γένος, υἱὸς
Κλεομβρότου, ἀρχαίας Ἡρακλέος γενεᾶς.

Quod vix dubitamus quin idem Simonides conscripserit.

CXCIX

Anthol. Pal. VI, 50. *Εἰς ναὸν* (f. *βωμὸν*) *ἀνατεθέντα τῷ Διΐ. Σιμωνίδου·*

Τόνδε ποθ' Ἕλληνες νίκης κρατεῖ ἔργῳ Ἄρηος,
εὐτόλμῳ ψυχῆς λήματι πειθόμενοι,
Πέρσας ἐξελάσαντες ἐλευθέρᾳ Ἑλλάδι κοινὸν
ἱδρύσαντο Διὸς βωμὸν Ἐλευθερίου.

Citat Plutarchus de Herod. Malign. II, p. 873, B. *Ἀθηναῖοι καὶ Λακεδαιμόνιοι τῷ βωμῷ τὸ ἐπίγραμμα τοῦτο*

γράφοντες ἐνεχάραξαν· *Τόνδε* κτλ. Idem Aristid. XIX. Τὸ πλῆθος τῶν πεσόντων μαρτυρεῖ καὶ τὰ μνήματα κοινὸν γενέσθαι τὸ κατόρθωμα καὶ τὸν βωμὸν οὐκ ἂν ἐπέγραψαν οὕτως, εἰ μόνοι τρεῖς πόλεις ἠγωνίσαντο τῶν ἄλλων ἀτρέμα καθεξομένων· *Τόνδε* κτλ., ubi quo jure omissus esset prior pentameter quaesivit Sintenisius Praefat. p. XVIII. Ad hanc aram Iovis Liberatoris post praelium Plataeense ex marmore exstructam spectat Pausan. IX, 2, 4. Κατὰ τὴν ἔσοδον μάλιστα τὴν ἐς Πλάταιαν τάφοι τῶν πρὸς Μήδους μαχεσαμένων εἰσί· Λακεδαιμονίων δὲ καὶ Ἀθηναίων τοῖς πεσοῦσιν ἰδίᾳ τέ εἰσιν οἱ τάφοι καὶ ἐλεγεῖά ἐστι *Σιμωνίδου* γεγραμμένα ἐπ' αὐτοῖς (quae perierunt)· οὐ πόῤῥω δὲ ἀπὸ τοῦ κοινοῦ τῶν Ἑλλήνων Διός ἐστιν Ἐλευθερίου βωμός· τοῦτο μὲν δὴ χαλκοῦ, τοῦ Διὸς δὲ τόν τε βωμὸν καὶ τὸ ἄγαλμα ἐποίησαν λευκοῦ λίθου.

Versu 1. *νίκης κρατεῖ ἔργῳ Ἄρηος* scripsimus de nostra emendatione: *νίκης κράτει, ἔργῳ Ἄρηος* (πόθῳ Ἄργεος Aldina in vita Aristidis) Plutarchus, ubi tamen quidam codices *νίκῃ κρατεῖ* offerunt. Palatinus *ῥώμῃ χερὸς, ἔργῳ* (*ἔργον* Ursinus) *Ἄρηος*, quod quivis vel non monitus intelligit sapere correctorem: rhetore hoc dignius quam poeta Ceo. Non multo melior vulgata apud Plutarchum scriptura: quae quomodo paullatim deformata sit vestigia monstrant librorum. In nostra emendatione verba *νίκης ἔργῳ* in unum quasi coalescunt vocabulum *Siegeswerk*, cui additum *Ἄρηος*, quo bello reportatam eam victoriam esse aperiatur. Confer Homer. Il. IV, 84. *Ζεὺς ἀνθρώπων ταμίης πολέμοιο*, v. Bernhardy Synt. p. 162 sqq. et qui haec accuratissime persecutus est Lobeck. in Soph. Ajac. 309. ed. II. 2. *ψυχῆς λήματι* (v. 1. *Ἕλλανες*) Pal. Compara Aesch. Perss. 55. *Βαβυλὼν πέμπει τοξουλκῷ*

λήματι πιστούς. Thuc. II. 39. *Πιστεύοντες τῷ ἀφ' αὐτῶν ἐς τὰ ἔργα εὐψύχῳ.* 3. ἐξολέσαντες Ursinus. Ibidem Plutarchum fidissimum secuti sumus ducem: nam Pal. non ἐλευθέρᾳ Ἑ. κοινὸν, ut Plutarchus utroque loco exhibet, sed ἐλεύθερον Ἑ. κόσμον venditat: praepostere. Cujus depravationis — obtrudit enim Simonidi dicendi rationem ab Simonideorum Epigrammatum simplicitate alienam et communem illam aram universae Graeciae esse debebat commemorari —, vestigium comparet in codd. Plutarchi, qui in vita Aristidis praeter Aldum omnes ἐλεύθερον Ἑ. κοινὸν offerunt. Quum igitur ἐλευθέρᾳ labe contaminatum esset, κοινὸν, quo nullo pacto carere possumus, eodem vitio infectum est. — Ceterum Ἐλευθερίῳ Διῒ θύουσι Πλαταιεῖς ὑπὲρ τῆς νίκης, quae sacrificia quotannis offerebantur, v. Plut. Vit. Arist. l. c.

CC.

Anth. Pal. VI, 2. Σιμωνίδου· ἐπὶ τόξοις ἀνατεθεῖσιν ἐν τῷ τῆς Ἀθηνᾶς ναῷ·

Τόξα τάδε πτολέμοιο πεπαυμένα δακρυόεντος
νηῷ Ἀθηναίης κεῖται ὑποῤῥόφια,
πολλάκι δὴ στονόεντα κατὰ κλόνον ἐν δαῒ φωτῶν
Περσῶν ἱππομάχων αἵματι λουσάμενα.

Versu 2. νηῶι ἀθηναιῶι (ης) Pal., νηῷ ὑπ' ἀθ. Plan., emendavit Brunckius. Ibidem ὑποῤῥέφια suggessit Pal., reliqui ὑπωρόφια exhibent. Hesych. ὑποῤῥόφιοι· ὑπόστεγοι. Utraque forma compositionis normis congrua, suam utraque sequitur legem. Et nostra quidem forma ob codicis Pal. et Suidae auctoritatem revocanda in Epigr. Hegesippi Anth. Pal. VI, 124, 2. 4. Compara Theocr.

Id. XXII, 171. *Αἵματι δὲ χρὴ Νεῖκος ἀναῤῥήξαντας ὁμοίιον ἔγχεα λοῦσαι*, quae quidem sincera scriptura apertae interpolationi locum fecit. Alia commemorat Iacobsius.

CCI.

Anth. Pal. VI, 52. *Ἀνάθημα τῷ Διῒ παρὰ στρατιώτου. Σιμωνίδου·*

Οὕτω τοι μελία ταναὰ ποτὶ κίονα μακρὸν
ἧσο, Πανομφαίῳ Ζηνὶ μένουσ' ἱερά·
ἤδη γὰρ χαλκός τε γέρων αὐτά τε τέτρυσαι
πυκνὰ κραδαινομένα δαΐῳ ἐν πολέμῳ.

Versu 1. *Μελίη ταναὴ* Plan., cum Pal. facit Suidas v. *Ἧσο· κεῖσο. Οὕτω τοι μελία ταναὰ ποτὶ κ. μ. κτλ.* Eadem rursus profert v. *Μελίαι* et v. *Ταναὴ*, ubi *ἀνὰ κίονα μ.* legitur. 3. Suidas v. *Τετρύσθαι· ἤδη γὰρ χαλκοῦ γέῤῥων αὐτῇ τέτρυσαι.* Legebatur *αὐτή*.

4. *Κραδαινομένα δηΐῳ* (α) Pal., *κραδαινομένη δηΐῳ* Plan. Unde Doricas formas ubique revocavimus, nisi quod de *Ζηνὶ* in *Ζανὶ* mutando anceps stat sententia, v. tamen Epigr. CXCI, 2.

CCII.

Anth. Pal. VI, 213. *Ἀνάθημα Σιμωνίδου·*

Ἓξ ἐπὶ πεντήκοντα, Σιμωνίδη, ἤραο ταύρους
καὶ τρίποδας, πρὶν τόνδ' ἀνθέμεναι πίνακα
τοσσάκι δ' ἱμερόεντα διδαξάμενος χορὸν ἀνδρῶν
εὐδόξου Νίκας ἀγλαὸν ἅρμ' ἐπέβης.

Inscriptio tabulae votivae ab ipso poeta suspensae quum post quinquaginta sex victorias virorum choris Dionysiacis a se doctis reportatas in Siciliam abiret. Id

Epigramma in mente habebat Tzetz. Chill. IV, 487.
Ὁ Σιμωνίδης νίκαις δὲ πεντήκοντα καὶ πέντε ἁβρύνει.
Hinc ductum Epigramma sepulcro poetae inscriptum, quod Prolegomenis p. XXIII. inseruimus.

Versu 1. Σιμωνίδης ἤραο Pal. Ibidem νίκας in Epigrammate poetae sepulcrali Tzetzes, quod Welckerus Append. Tril. Aesch. p. 241 sqq. arripuit et genuinum esse defendit. Quae sententia refutatur vel eo, quod tum alterum distichon absurde adjunctum esset, in quo poeta *se currum Victoriae conscendisse* addit, quo appareat, boves tripodesque sibi praemia victoriarum evenisse. Neque vero bovem poetis dithyrambicis Welckerus extorquet: junxit poeta tauros tripodis, quoniam aliis locis tripodes abstulerat, ut Athenis, aliis tauros. Et tauros poetis dithyrambicis praemia fuisse constat certissime et ex hoc Epigrammate et ex Pind. Ol. XIII, 24., cui βοηλάτης est dithyrambus: quae vox Welckeri explicationem respuit linguae legibus adversantem. Qui autem epigramma sepulcrale condidit, scite νίκας scripsit, quando alterum distichon omisit. Eum poetam Bacchylidem esse res ipsa suadet statuere.

2. ἀνθέμεν''' Pal. 3. Recte διδαξάμενος posuit poeta, qui *sibi* choros *docuisset*. Atticum activo usurum fuisse Elmslejus in Eurip. Med. 290. monuit: apud quos quidem eo significatu frequentatur medium, ut *aliquem erudiendum curare* sonet. Illum usum annotavit Thom. Mag. v. ἐδίδαξα· εὕρηται μέντοι (scil. ἐδιδαξάμην) καὶ ἀντὶ τοῦ ἁπλῶς ἐδίδαξα: minus subtiliter Pindarus Ol. VIII, 56. τὸ διδάξασθαι εἰδότι ῥᾴτερον.

4. De terminatione Νίκας juxta ἐπέβης revoca quae dicta sunt in Epigr. CLIX, 2.

CCIII.

Maximus Planudes in Hermogenis Rhet. p. 410. Ald., Walz. Rhett. Grr. V, p. 543., (Iacobs. App. Epigrr. 79.) *Ὁ Σιμωνίδης πάσης ἐπιστήμων ποιητικῆς καὶ μουσικῆς ὑπῆρχεν, ὡς ἐκ νεότητος ἄχρι γήρως ἐν τοῖς ἀγῶσι νικᾷ· ὡς καὶ τὸ ἐπίγραμμα δηλοῖ·*

Ἦρχεν Ἀδείμαντος μὲν Ἀθηναίοις, ὅτ' ἐνίκα
Ἀντιοχὶς φυλὴ δαιδάλεον τρίποδα·
Ξεινοφίλου δ' ἐΰς υἱὸς Ἀριστείδης ἐχορήγει
πεντήκοντ' ἀνδρῶν καλὰ μαθόντι χορῷ·
ἀμφὶ διδασκαλίᾳ δὲ Σιμωνίδῃ ἕσπετο κῦδος
ὀγδωκονταέτει παιδὶ Λεωπρεπέος.

Ursinus p. 329. se ex MSS. Scholiis Tzetzae in Chiliadd. suas descripsisse affirmat. Ultimum distichon affert Plutarch. An Seni p. 785, A. *Σιμωνίδης μὲν ἐν γήρᾳ χοροῖς ἐνίκα καὶ τοὐπίγραμμα δηλοῖ τοῖς τελευταίοις ἔπεσιν·*

Ἀμφὶ διδασκαλίῃ δὲ Σιμωνίδῃ ἕσπετο κῦδος
ὀγδωκονταέτῃ παιδὶ Λεωπρεπέος.

Hinc Valer. Max. VIII, 7. »Simonides poeta octogesimo anno et docuisse se carmina et in eorum certamen descendisse ipse gloriatur.« Hinc Marm. Par. Epoch. 54. *Ἀ]φ' οὗ Σιμωνίδης ὁ Λεωπρεποῦς ὁ Κεῖος ὁ τὸ μνημονικὸν εὑρὼν ἐνίκησεν Ἀθήνησιν διδάσκων καὶ αἱ εἰκόνες ἐστάθησαν Ἁρμοδίου καὶ Ἀριστογείτονος, ἔτη ΗΗΔΙΙ[Ι], ἄρχοντος Ἀθήνησι[ν Ἀ]δειμάντου*, qui magistratu functus est Olymp. LXXV, 4.

Versu 1. *Ἦρχε μὲν Ἀδείμαντος* Maximus Planudes. Recte Ursinus. Codex Paris. 2977. *ὅτι ἡνίκα φυλακή*, omisso *Ἀντιοχίς*. 2. Ursinus *φυλὴ Ἀντιοχίς*: *φιλή* Aldus: *δεδάλαιον* codex Monac. 3. *δέ τις υἱός* vulgo.

Xenophili filii licet alta prematur nocte memoria, hoc tamen poeta chorego suo debuit, ut modico ornamento honoraretur: *δέ τις* si scripsisset, non cavisset a criminatione ingrati animi. Nos poetam gratum esse jussimus. Aristides, Xenophili filius, cavendum ne confundatur vel cum Lysimachi filio vel cum eo, qui tempore belli Peloponnesiaci choro cyclio vicit: id quod Demetrio Phalereo accidit et nostra aetate Iacobsio. Demetrium corrigit Panaetius apud Plutarch. Arist. I. *Παναίτιος περὶ τοῦ τρίποδος ἀποφαίνει τὸν Δημήτριον ὁμωνυμίᾳ διεψευσμένον· ἀπὸ γὰρ τῶν Περσικῶν εἰς τὴν τελευτὴν τοῦ Πελοποννησιακοῦ πολέμου δύο μόνους Ἀριστείδας χορηγοὺς ἀναγράφεσθαι νικῶντας, ὧν οὐδέτερον εἶναι τῷ Λυσιμάχου τὸν αὐτὸν, ἀλλὰ τὸν μὲν Ξενοφίλου πατρὸς, τὸν δὲ πολλῷ νεώτερον.* 5. *διδασκαλίῃ* Plut., apud quem *δὲ* intercidit. 6. Libri plerique *ὀγδοκονταέτει* vel *ὀγδοηκονταέτει*. Codex Monac. *παισί*. Additur apud Walzium: *Φασὶ δὲ αὐτὸν μετὰ τὴν νίκην πλεῦσαι πρὸς Ἱέρωνα καὶ μετ' ὀλίγον ἐν Σικελίᾳ τελευτῆσαι.*

CCIV.

Μνήμην δ' οὔτινά φημι Σιμωνίδῃ ἰσοφαρίζειν
ὀγδωκονταέτει παιδὶ Λεωπρεπέος.

Aristides *περὶ παραφθέγμ.* III, p. 645. Canter. *Ἐτόλμησε Σιμωνίδης εἰπεῖν· Μνήμῃ κτέ. Τουτὶ γὰρ οὐχ ἕτερος δήπου περὶ τοῦ Σιμωνίδου λέγει, ἀλλ' αὐτὸς εἰς ἑαυτὸν πεποίηκεν· ἵνα δὲ μὴ δόξῃ νέος ὢν ἔτι καὶ ὡραϊζόμενος λέγειν, ταῦτα προςτίθησιν· Ὀγδωκονταέτει κτέ., ὥσπερ ἐνδεικνύμενος καὶ λέγων, ὅτι ταῦτα ἐγὼ περὶ ἐμαυτοῦ φρονῶ καὶ λέγω ὀγδοηκοντούτης ὤν· ὥστε οὐ μειρακιεύομαι, ἀλλὰ τἀληθὲς εἴρηκα.*

Inscripserat haec, quae Epigrammatis particula vi-

dentur esse, poeta tabellae votivae, ut licet suspicari, quam in Siciliam abiturus octoginta natus annos dedicaret. Unde in Marm. Par., cujus locum ad Epigr. CCIII. adscripsimus, inventio artis memoriae ad eum ipsum annum consignata est, v. Prolegg. p. IV. Fortasse tamen poeta haec *ἀπεσχεδίασε*: vix enim video, quomodo Epigrammati vere insculpto inesse potuerint.

Versu 1. *Μνήμη* codd. *ΓΘ*: Homeri Il. VI, 101. IX, 390. attulit Iacobsius. Ibidem codex *Θ* *ἰσοφερίζειν*.

2. *ὀγδωκονταέτη* *Γ*: *ὀκτωκονταέτει* Ursinus: *ὀγδοηκονταέτει* vulgo.

Decantata est et proverbio trita memoria Simonidis Cei, v. Philostrat. Vita Apollon. Tyan. I, 14. Vitt. Sophist. II, 21. de Proclo: *Τὸ μνημονικὸν ἐνενηκοντούτης ἤδη γηράσκων καὶ ὑπὲρ τὸν Σιμωνίδην ἔῤῥωτο.* Eam facultatem non natura habuisse, sed artificio comparasse fertur: Ammianus Marc. XVI, 5. »Scriptores varii memorant Cyrum regem et Simonidem Lyricum et Hippiam Eleum ideo valuisse memoria, quod epotis quibusdam remediis id impetrarunt.« Idem vel artem memoriae invenisse dicitur: Plin. H. N. VII, 24. »Ars postremo ejus rei facta et inventa est a Simonide Melico, consummata a Metrodoro Scepsio, ut nihil non iisdem verbis redderetur auditum.« Aelian. Hist. Animm. VI, 10. *Δεῖταί γε τέχνης τῆς εἰς τὴν μνήμην οὐ Σιμωνίδου, οὐχ Ἱππίου,* (de quo v. Platon Hipp. Maj. p. 285, E. Hipp. Min. p. 368, D. et Schneider. in Xenoph. Conviv. IV, 62.) *οὐ Θεοδέκτου, οὐκ ἄλλου τινὸς τῶν εἰς τόδε τὸ ἐπάγγελμα καὶ τήνδε τὴν σοφίαν κεκηρυγμένων.* Eam artem, quam Themistocli offert apud Cic. Finn. II, 32, 104., qua occasione monitus invenerit, fabulam narrant Cicero et Quin-

ctilianus, de quibus v. Prolegg. p. XI. sqq. Ego vero vereor, ne quae de Simonide artis inventore crepantur, ex non nimis religiosa hujus ipsius Epigrammatis interpretatione licentius sumpta sint. Nec Ciceroni certum fuisse videtur Simonidem condidisse artem, qui Orat. II, 87, 357. »Vidit enim hoc prudenter sive Simonides sive alius quis invenit.«

CCV.

Anthol. Pal. XIII, 28. *Βακχυλίδου ἢ Σιμωνίδου·*

Πολλάκι δὴ φυλῆς Ἀκαμαντίδος ἐν χοροῖσιν Ὧραι
ἀνωλόλυξαν κισσοφόροις ἐπὶ διθυράμβοις
αἱ Διονυσιάδες, μίτραισι δὲ καὶ ῥόδων ἀώτοις ·
σοφῶν ἀοιδῶν ἐσκίασαν λιπαρὰν ἔθειραν,
οἳ τόνδε τρίποδα σφίσι μάρτυρα Βακχίων ἀέθλων
**ἔθηκαν· κείνους* δ' Ἀντιγένης ἐδίδασκεν ἄνδρας.*
Εὖ δ' ἐτιθηνεῖτο γλυκερὰν ὄπα Δωρίοις Ἀρίστων
Ἀργεῖος, ἡδὺ πνεῦμα χέων καθαροῖς ἐν αὐλοῖς·
τῶν ἐχορήγησεν κύκλον μελίγηρυν Ἱππόνικος,
Στρούθωνος υἱὸς, ἅρμασιν ἐν Χαρίτων φορηθείς,
[*Αἵ οἱ ἐπ' ἀνθρώπους ὄνομα κλυτὸν ἀγλαάν τε νίκαν*
Ἕκατι Μοισᾶν θῆκαν ἰοστεφάνων θεάων.]

–⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑ – –
⏑ – ⏑ – × – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ – –

Litem, quam inscriptio codicis Palatini movet, dirimit Steph. Byz. s. v. *Ἀκαμάντιον· — ἐκαλεῖτο καὶ φυλὴ Ἀκαμαντὶς τῆς Ἀττικῆς, ὡς Σιμωνίδης.* Simonidi sine haesitatione tribuendum esse sententia est Hemsterhusii ad Schol. Arist. Plut. 954. et in Praefat. Lucian. I, p. XXXII. Amstelod. Sermo ipse Simonidi magis quam Bacchylidi favet. Erat inscriptum Epigramma

tripodi, quem choreutae Bacchici (σοφοὶ ἀοιδοί) ab Acamantide tribu dati ob victoriam magnis Dionysiis partum ex more aediculae impositum ad viam tripodum (v. Boeckh. C. Inscrr. I, 211. p. 342.) dedicarunt. Chorum docuerat Antigenes, saltationem et cantum (γλυκερὰν ὄπα) Doriis tibiis moderante Aristone Argivo, sumptus praebente Hipponico, filio Struthonis, quae omnia enucleatius disserit Wunderlichius in peculiari dissertatione apud Friedemann. et Seebod. Misc. Critt. II, 1. p. 67 sqq.

Hoc dicit poeta: *Saepe jam tribus Acamantidis in choris Horae Bacchicae hederigeros ad dithyrambos acclamarunt: taeniis vero rosarumque floribus scientium cantorum unguentatum capillum coronarunt, qui hunc tripodem posuerunt:* h. e. *Saepe jam dies festi Dionysiaci certo tempore redeuntes* (Ὧραι αἱ Διονυσιάδες recte interpretatur Schneiderus Vit. Pind. p. 25., scite comparans Διὸς ὥρας Pind. Ol. IV, 1. et κάρυκας ὡρᾶν Isthm. II, 23. Cum imagine Horarum acclamantium similitudinem habent illa v. 10. ἅρμα Χαρίτων et Epigr. CCII, 4. Νίκας ἀγλαὸν ἅρμα: cujusmodi suavissimis metaphoris delectatur Pindarus), *Acamantidis tribus choris cycliis perstrepuerunt: victoriam autem adepti sunt ii demum periti cantores* (σοφοὶ ἀοιδοί), *qui hunc tripodem dedicarunt.* Admirabili arte poeta Ceus obnupsit ea quae detracta imagine offensui esse poterant, Acamantidem tribum ante hanc victoriam frustra victorias Dionysiacas ambiisse: eam ipsam ob caussam Epigrammatis principium magnificentius est pro reliquorum Epigrammatum indole: et vel totum carmen Bacchum spirat, v. Praefat. Epigrr. p. 136 Κισσοφόροις ἐπὶ διθυράμ-

βοις dicit, quoniam choreutae hedera tempora vincti erant saltantes: victoriam adepti taeniis rosisque (μίτραισι καὶ ῥόδων ἀώτοις) cingebantur, id quod tunc demum evenit. Pessime interpretes omnes haec ita explicuerunt, ut πολλάκι δὴ ad μίτραισι et rell. quoque vim suam exserere opinarentur: quo fiebat, ut verba οἳ τόνδε τρίποδα sqq. sensu prorsus destituerentur. Tantum igitur abest, ut poeta dicat id, quod sumunt, et alias saepe vicisse tribum Acamantidem et tunc denuo, ut plane contrarium testetur.

Versu 1. δὲ φυλῆς Pal. Emendavit Brunckius.

2. ἀνώλουξαν codicis scriptura correcta ab eodem.

6. ἔθηκαν· κείνους Pal., θήκαντο· κείνους Bentlejus ad Callimachi Epigr. L, cui per errorem olim adscribebatur, et reliqui: in quo non videtur acquiesci posse. Poetam ἄνδρας ut diserte vocaret choreutas, παίδων χοροὶ admonuerunt: quos viros, de quibus omnis hic est sermo, cur κείνους ponendo distinguere videatur ab aliis, qui nominati erant nulli, id vero obscurum est exasperarique eo orationis laevitas videtur. Accedit aliud, quod corruptelam subisse vocem κείνους certissime arguat: nam ut Aristo Argivus dicitur, Hipponicus Struthonis filius, ita Antigenes vel patris vel, si non erat Atticus, patriae nomen additum desiderabat. Quare Κεῖος δ' Ἀντιγένης scribendum auguramur; quae vox cum notiore illa saepius confligit in libris vetustis. Cui non haeret illud Κείων γευσάμενος κυλίκων? Fortasse Plut. Demosth. p. 486, C. Γελοῖον, εἴ τις οἴοιτο, τὴν Ἰουλίδα καὶ τὴν Αἴγιναν ὑποκριτὰς μὲν ἀγαθοὺς τρέφειν καὶ ποιητάς, ἄνδρα δ' οὐκ ἄν ποτε δύνασθαι δίκαιον προενεγκεῖν, non solos Simonidem et Bacchylidem in mente habuit. Sed θήκαντο an ἄνθεντο verum sit du-

bitare licet: nam choreutae vel *tripodem sibi testem victoriae fecisse* vel *tripodem sibi testem victoriae dedicasse* dici poterant. Alterum simplicius. Ceterum nihil Simonides ad laudem poetae: poeta enim erat.

7. Poeta *Δωρίους καθαροὺς αὐλοὺς* praedicat, unde carmen illud Dorios habuisse numeros et Doriam harmoniam colligitur, v. Prolegg. p. LI. De tibiis tibicinibusque Argivis, qui teste Paus. IV, 27, 4. vel posterioribus temporibus pariter atque Boeotii in pretio erant, v. Mueller. Dorr. II, p. 332. Tibicines autem atque chori magistri, quorum ars diligenti meditatione nec non diuturno usu egeret, saepe Athenis adhibebantur peregrini, cujus rei exempla ex Atticis inscriptionibus dedit Neuius Bacchyl. p. 72. 9. Hipponicus, Struthonis filius, aliunde non notus — non videtur autem ad clarissimam gentem Hipponicorum et Calliarum pertinuisse —, *in Gratiarum curru vehi,* h. e. *omnibus gratiis instructissimus* esse dicitur, ut recte cepit Hemsterhusius ad Lucian. T. I, p. 28., quoniam non pepercerat sumptibus in choro instituendo reliquoque festi diei apparatu comparando. Cancellis saepsimus ultimum distichon: primum quod hoc inane additamentum videtur; deinde ob dialectum Doricam subito ingruentem, sed Epica forma *θεάων* insubide vitiatam, quum Attica dialectus requiratur, v. Praefat. Epigrr. p. 142.; postremo ob ultimi versiculi deformem habitum: qui quoniam variis artificiis in comptiorem speciem exornari potest, non tam fraus librariorum quam imperita glossatoris manus incusanda videtur. Nam Bentlejus *θῆκαν θεᾶν ἰ. ἕ. M.* neglecta caesura, de qua v. 9. excusabili v. Hermann. Epit. D. M. p. 211.: Iacobsius *Μοισᾶν θεάων* aut *θεαινᾶν θῆκαν ἰοστεφάνων ἕκατι*; Hermannus

El. D. M. p. 605. *Μοισᾶν* aut plane delendum censet — at et aliae Deae *ἰοστέφανοι* —, aut in initium versus rejiciendum, quod interierit: . . . . *θῆκαν ἰοστεφάνων θεᾶν ἕκατι*: qua ratione versus vitium non eximitur; Neuius *Μοισᾶν ἕκατι θῆκαν ἰοστεφάνων θεάων*; Mehlhornius denique *ἕκατι Μοισᾶν θῆκαν ἰ. θεάων*, quae quidem probabilior reliquis medela videbatur. Sin a Simonide profecta sunt, Hipponico in Gratiarum curru vecto eae Deae Musarum gratia nomen victoriamque celebrasse dicuntur ideo, quoniam suavi carmine ornatus erat.

CCVI.

Anthol. Planud. 2. Iacobs. *Σιμωνίδου*·

Γνῶθι Θεόγνητον προσιδὼν τὸν Ὀλυμπιονίκαν
παῖδα, παλαισμοσύνας δεξιὸν ἀνίοχον,
κάλλιστον μὲν ἰδεῖν, ἀθλεῖν δ' οὐ χείρονα μορφᾶς,
ὃς πατέρων ἀγαθῶν ἐστεφάνωσε πόλιν.

Versu 1. *Θεόκριτον* Plan., quo vitio versum liberabat Friedemannus de Med. Syll. Pentam. p. 328., qui *Θεόκριτον ὧδ' ἐσιδὼν* conjectabat: frustra. Nomen victoris restituimus duce Pausania VI, 9, 1. *Θεογνήτῳ δὲ Αἰγινήτῃ πάλης μὲν στέφανον λαβεῖν ὑπῆρξεν ἐν παισί· τὸν δὲ ἀνδριάντα οἱ Πτόλιχος ἐποίησεν Αἰγινήτης· — ἐφ' ὅτῳ δὲ Θεόγνητος πίτυος τῆς ἡμέρου καὶ ῥοιᾶς φέρει καρπὸν, ἐμοὶ μὲν οὐχ οἷά τε ἦν συμβαλέσθαι.* De eodem Pindarus Pyth. VIII, 35. in carmine Aristomeni Aeginetae luctatori conscripto:

Παλαισμάτεσσι γὰρ ἰχνέων ματραδελφεοὺς
Ὀλυμπίᾳ τε Θεόγνητον οὐ κατελέγχεις.

Erat autem ex gente Midylidarum, quos Simonides v. 4. *πατέρας ἀγαθοὺς* appellat. Congruit aetas et victoris et Ptolichi, de qua non recte statuit Silligius Catal. Artiff.

p. 397., rectius Muellerus Aeginett. p. 104. Victori Doriensi patriam dialectum reddidimus: nam ἡνίοχος et μορφῆς ante nos edebatur, v. Praefat. Epigrr. p. 142.

2. Compares Pind. Nem. VI, 69. *Μελησίαν χειρῶν τε καὶ ἰσχύος ἁνίοχον.* Epigramma apud Steph. Byz. v. *Μίλητος.* Timotheum vocat *κιθάρας δεξιὸν ἡνίοχον.* Cfr. Iacobs. A. P. Nott. Critt. p. 949. 3. Strepsiades Pind. Isthm. VI, 29. *σθένει τ' ἔκπαγλος ἰδεῖν τε μορφάεις· ἄγει τ' ἀρετὰν οὐκ αἴσχιον φυᾶς.* 4. Patriam urbem coronasse dicitur, ut Phorystas, Triacis filius, in eleganti Epigr. apud Boeckhium C. Inscrr. I, 1582.

Εὐόλβου δὲ πάτρας ἄστυ καλὸν στεφανῶ.

Cfr. Simonidis Epigr. CCIX, 2.

CCVII.

Anth. Pal. VI, 144. *Ἀνάθημα τῷ Ἑρμῇ παρα Λεωκράτους. Σιμωνίδου.* Ita Pal. p. 179. Altero loco — bis enim legitur — *τοῦ αὐτοῦ* fertur: praecesserat Epigramma Anacreontis, a quo abjudicat Bergkius noster Anacreont. Carmm. p. 278. et aliam ob caussam et quod in cod. Pal. altero loco ante hoc Epigramma aliud Simonidis intercidisse videatur, quum lacuna sit in codice, in quo saepe similiter erratum est. Huc accedit quod Simonides eundem Leocratem carmine epinicio celebraverat, v. Epinic. Fr. XXI.

Στροίβου παῖ, τόδ' ἄγαλμα, Λεώκρατες, εὖτ' ἀνέθηκας
Ἑρμῇ, καλλικόμους οὐκ ἔλαθες Χάριτας,
οὐδ' Ἀκαδημίαν πολυγηθέα, τῆς ἐν ἀγοστῷ
σὴν εὐεργεσίαν τῷ προσιόντι λέγω.

Epigramma Hermae ab Leocrate in ulnis Academiae (*ἐν ἀγοστῷ*) posito non ab ipso, sed ab antistitibus ludorum gymnicorum inscriptum videtur. Nam quod non

Gratias neque Academiam latuisse dicitur Leocrates hac statua posita, beneficii illius memores Deas — quae victoriam dare putabantur, ut apud Pindarum — Academiamque fore gratiamque habituras ait poeta, victorias in certaminibus publicis ipsi portendens.

Versu 1. Pal. altero loco *Στοίβου*, altero *Στρόμβου*: verum restituit Schneiderus coll. Thuc. I, 105. *Πολέμου καταστάντος πρὸς Αἰγινήτας Ἀθηναίοις, ναυμαχία γίγνεται ἐπ' Αἰγίνῃ μεγάλη Ἀθηναίων καὶ Αἰγινητῶν καὶ οἱ ξύμμαχοι ἑκατέροις παρῆσαν, καὶ ἐνίκων Ἀθηναῖοι καὶ ναῦς ἑβδομήκοντα λαβόντες αὐτῶν ἐς τὴν γῆν ἀπέβησαν καὶ ἐπολιόρκουν Λεωκράτους τοῦ Στροίβου στρατηγοῦντος*: quae acciderunt Olymp. LXXX, 3., v. Mueller. Aeginett. p. 178. Statuam Mercurio, ludorum praesidi, Leocrates dedicaverit quum excessit ex ephebis. Postea inter decem imperatores in pugna Plataeensi erat cum Aristide et Myronida, Plutarch. Aristid. XX. Eundem inter Myronidas, Cimones, Tolmidas alios sanctitatis disciplinae patronos adversatum Pericli scribit Plut. Pericl. XVI. 3. *Ἀκαδημείαν* Pal. et vulgo; quod *Ἀκαδήμειαν* scribendum fuerat: verum habet Suidas v. *Ἀγοστῷ· τῷ ἀγκῶνι. ἐν Ἐπιγράμματι· Οὐκ ἔλαθε Χάριτας* (cod. H *οὐκ ἔλαθ' ἐς χάριας*: silet Bernhardy) *Οὐδ' Ἀκαδημίαν πολυγαθέα, τὴν* (codd. A E Gaisfordii: silet Bernhardy) *ἐν ἀγοστῷ Σὴν εὐεργεσίην* (alii codd. *εὐεργεσίαν*: silet Bernhardy) *τῷ προσιόντι λέγω*. Cfr. Zonar. Lex. p. 17. De mensura v. *Ἀκαδημία* v. Hermann. Aristoph. Nubb. 1003. Nos *πολυγηθέα* de nostro, *εὐεργεσίαν* cum aliquot codd. Suidae edidimus: Pal. priore loco *εὐεργεσίην*, altero *εὐεργεσιαν* with *ην* written above.

ην
γεσιαν.

CCVIII.

Anth. Pal. XIII, 20. *Σιμωνίδου·*

Πατρίδα κυδαίνων ἱερὰν πόλιν Ὄλπις Ἀθάνας
τέκνον μελαίνης γῆς χαρίεντας αὐλοὺς
τούςδε σὺν Ἡφαίστῳ τελέσας ἀνέθηκ' Ἀφροδίτῃ,
καλοῦ δαμασθεὶς ἱμέρῳ Βρύσωνος.

⏑ – ⏑ – – – ⏑ – ⏑ – ⏑

Olpis (ita scripsimus: Pal. *ωπις* teste Paulssenio, unde librarium haesitasse apparet; *Ὄλπις ὁ γριπεὺς* est apud Theocr. III, 26; *Ὦπις* rex Iapygum apud Paus. X, 13, 5.) Veneri dedicabat dulces tibias ex arundine compactas (unde lepide poeta *τέκνον μελαίνης γῆς* appellat, festivus per totum Epigramma), quas affabre (*σὺν Ἡφαίστῳ*) perfecerat, quo amorem pulchri Brysonis sibi conciliaret. Quoniam autem artificiose factae erant tibiae, Olpis patriam urbem celebrare dicitur Minervae sacram, in cujus tutela erat quidquid est artificum.

Versu 1. *ἱερὴν* et *Ἀθανᾶς* legebatur: utrumque correximus. 2. *χαρίεντας* trisyllabum: v. Prolegg. p. XLIX.

CCIX.

Anthol. Pal. XIII, 14. *Σιμωνίδου·*

Ἀργεῖος Δάνδης σταδιοδρόμος ἐνθάδε κεῖται,
νίκαις ἱππόβοτον πατρίδ' ἐπευκλεΐσας·
Ὀλυμπίᾳ δὶς, ἐν δὲ Πυθῶνι τρία,
δύω δ' ἐν Ἰσθμοῖ, πεντεκαίδεκα Νεμέᾳ·
τὰς δ' ἄλλας νίκας οὐκ εὐμαρές ἐστ' ἀριθμῆσαι.

Subscriptum statuae Dandis Argivi in multis ludis stadio victori: *κεῖται* enim cave de sepulto intelligas. Olympia vicerat Olymp. LXXVII. teste Diod. Sic. XI, 53.

Ἤχθη παρ' Ἠλείοις Ὀλυμπιὰς ἑβδομηκοστὴ καὶ ἑβδόμη, καθ' ἣν ἐνίκα στάδιον Δάνδης Ἀργεῖος. Concinit Eusebius Chron. p. 40. Simonides igitur carmen ex Sicilia transmisit, v. Prolegg. p. XXIII.

Versu 1. *Δάνδις* Pal. 3. *Ὀλύμπια* Pal. Emendavit Schaeferus ad Greg. Cor. p. 369. 4. *Ἰσθμοὶ* Pal. teste Paulssenio. Idem *πεντεκαίδεκ' ἐκ νεμαία*: emendavit idem Schaeferus. Brunckius *πεντεκαίδεκ' ἐν Νεμέᾳ* dedit, Gaisfordius *πεντέδεκ' ἐν Νεμέᾳ* tentat.

CCX.

Paus. VI, 9, 3. (Append. Epigrr. 85.) *Παρὰ τοῦ Γέλωνος τὸ ἅρμα ἀνάκειται Φίλων, τέχνη τοῦ Αἰγινήτου Γλαυκίου· τούτῳ τῷ Φίλωνι Σιμωνίδης ὁ Λεωπρεποῦς ἐλεγεῖον δεξιώτατον ἐποίησε·*

Πατρὶς μὲν Κόρκυρα, Φίλων δ' ὄνομ', εἰμὶ δὲ Γλαύκου
υἱὸς καὶ νικῶ πὺξ δύ' Ὀλυμπιάδας.

Versu 1. *Κόρκυρα* posuit, quia loquitur indigena. Reliquis Graecis *Κέρκυρα* audit, v. Boeckh. Oecon. Att. II, p. 402. et Corp. Inscrr. I, p. 722. 2. *νίκη* libri: ex Amasaei interpretatione correxit Sylburgius. Ceterum idem videtur esse Philon Corcyraeus, cujus statua teste Paus. VI, 14, 5. Olympiae erat inter eos, qui *ἐν παισὶν εἰλήφεσαν δρόμου νίκας.* Pugilis statuam Byzantii positam ambigit Christodorus Ecphras. 229 sqq. Philonisne sit an Philammonis an vero Milonis: unde Philonem in nobilissimis aevi sui pugilibus fuisse colligas.

CCXI.

Anthol. Plan. 3. Iacobs. *Σιμωνίδου·*

Ἴσθμια καὶ Πυθοῖ Διοφῶν ὁ Φίλωνος ἐνίκα
ἅλμα, ποδωκείην, δίσκον, ἄκοντα, πάλην.

Diophon Philonis filius quinquertio vicerat, cujus diversa genera certaminum pentametro egregia arte inclusa sunt a poeta, v. Praef. Epigrr. p. 137. Non alius enim videtur ordo certaminum fuisse quam quo a Simonide enumerantur. Vide Intpp. Pind. ad Nem. VII.

CCXII.

Anth. Plan. 23. Iacobs. *Σιμωνίδου·*

Εἰπὸν τίς, τίνος ἐσσὶ, τίνος πατρίδος, τί δὲ νικᾷς;
Κασμύλος Εὐαγόρου, Πύθια πὺξ, Ῥόδιος.

Versu 1. Ursinus *εἶπον τὶς*. Illud veteribus scriptoribus vindicat Buttmannus Excursu I. in Platonis Menon. p. 70 sqq., *εἰπὸν* a Stephano fere invectum conquestus. Nobis cum Boeckhio de Crisi Pind. §. 41. potior est Aelii Dionysii auctoritas apud Eustath. Hom. Od. B, p. 85, 19. Ibidem *νικῇς* legebatur: Urs. *νικᾶς*; v. Praefat. Epigrr. p. 140. 2. Legebatur *Κάσμυλος*: correxit Iacobsius.

CCXIII.

Anthol. Pal. XIII, 19. *Σιμωνίδου·*

Ἄνθηκεν τόδ' ἄγαλμα Κορίνθιος ὅσπερ ἐνίκα
ἐν Δελφοῖς ποτε Νικολάδας,
καὶ Παναθηναίοις στεφάνους λάβε, πέντ' ἐπ' ἀέθλοις
ἑξῆς ἀμφιφορεῖς ἐλαίου·
Ἰσθμῷ δ' ἐν ζαθέᾳ τρὶς ἐπισχερὼ οἶδεν ἑλόντα
ἀκτὰ Ποντομέδοντος ἄθλα·
καὶ Νεμέᾳ τρὶς ἐνίκασεν καὶ τετράκις ἄλλα
Πελλάνᾳ, δύο δ' ἐν Λυκαίῳ,
καὶ Τεγέᾳ καὶ ἐν Αἰγίνᾳ κρατερᾷ τ' Ἐπιδαύρῳ,
καὶ Θήβᾳ Μεγάρων τε δάμῳ·
ἐν δὲ Φλιοῦντι σταδίῳ τά τε πέντε κρατήσας
ηὔφρανεν μεγάλαν Κόρινθον.

In statuam a Nicolada Corinthio quinquertio in Panathenaeis, stadio simul et quinquertio Phliunte aliorumque multorum aliis in locis ludorum victore.

Versu 1. ἐννίκαι Pal. 4. Pal. ἑξήκοντα ἀμφιφορεῖς: emendavit Salmasius: στέφανοι vocantur amphorae olei, quas constat in Panathenaeis accepisse victores ob singulas victorias singulas. 5. ζαθέαι Pal., vulgo ζαθέῳ. Femello genere utitur Pindarus. Sequentia ita exhibet codex: οὐδ' ἐγένοντο ἀκτίνων τομίδων ποταθμοί. Facem emendaturis praetulit Iacobsius, qui haec ita corrigebat: ἄλλ' ἐγένοντο ἀκτῇ Ποντομέδοντος ἆθλα. Nostra loci conformatio codicis ductus anxie rimata est. Simillime supra Epigr. CLXXXV, 3. Τὰν δ' ἀρετὰν οἶδεν μέγα Πάλιον. Pindarus Ol. VII, 83. Ὅ τ' ἐν Ἄργει χαλκὸς ἔγνω μιν τά τ' ἐν Ἀρκαδίᾳ Ἔργα καὶ Θήβαις ἀγῶνές τ' ἔννομοι Βοιώτιοι. 7. ἐνίκησεν vulgo. 9. Νεμέᾳ codex, in cujus locum Τεγέᾳ probabiliter suffecit Brunckius. In fine κρατερᾷ δ' Ἐπ. Iacobsius tacite edidit. 11. Postliminio reduximus Palatini scripturam, quae pessimae Reiskii hariolationi cesserat huic: ἐν δὲ Φλιουντείῳ σταδίῳ, quo versus pessumdatur: Φλιοῦς enim spondeum efficit, unde vel Φλιάσιος vel Φλιούσιος adjectivum descendit; illud monstrum est. Non melius Brunckius post Φλιοῦντι infarsit καί. Phliunte et stadio et quinquertio (τὰ πέντε) vicit, ut Xenophon itidem Corinthius Olympiae πεντάθλῳ ἅμα σταδίου νικᾷ δρόμον, Pind. Ol. XIII, 30. Ceterum de ludis Pellanensibus v. Boeckhium in Pind. Ol. VII, 86. IX, 97., de Arcadum ludis in Lycaeo monte celebratis ad Ol. VII, 83., de Tegeatarum v. Dissen. in Nem. X, 47., de Aeginetarum et Megarensium Boeckh. Ol. VII, 86., de Epidauriis ad Nem. III. fin.: quae urbs cur κρατερὰ dicta sit a poeta

fortasse tum explanabitur, quum quales fuerint ludi demonstrare contigerit. Fuit tamen, quum *κραναᾷ* scribendum conjiciebamus cll. Strab. VIII, p. 205. Tauchn. *Περικλείεται ὄρεσιν ὑψηλοῖς μέχρι πρὸς τὴν θάλατταν, ὥστ' ἐρυμνὴ κατεσκεύασται φυσικῶς πανταχόθεν.* Phliasiorum ludos aliunde non novimus.

CCXIV.

Anthol. Plan. 24. Iacobs. *Σιμωνίδου·*

Μίλωνος τόδ' ἄγαλμα καλοῦ καλὸν, ὃς ποτὶ Πίσῃ
ἑπτάκι νικήσας ἐς γόνατ' οὐκ ἔπεσεν.

De Milonis Crotoniatae victoriis narrat Paus. VI, 14, 2. *Ἐγένοντο τῷ Μίλωνι ἓξ μὲν ἐν Ὀλυμπίᾳ πάλης νῖκαι, μία ἐν παισὶν ἐξ αὐτῶν· Πυθοῖ δὲ ἔν τε ἀνδράσιν ἓξ καὶ μία ἐνταῦθα ἐν παισίν. Ἀφίκετο δὲ καὶ ἕβδομον παλαίσων ἐς Ὀλυμπίαν· ἀλλὰ γὰρ οὐκ ἐγένετο οἷός τε καταπαλαῖσαι Τιμασίθεον πολίτην τε ὄντα αὐτῷ καὶ ἡλικίᾳ νέον.* Sexies vicisse Olympia consentit Eusebius Chron. ad Ol. LXXII. Cfr. Prolegg. p. XXIX.

Versu 1. Vulgo *ὅς ποτε Πίσῃ*. Verum Pindarus et Simonides primam vocis Pisae corripiebant, v. Fr. Inc. XCVII. Aliam ut rationem poeta Ceus in Epigrammate sequi potuerit, alterum accedit et id gravissimum corruptelae indicium hoc, quod Milo, qui septies Olympia vicisset, non *ποτὲ* septies vicisse dici poterat. Id sic demum dici poterat, si eadem Olympiade septem rettulisset victorias. Quam ob caussam *ποτὶ Πίσῃ* reddidimus poetae, ut rivus Pises Olympiae vicinus intelligatur. Similiter Xenophanes Eleg. ap. Athen. X, p. 414, A.

Πὰρ Πίσαο ῥοῇς ἐν Ὀλυμπίῃ.

Idem p. 414, C.

Εἴ τις ἀεθλεύων νικῷ Πίσαο παρ' ὄχθας
Πίσης autem vocabulum non licebat corripere.

CCXV.

Diogenes Laert. IV, 6, 21. *Γεγόνασι καὶ ἄλλοι τρεῖς Ἀρκεσίλαοι· ποιητὴς ἀρχαίας κωμῳδίας, ἄλλος ἐλεγείας, ἕτερος ἀγαλματοποιός, εἰς ὃν καὶ* Σιμωνίδης *ἐποίησεν ἐπίγραμμα τουτί·*

Ἀρτέμιδος τόδ' ἄγαλμα, διηκόσιαι γὰρ ὁ μισθὸς
δραχμαῖαι Πάριαι, τῶν ἐπίσημα τράγος·
ἀσκητὸς δ' ἐποίησεν Ἀθηναίης παλάμῃσιν
ἄξιος Ἀρκεσίλας υἱὸς Ἀριστοδίκου.

Subscriptum statuae Dianae ab Arcesila Pario, quem poeta ipsius Minervae manibus formatum praedicat, factae, ducentis drachmis Pariis redemptae. De Arcesila statuario aliunde non constat: non diversus tamen videtur pictor apud Plin. H. N. XXXV, 11, 38. »Aliquanto vetustiores Aristide encaustae picturae exstitere, ut Polygnoti et Nicanoris et *Arcesilai* Pariorum.« Aetas certe congruit.

Versu 1. *γὰρ* libri: *δ' ἄρ'* Menagius, quod absurdum est. Vulgata explicatum habet sane difficilem hunc: *Jam consecrata haec Dianae statua, nam merces soluta.* Quod cui displicet, *ἄγαλμα* vocem cum vi positum ratus ita interpretabitur: *Dianae eximium hoc decus est, nam pretium est ducentae drachmae Pariae.* 2. Libri *δραχμαὶ ταὶ Πάριαι.* Articulus quum vix habere videretur quo defenderes, vulgarem vocis *δραχμὴ* formam ad similium exemplum produximus, ut sunt *γῆ γαῖα, σελήνη σεληναία, Ἀθήνη Ἀθηναία* rell. Gravius vitium finem versiculi obsederat: libri enim *τῶν ἐπίσημ' Ἄρατος* exhibent: cui quum alii aliter mederi

periclitati essent, verum repperit Heynius in Commentatt. Soc. Reg. Gotting. X, p. 105. Numi cum capro stante vel currente cum nota *ΠΑΡΙ* sunt apud Pelerin. Recueil. Tom. III, Tab. CVI. nr. 4. 5. 6. Quos ut recte Eckhel. D. N. II, p. 459. et Sestinius ad Parianos Mysiae pertinere arbitrati sint — videntur autem illam sententiam argumentis non satis munivisse —: illi matrem Parum Thasumve sectati videbuntur. 3. *ἐπόησεν* Ursinus. 4. *Ἀρκεσίλαος* idem. Vide Praefat. Epigrr. p. 143.

CCXVI.

Σιμωνίδου·

Κρὴς Ἄλκων Δι[δυμεῖ] Φοίβῳ στέφος Ἴσθμι' ἑλὼν πύξ.

Legitur inter Epigrammata miscellanea quattuor foliorum codici Palatino agglutinatorum: edidit Huschkius in Anall. Critt. p. 198. Suppleverunt *Διδύμοις*, maluimus *Διδυμεῖ*. Supervacaneum est enim et non usitatum addi significationem loci, ubi donum suspensum sit. Didymei autem nomine Apollo non uno loco colebatur.

CCXVII.

Trypho *περὶ τρόπων* in Museo Philol. Britann. 1833, V. p. 434. et in Boissonadii Anecdd. Grr. III, p. 274. *Ενιοι καὶ ἐν συλλαβαῖς ὑπερβατὰ πεποιήκασιν, ὡς καὶ Σιμωνίδης ἐν ἐπιγράμμασιν·*

Ἑρμῆν τόνδ' ἀνέθη Δημήτριος, ὄρθια δ' οὐχί,
ἐν προθύροις,

ἀντὶ τοῦ οὐκ ὄρθια δέ.

Inscriptum Hermae a Demetrio, quem Atheniensem fuisse consectarium est, in vestibulo posito.

Versu 1. *ἀνέθηκε* legebatur: non videbatur id aliter versui aptari posse ac fecimus, quanquam numerus sin-

gularis aoristi alterius fere non est in usu. In fine *ὀρθια δ' οὐκ* libri: versum complevit editor Anglus addito *ἦν*, quod nos fugit quo intellectu positum voluerit. Scribendum vel *οὐχὶ* vel *οὔ οἱ*, hoc sensu: Demetrius Hermam posuit — non erectis autem pudendis — in vestibulo; sive *ὄρθια* nude positum erat, sive in pentametro sequebatur *μήδη*. Illud tamen praestat sumere, quum poeta verecundiam Demetrii laudaturus verecundiam servare deberet ipse. Omisso autem nomine quivis intelligebat quid rei ageretur intelligiturque in nostra scriptura cur de hyperbato monuerit Trypho.

CCXVIII.

Pausan. X, 27. fin. *Κατὰ τοῦτο τῆς γραφῆς* (h. e. a dextra parte leschae Delphicae) *καὶ ἐλεγεῖόν ἐστι Σιμωνίδου·*

Γράψε Πολύγνωτος, Θάσιος γένος, Ἀγλαοφῶντος
υἱὸς περθομέναν Ἰλίου ἀκρόπολιν.

Anth. Pal. IX, 700. *Σιμωνίδου*, qui codex versu 1. in *γράψεν ἀρίγνωτος* aberravit. Nomine poetae celato citant Plutarchus de Orac. Defectu p. 436, A. et Scholl. Plat. Gorg. p. 338. Bekker. *Τῇ ἐν Δελφοῖς θαυμαστῇ γραφῇ ἐπιγέγραπται· Γράψε κτλ.* Particulam versus prioris citat Hesych. v. *Θάσιος παῖς Ἀγλαοφῶντος*, et Photius p. 80, 16. Pors. *Θάσιος παῖς Ἀγλαοφῶντος. Πολύγνωτος ὁ ζωγράφος οὕτως ἐπεγέγραπτο.* Reliqui praeter Plutarchum *περθομένην*.

CCXIX.

Anthol. Pal. IX, 758. *Εἰς θύρας. Σιμωνίδου*

Κίμων ἔγραψε τὴν θύραν τὴν δεξιάν·
τὴν δ' ἐξιόντων δεξιὰν Διονύσιος.

Cimo pictor Cleonaeus, cujus opera artem pingendi non levi incremento ditatam scribit Aelian. V. H. VIII, 8. *Κίμων ὁ Κλεωναῖος ἐξειργάσατό, φασι, τὴν τέχνην τὴν γραφικὴν ὑποφυομένην ἔτι καὶ ἀτεχνῶς ὑπὸ τῶν πρὸ αὐτοῦ καὶ ἀπείρως ἐκτελουμένην καὶ τρόπον τινὰ ἐν σπαργάνοις καὶ γάλαξιν οὖσαν· διὰ ταῦτά τοι καὶ μισθοὺς τῶν πρὸ αὐτοῦ ἔλαβεν ἁδροτέρους.* Cfr. Plin. H. N. XXXV, 8, 34. Dionysius Colophonius cum Polygnoto componitur apud Aelian. V. H IV, 3. *Πολύγνωτος ὁ Θάσιος καὶ Διονύσιος ὁ Κολοφώνιος γράφεε ἤστην· καὶ ὁ μὲν Πολύγνωτος ἔγραψε τὰ μεγάλα καὶ ἐν τοῖς τελείοις εἰργάζετο τὰ ἆθλα· τὰ δὲ τοῦ Διονυσίου πλὴν τοῦ μεγέθους τὴν τοῦ Πολυγνώτου τέχνην ἐμιμεῖτο εἰς τὴν ἀκρίβειαν, πάθος καὶ ἦθος καὶ σχήματος χρῆσιν, ἱματίων λεπτότητας καὶ τὰ λοιπά.* Plutarch. Timol. XXXVI. *Ἡ Ἀντιμάχου ποίησις καὶ τὰ Διονυσίου ζωγραφήματα τῶν Κολοφωνίων ἰσχὺν ἔχοντα καὶ τόνον ἐκβεβιασμένοις καὶ καταπόνοις ἔοικε.* Cimonem juvenem, ut videtur, et a quibusdam reprehensum poeta exhilaravit Epigrammate

CCXX.

Anthol. Plan. 84. *Ἄδηλον·*

Οὐκ ἀδαὴς ἔγραψε Κίμων τάδε· παντὶ δ' ἐπ' ἔργῳ
μῶμος, ὃν οὐδ' ἥρως Δαίδαλος ἐξέφυγεν,

si quidem vere haec Simonidi assignavit Brunckius. Quibus autem picturis hi versus subscripti fuerint latet.

CCXXI.

Anthol. Pal. IX, 757. *Εἰς* . . . (lemma mutilum). Simonidi tribuit Planudes:

Ἰφίων τόδ' ἔγραψε Κορίνθιος· οὐκ ἔνι μῶμος
χερσὶν, ἐπεὶ δόξας ἔργα πολὺ προφέρει.

Iphion, de quo aliunde non constat, aut adolescens fuisse videtur aut famae iniquitate laborans quo tempore illam picturam pinxerat. Sed opera ejus longe antecellebant opinionem, ut ait poeta, h. e. opinione longe pulchriora erant. Simonidi alterum Epigramma in eundem Iphionem adscribit Brunckius, quod in Anth. Pal. XIII, 17. *ἄδηλον* est:

Ἰφίων τόδ' ἔγραψεν ἑᾷ χερὶ, τόν ποκα ὕδωρ
θρέψε Πειράνας ἄπο.

Versu 1. *τόδ'* inserendum monuit Iacobsius. In fine si pro *ὕδωρ* reposueris *νᾶμα*, cujus vocis glossa illud sit (Suidas *νᾶμα· ὕδωρ.*), intolerabilis hiatus evanescet.

2. *Πειρήνης* legebatur. Ceterum *ποκά* declarare videtur non esse Epigramma Simonidis, qui quidem et in Doriis carminibus *ποτὲ* usurpaverit.

CCXXII.

Athen. V, p. 210, B. *Σίλλακος τοῦ Ῥηγίνου μνημονεύουσιν Ἐπίχαρμος καὶ Σιμωνίδης*, in Epigrammate, opinor. Sillax teste Polemone apud Athen. *τὴν πολεμάρχειον στοὰν* apud Phliasios picturis suis exornaverat.

CCXXIII.

Aristoteles Rhet. I, 7, 32. *Τὸ ἐπίγραμμα τῷ Ὀλυμπιονίκῃ·*

Πρόσθε μὲν ἀμφ' ὤμοισιν ἔχων τραχεῖαν ἄσιλλαν
ἰχθῦς ἐξ Ἄργους ἐς Τεγέαν ἔφερον,
. . . .
. . . .

Priorem versiculum omissa voce *ἄσιλλαν* iterum profert Aristoteles I, 9, 31., utroque loco suppresso poetae

nomine, quod Aristophanes Grammaticus apud Eustath. in Hom. Odyss. Ξ, p. 1761, 24. apponit: Ὁ δὲ τὸν σάνναν τοῦτον παρασημανάμενος Ἀριστοφάνης ὁ γραμματικὸς καὶ ἄλλας ἐκτίθεται καινοφώνους λέξεις, οἷον ἀσίλλαν (l. ἄσιλλαν), σκεῦός τι ἰχθυηρὸν, οὗ χρῆσις παρὰ Σιμωνίδῃ ἐν τῷ·

Πρόσδε μὲν ἀμφ' ὤμοισιν ἔχων τρηχεῖαν ἄσιλλαν
Ἰχθῦς ἐξ Ἄργους ἐς Τεγέην ἔφερε.

Versu 1. teste Victorio quidam codd. Πρόσθεν μὲν τραχεῖαν ἔχων ὤμοισιν ἄσιλλαν. Idem Victorius in aliquot codd. hunc versum additum repperisse se testatur:

Νῦν δὲ κράτος φέρομεν μέγα πᾶσιν Ὀλυμπιονίκαις.

Quem apertum est non admodum dextre confictum esse ad sententiam explendam ab sciolo quodam: ignorant codices Bekkeri. Sed aliquantulum adjuveris versiculum, si φέρομαι μετὰ reposueris. Ob adornationem conferas Simmiae Epigramma in Anth. Pal. VI, 113.

Πρόσθε μὲν ἀγραύλοιο δασύτριχος ἰξάλου αἰγὸς
διссὸν ἐπὶ χλωροῖς ἐστεφόμην πετάλοις·
νῦν δέ με Νικομάχῳ κεραοξόος ἥρμοσε τέκτων,
ἐντανύσας ἕλικος καρτερὰ νεῦρα βοός.

Ad vocem ἄσιλλα conferas Hesych. v. ἀσιλλοφορεῖ· ἰχθυοφορεῖ, ex praeclara emendatione Hemsterhusii, qui idem nomen impertiit Alciphroni Epp. I, 1. Vide ad Hesych. I, p. 589.

CCXXIV.

Athen. XV, p. 680, D. Ἀπίων ἐν τῷ περὶ Ῥωμαϊκῆς διαλέκτου φησὶ τὸν στέφανον πάλαι χορωνὸν καλούμενον ἀπὸ τοῦ τοὺς χορευτὰς ἐν τοῖς θεάτροις αὐτῷ χρῆσθαι αὐτούς τε περικειμένους καὶ ἐπὶ τὸν στέφανον

ἀγωνιζομένους, καθὼς ἐν τοῖς Σιμωνίδου ἐπιγράμμασιν ἰδεῖν ἔστιν οὕτω καλουμένου·

Φοῖβος ἐξαγεῖται Τυνδαρίδησιν αοιδης,
ἂν ἄμετροι τέττιγες ἐπεστέψαντο χορωνῷ.

Ita haec edidit Dindorfius. *Ἀοιδῆς*, *ἂν* Schweighaeuserus; Casaubonus Epigrammatis appellatione deceptus disticha restituenda ratus, quae opinio exinde obtinuit, ita fuisse apud poetam censebat:

ἀοιδὴν
Φοῖβος ἐξαγεῖται Τυνδαρίδησι καλήν,
τὰν ἄμετροι τέττιγες ἐπεστέψαντο χορωνῷ.

Interpretationis caussa haec addidit: »Phoebus docuit Tyndaridas canendi artem, quam cicadae modorum nesciae coronarunt corona, h. e. Castores musicam didicisse ipso Apolline magistro multasque reportasse coronas ex certaminibus cum imperitis cantoribus.« At Tyndaridas arte musica excelluisse, immo vero certamina adisse musica, id vero plane novum est. Nec in verbis inest id quod sumpsit Casaubonus. Quis enim *ἐξηγεῖσθαι* novit docendi significatu positum? Singulari praeterea et eo valde contorto genere elocutionis usus esset poeta, si imperitos cantores a Tyndaridis victos dicturus, Tyndaridarum cantum ab imperitis illis cantoribus coronatum dixisset. Non multum dissentit tamen Iacobsius Emendatt. in Athen. p. 356., qui postquam pentametrum restituit scripto pro v. *αοιδης* *ἅδην*, loco vocis *ἂν* conjicit *ἀλλ'*: »Phoebus Tyndaridas artem suam satis et abunde docuit (*ἐξαγεῖται?*); at cicadae artis expertes et indoctae sibi ipsis victoriae coronam adjudicarunt.« In quam rationem eadem fere cadunt, quibus Casauboni explanatio loci in paucis obscuri subvertitur. Propius

ad verum accessit Weberus, qui in Poett. Grr. Eleg. p. 241. haec ita verterit:

Selbst hat
Phoibos den schoenen Gesang Tyndaros Soehnen gelehrt,
Aber es greift zum Kranze die Schaar unbescheidner Cicaden.

Ita enim corrigit hexametrum in Animadverss. p. 618. Quanquam verba Graeca parum accurate expressit. Fabulam autem Spartanis propriam fuisse ponit, Apollinem cantu erudiisse Tyndaridas, ut Chiro erudierit Achillem. Cicadas conjicit poetas esse, qui quod se Apollini aequiparare ausi sint, superbia sua Simonidem exacerbaverint; forsitan Pindarum tangi. In quibus illa valde probamus quae de aemulis Simonideis suspicatur, qui vix dubium esse potest quin perstringantur: reliqua non videntur scopum attingere. Nam quid ad Simonidem aequalesque poetas pertinebat, si ferebatur fabulis — concedemus enim parumper solitum esse ferri —, Tyndaridas antiquitus victos esse cantu?

Sed emendandus locus est antequam explicationem aggrediare. Nam versu priore *ἐϛάγηται* verissime Stephanus et Ursinus, procul dubio ex libris vetustis: in fine *ἀοίδησαν* (*αοιδης ἂν*) Canterus, editio Lugdunensis, Stephanus. Altero versu *ἐπεστέψαντο* codex A et Casaubonus: *ἐπέμψαντο* Canterus; *ἐμέμψαντο* Steph. et Urs. Ursinus quidem in alia omnia abiit, quum locum Simonideum, quem apud Athenaeum corrupte scriptum dicit, ita exhibuit:

Φοῖβος ἐϛάγηται τυνδαρίδῃσιν
** ἀοίδησαν· ἄμετροι τέττιγες*
ἐμέμψαντο τῷ Κορωνῷ.

Videtur igitur pro lyrici carminis particula habuisse. Tu vide an ita scripserit poeta:

Φοῖβος ἐξάγηταί [ποτε] Τυνδαρίδαισιν ἀοιδάς,
τᾶν ἄμετροι τέττιγες ἐπεστέψαντο χορωνῷ.

Quae ita intelligenda sunt: *Apollo introduxit aliquando carmina in honorem Tyndaridarum, quorum carminum corona indocti cantores* (cfr. *'Ακάνθιον τέττιγα* Fr. Inc. CI., *τέττιγος ἄεθλον* Epigr. CCXXXI.) *se coronarunt.* Videtur haec poeta in adversarios suos *ἀποσχεδιάσαι*, ut Epigrr. CCXXX. 1., — nam ab indole veri epigrammatis toto caelo distant —, a quibus carmine in Dioscurorum laudem cantato superatus ira efferbuerit. Erant autem Tyndaridae cum Apolline conjunctissimi, veluti Therapnis, ubi sanctissima religione colebatur Apollo, Helena soror sepulta in Phoebaeo ferebatur. Jam pone — id autem verba paene flagitant —, vel Spartae vel alia in urbe Peloponnesi famam viguisse, ipsum olim Apollinem in honorem Tyndaridarum suorum cecinisse hymnum et ab eo inde tempore morem evaluisse, ut certo tempore Tyndaridae cantibus celebrarentur: in certamine autem musico festo die instituto Simonidem concessisse aliis poetis: et habebis quomodo explicari probabiliter locus tenebricosus possit. Apollinem autem, patronum poetarum, creditum esse illum cantum instituisse, id vero non magis mirandum est, quam quod alii dii deaeque in nuptiis heroum cecinisse dicebantur. Immo fecerat *'Επίχαρμος ἐν Μούσαις*, ipsam Minervam *ἐπαυλῆσαι τοῖς Διοσκόροις τὸν ἐνόπλιον*, Athen. IV, p. 184, F. Simonidis autem versiculos hexametros fuisse et *αοιδης* vocis mensura certissime demonstrat et confirmat comparatio simillimorum Epigrammatum CCXXX. I.

Ceterum cum voce *χορωνῷ* (Hesychii glossam *Χο-*

ρός· κύκλος, στέφανος ita emendabis: *Χορός· κύκλος. Χορωνός· στέφανος.*) conferendum Latinorum *chorona*, quam scripturae deformitatem exagitant Cicero Orat. 48., Quinctil. Instt. Orr. I, 5, 20. et nobili epigrammate similia perstringit Catullus.

CCXXV.

Herodianus *περὶ μονήρ. λέξ.* p. 45, 2. Dind. *Καὶ πληθυντικῶς Σιμωνίδης ἦν ἐπὶ πρώτου προςώπου, ὡς καὶ ἐν τοῖς ἐπιγράμμασιν·*

*Ἦν ἑκατὸν φιάλαι δίχα*σφίσιν.*

ἀντὶ γὰρ τοῦ ἦμεν ἦν.

Versiculus vocis *δίχα* mensura depravatus. *Ἦν* autem tum demum Grammatico pluralis numeri censeri poterat, si sequebatur post vocem *φιάλαι* nomen singulare, verbi caussa crater, tripus, is ut loquens introductus fuerit; in hanc fere speciem: *Eram centum phialae, nunc confusis illis factus sum crater* vel *tripus.* Similis condicio eorum debet fuisse locorum, in quibus *ἦν* locum ejus quod est *ἦμεν* obtinere visum est. Grammaticus in Bekkeri Anecdd. p. 1293. *Εὑρέθη δὲ καὶ πρώτου προςώπου πληθυντικοῦ, οἷον ἦν ἡμεῖς ἀντὶ τοῦ ἦμεν;* quanquam id exemplum parum scite confinxisse videtur. Nam id quomodo ad illam rationem redigi possit non exputo neque plane assentior Hermanno in Eurip. Ion. 1161. »Quod ibi commemoratur *ἦν ἡμεῖς*, vereor ut aliter dici potuerit, quam ut *ἦν* in principio poneretur.«

CCXXVI.

Schol. Pind. Nem. VII, 1. *Τί δήποτε τὴν Εἰλείθυιαν ἰδίως ἐπὶ τοῦ Σωγένους παρέλαβεν, ἀλλ' οὐχὶ καὶ*

ἐπ' ἄλλων εὐφυΐᾳ διενεγκόντων; Ἀριστόδημος δὲ ὁ Ἀριστάρχου μαθητὴς βέλτιον οὕτω φησίν· Ὀψέ ποτε τῷ Θεαρίωνι καὶ παρὰ τὴν ἡλικίαν προήκοντι εὐξαμένῳ τῇ θεῷ Σωγένη τεκνωθῆναι καὶ τὴν τοῦ παιδὸς αὐτοῦ γέννησιν οἷον Εἰλειθυίας εἶναι χάριν. Διὰ τὴν ἰδιότητα γοῦν τῆς γενέσεως τοῦ ἀθλητοῦ πρὸς τὴν θεὸν ταύτην ἐπήρεισε τὸν λόγον· ἐπιστοῦτο δὲ τοῖτο ἐξ ἐπιγράμματος (ὑπογράμματος Romana) Σιμωνίδου. Quod periit.

CCXXVII.

Athen. III, p. 125, C. (Iacobs. App. Epigrr. nr. 87.) Καλλίστρατος ἐν ἑβδόμῳ Συμμίκτων φησὶν, ὡς ἑστιώμενος παρά τισι Σιμωνίδης ὁ ποιητὴς κραταιοῦ καύματος ὥρᾳ καὶ τῶν οἰνοχόων τοῖς ἄλλοις μισγόντων εἰς τὸ ποτὸν χιόνος, αὐτῷ δὲ οὔ, ἀπεσχεδίασε τόδε τὸ ἐπίγραμμα·

Τήν ῥά ποτ' Οὐλύμποιο περὶ πλευρὰς ἐκάλυψεν
 ὀξὺς ἀπὸ Θρήκης ὀρνύμενος Βορέης,
ἀνδρῶν δ' ἀχλαίνων ἔδακε φρένας, αὐτὰρ ἐθάφθη
 ζωὴ, Πιερίην γῆν ἐπιεσσαμένη,
ἔν τις ἐμοὶ καὶ τῆς χεέτω μέρος· οὐ γὰρ ἔοικε
 θερμὴν βαστάζειν ἀνδρὶ φίλῳ πρόποσιν.

Simonidem in convivio principum Thessalorum haec fudisse summi plena leporis, propter Olympi et Pieriae terrae mentionem statuimus Prolegg. p. X.

Versu 1. vulgatam tuemur post Schaeferum et Iacobsium: Casaubonus τῇ emendabat. Verborum haec est structura: ἐγχείτω τις ἐμοὶ καὶ τῆς μέρος, τήν ῥά ποτε Βορέης ἐκάλυψεν. Opportune Iacobsius admonet Homerici illius πρόσθεν δὲ σάκος στέρνοιο κάλυψεν.

2. Libri ὠκύς, quod huic sententiarum nexui non

aptum videtur. Secuti sumus correctionem Valckenaerii, qui comparat Callimachi Hymn. in Dian. 114.

Αἵμῳ ἐπὶ Θρήϊκι· τόθεν Βορέαο κατάϊξ
ἔρχεται ἀχλαίνοισι δυςαέα κρυμὸν ἄγουσα.

In fine versus tertii *ἐκάμφθη* libri, quod Brunckius mutavit in *ἐκρύφθη*, praeclare Porsonus ad Eurip. Phoeniss. 986. *ἐθάφθη*, quod vox *ζωὴ* videtur postulare. Poeta lepidissime nivem vivam sepultam dicit, Pieria terra indutam, quod suave genus dicendi usitatum erat in morte hominum, veluti Pind. Nem. XI, 16. *Τελευτὰν πάντων γᾶν ἐπιεσσόμενος.* 5. *Ἐμοὶ καὶ τῆς χεέτω* codd. A C: *ἐμοὶ κατησχεέτω* B P: *ἔμοιγ᾽ αὐτῆς χεέτω* Aldus, Casaub.: *ἐμοί γ᾽ αὐτῆς* Steph. Ursinus. In fine versus *ἔοικες* codd. B P. Voluisse *ἐοικὸς* videntur.

CCXXVIII.

Athen. XIV, p. 656, C. *Περὶ λαγῶν Χαμαιλέων φησὶν ἐν τῷ περὶ Σιμωνίδου, ὡς δειπνῶν παρὰ τῷ Ἱέρωνι ὁ Σιμωνίδης οὐ παρατεθέντος αὐτῷ ἐπὶ τὴν τράπεζαν, καθάπερ καὶ τοῖς ἄλλοις, λαγωοῦ, ἀλλ᾽ ὕστερον μεταδιδόντος τοῦ Ἱέρωνος, ἀπεσχεδίασεν·*

Οὐδὲ γὰρ οὐδ᾽ εὐρύς περ ἐὼν ἐξίκετο δεῦρο.

Eustath. Odyss. *P*, p. 1821, 36. *Εἰς λαγὸν μέγαν ἐψημένον ἔπαιξέ, φασι, Σιμωνίδης τό·*

Οὐδὲ γὰρ οὐδ᾽ εὐρύς περ᾽ ἐὼν ἐξίκετο δεῦρο·

οἷα μὴ φθάσαντα παρατεθῆναι αὐτῷ ἐν τῷ δειπνεῖν παρὰ Ἱέρωνι. Cfr. Prolegg. p. XXXVIII. Jocose poeta traduxit Homericum illud Il. XIV, 33. *Οὐδὲ γὰρ οὐδ᾽ εὐρύς περ ἐὼν ἐδυνήσατο πάσας αἰγιαλὸς νῆας χαδέειν.*

CCXXIX.

Anth. Pal. XIII, 30. *Σιμωνίδου·*

Μοῦσά μοι Ἀλκμήνης καλλισφύρου υἱὸν ἄειδε.

Υἱὸν Ἀλκμήνης ἄειδε Μοῦσά μοι καλλισφύρου.

Lusum hunc Simonideum in exosum hominem Timocreontem Rhodium, de cujus simultate cum poeta Ceo diximus Prolegg. p. XVIII., ita ille derisit Anth. Pal. XIII, 31. *Τιμοκρέοντος Ῥοδίου ὁμοίως·*

Κηΐα με προςῆλθε φλυαρία οὐκ ἐθέλοντα.

Οὐκ ἐθέλοντά με προςῆλθε Κηΐα φλυαρία.

Sed mirificus profecto lusus. Rem ita se habere suspicamur. Timocreon quum ab Scholiasta in Aristoph. Ranar. 1337. *ἐποποιὸς* dicitur, certatim viri docti *μελοποιὸς* emendandum censuerunt: praepropere. Quid enim? Simonidis cavillatio tum demum hominem pungebat, si, quod ipsa illa cavillatio facit ut credamus, Timocreon carmen epicum Herculis res complexum ita exorsus erat:

Μοῦσά μοι Ἀλκμήνης καλλισφύρου υἱὸν ἄειδε.

In quo versu nescio quid reprehendendum intelligens poeta Ceus, eadem verba transposita efficere tetrametrum trochaicum docebat. Huic joco respondit Timocreon, hexametrum suum — in quo *Κηΐα* vox non sine audacia posita est loco molossi — in similem versum trochaicum transformari posse probaturus. Quae conjectura nostra si stabit, ad duas illas Heracleas poetarum Rhodiorum, Pisandri Camirensis et Pisini Lindii, cui Pisandrum Heracleam suam suffuratum criminatur Clem. Alex. Stromm. VI. p. 266. Sylburg., accedet tertia dicacissimi poetae Timocreontis Ialysii. Codex Pal. utroque loco *καλλίσφυρον* praebet. Quod qui verum habebit, aliter poterit de lusu illo statuere.

CCXXX.

Athen. X, p. 456, C. *Γριφώδη ἐστὶ καὶ Σιμωνίδη*

ταῦτα πεποιημένα, ὥς φησι Χαμαιλέων ὁ Ἡρακλεώτης ἐν τῷ περὶ Σιμωνίδου·

Μιξονόμου τε πατὴρ ἐρίφου καὶ σχέτλιος ἰχθὺς
πλησίον ἠρείσαντο καρήατα· παῖδα δὲ νυκτὸς
δεξάμενοι βλεφάροισι, Διωνύσοιο ἄνακτος
βουφόνον οὐκ ἐθέλουσι τιθηνεῖσθαι θεράποντα.

Φασὶ δ' οἱ μὲν ἐπί τινος τῶν ἀρχαίων ἀναθημάτων ἐν Χαλκίδι τοῦτ' ἐπιγεγράφθαι, πεποιῆσθαι δ' ἐν αὐτῷ τράγον καὶ δελφῖνα, περὶ ὧν εἶναι τὸν λόγον τοῦτον. Οἱ δὲ εἰς ἐπιτόνιον ψαλτήριον δελφῖνα καὶ τράγον εἰργασμένον εἰρῆσθαι· καὶ εἶναι τὸν βουφόνον καὶ τὸν Διονύσου θεράποντα τὸν διθύραμβον. Οἱ δέ φασιν ἐν Ἰουλίδι τὸν τῷ Διονύσῳ θυόμενον βοῦν ὑπό τινος τῶν νεανίσκων παίεσθαι πελέκει· πλησίον δὲ τῆς ἑορτῆς οὔσης εἰς χαλκεῖον δοθῆναι τὸν πέλεκυν· τὸν οὖν Σιμωνίδην ἔτι νέον ὄντα βαδίσαι πρὸς τὸν χαλκέα κομιούμενον αὐτόν· ἰδόντα δὲ καὶ τὸν τεχνίτην κοιμώμενον καὶ τὸν ἀσκὸν καὶ τὸν καρκίνον εἰκῆ κείμενον καὶ ἐπαλλήλως ἔχοντα τὰ ἔμπροσθεν, οὕτως ἐλθόντα εἰπεῖν πρὸς τοὺς συνήθεις τὸ προειρημένον πρόβλημα· τὸν μὲν γὰρ τοῦ ἐρίφου πατέρα τὸν ἀσκὸν εἶναι, σχέτλιον δὲ ἰχθὺν τὸν καρκίνον, νυκτὸς δὲ παῖδα τὸν ὕπνον, βουφόνον δὲ καὶ Διονύσου θεράποντα τὸν πέλεκυν.

Qui Simonidis versus anathemati Chalcidensi inscriptos fuisse putarunt, vehementer lapsi sunt: anathemata Graecis res religiosissima: ab iis ludibria procul amovebantur. Vel illud et huic obstat interpretationi et alteri, quae de *ἐπιτονίῳ ψαλτηρίῳ* est, quod tum non *ἠρείσαντο* aoristo poterat poeta uti: debebat praesenti *ἐρείδονται*. Defendit tamen alteram rationem et unam adeo veram arbitratur Welckerus in Diar. Scholast. Darmstad. 1830, II. p. 422., ubi denuo negat quod negaverat

in Appendice Trilog. Aesch. p. 241., poetis dithyrambicis praemium fuisse taurum; contra studet obtinere, in Dionysiis post actos choros dithyrambicos tauros ad convivium apparandum mactari solitos esse. Id ut factum sit, poetae dithyrambico obvenisse taurum declarat Simonidis Epigr. CCII. tam luculenter, ut ne minima quidem supersit dubitatio.

Contra tertiam explicationem unam esse certam, et comparatio sequentis Epigrammatis fidem facit et accurata in interpretatione prodita doctrina, non ea hausta de trivio, et sermo denique ipse. In qua quidem una omnis obscuritas luci concedit: in prioribus illis sunt quae omnem explanationem respuant, veluti quod in altera delphin vocatur *σχέτλιος ἰχθύς*: id quod de cancere optime poterat dici. Ceterum cfr. Prolegg. p. V.

CCXXXI.

Athenaeus l. c. pergit ita: *Πεποίηκε δὲ καὶ ἕτερον ὁ Σιμωνίδης ἐπίγραμμα, ὃ παρέχει τοῖς ἀπείροις τῆς ἱστορίας ἀπορίαν·*

Φημὶ τὸν οὐκ ἐθέλοντα φέρειν τέττιγος ἄεθλον
τῷ Πανοπηϊάδῃ δώσειν μέγα δεῖπνον Ἐπειῷ.

Λέγεται δὲ ἐν τῇ Καρθαίᾳ διατρίβοντα αὐτὸν διδάσκειν τοὺς χορούς· εἶναι δὲ τὸ χορηγεῖον ἄνω πρὸς Ἀπόλλωνος ἱερῷ οὐ μακρὰν τῆς θαλάσσης· ὑδρεύεσθαι οὖν καὶ τοὺς ἄλλους καὶ τοὺς περὶ Σιμωνίδην κάτωθεν, ἔνθα ἦν ἡ κρήνη· ἀνακομίζοντος δ' αὐτοῖς τὸ ὕδωρ ὄνου, ὃν ἐκάλουν Ἐπειὸν διὰ τὸ μυθολογεῖσθαι τοῦτο δρᾶν ἐκεῖνον καὶ ἀναγεγράφθαι ἐν τῷ τοῦ Ἀπόλλωνος ἱερῷ τὸν Τρωϊκὸν μῦθον, ἐν ᾧ ὁ Ἐπειὸς ὑδροφορεῖ τοῖς Ἀτρείδαις, ὡς καὶ Στησίχορος φησιν [Fr. XXIV. Klein.]

Ὤικτειρε γὰρ αὐτὸν ὕδωρ ἀεὶ φορέοντα Διὸς κούρα
βασιλεῦσιν·)

ὑπαρχόντων οὖν τούτων ταχθῆναί φασι τῷ μὴ παραγενομένῳ τῶν χορευτῶν εἰς τὴν ὡρισμένην ὥραν παρέχειν τῷ ὄνῳ χοίνικα κριθῶν. Τοῦτο οὖν κἂν τῷ ποιητῇ λέγεσθαι· καὶ εἶναι τὸν μὲν οὐ φέροντα τὸ τοῦ τέττιγος ἄεθλον τὸν οὐκ ἐθέλοντα ᾄδειν, Πανοπηϊάδην (*υἱὸς Πανοπῆος Ἐπειός*, Hom. Iliad. XXIII, 665.) *δὲ τὸν ὄνον, μέγα δεῖπνον τὴν χοίνικα τῶν κριθῶν.* Adde Eustath. Hom. Il. p. 1323, 60. *Ἡ ῥηθεῖσα ἱστορία τῆς τοῦ Ἐπειοῦ ὑδροφορήσεως ὑπεκίνησε τὸν Σιμωνίδην αἴνιγμα θέσθαι ἐπὶ ὄνῳ ὑδροφοροῦντι αὐτῷ τε καὶ τοῖς μαθηταῖς, ἐν ᾧ Πανοπηϊάδην ἐκεῖνος τὸν ῥηθέντα ὄνον εἶπεν, ἤγουν Πανοπέως υἱὸν Ἐπειόν.* Ingenue Ioannes Siceliota in Hermogen. apud Walz. Rhett. Grr. VI, p. 200. *Τοιοῦτον καὶ τὸ τοῦ Σιμωνίδου πρὸς τοὺς ἑταίρους, ὃ πόνοις καὶ ἐξετάσεσι πολλῶν ἐτῶν μόλις ἐνόησα, εἴπερ καὶ ἐνόησα·*

Φημὶ τὸν οὐκ ἐθέλοντα φέρειν τέττιγος ἄεθλον
τῷ Πανοπηϊάδῃ μετὰ δεῖπνον δώσειν ἐπ' ἠώ.

Περὶ γὰρ τούτου ταῦτα νοοῦμεν· τὸν μὴ θέλοντα φέρειν πόνον καὶ ἀγῶνα ὑπὲρ τοῦ τέττιγος, τουτέστι τοῦ ποιήματος, κτλ. Festivam alterius versiculi scripturam sequitur in interpretatione sua, quam non sustinemus apponere integram. Ceterum v Prolegg. p. VI.

INCERTA.

I.

Anth. Pal. VII, 431. *Ἄδηλον· οἱ δὲ Σιμωνίδου· ἐπὶ τῷ τάφῳ τῶν τριακοσίων στρατιωτῶν τῶν μετὰ Ὀθρυάδου πεσόντων ἐν τῷ πρὸς Ἄργος πολέμῳ ἐπὶ τῇ Θυρεάτιδι*, de quo v. Herod. I, 82.

Οἵδε τριηκόσιοι, Σπάρτα πατρί, τοῖς συναρίθμοις
Ἰναχίδαις Θυρέαν ἀμφὶ μαχεσσάμενοι,
αὐχένας οὐ στρέψαντες, ὅπα ποδὸς ἴχνια πρᾶτον
ἁρμόσαμεν, ταύτᾳ καὶ λίπομεν βιοτάν.
Ἄρσενι δ' Ὀθρυάδαο φόνῳ πεπαλυγμένον ὅπλον
καρύσσει· Θυρέα, Ζεῦ, Λακεδαιμονίων.
Αἰ δέ τις Ἀργείων ἔφυγεν μόρον, ἧς ἀπ' Ἀδράστου·
Σπάρτᾳ δ' οὐ τὸ θανεῖν, ἀλλὰ φυγεῖν θάνατος.

Simonidem auctorem esse carminis nullo pacto credemus. Primum enim puerulus fuit Simonides eo tempore, quo nobilissima pugna pugnata est, Olymp. LVIII., v. Muelleri Dorr. I, p. 158.: neque credibile est, multo post illam tempore Epigramma inscriptum esse tumulo. Deinde sunt in formis dialecti Doricae quaedam ab Simonide aliena, v. Praefat. Epigrr. p. 140. Tum ne credibile quidem est, istam garrulitatem in lapide fuisse Lacedaemonio, quae ab Laconum moribus toto caelo abhorreat. Denique indoles universi Epigrammatis non solum non Simonidea est, sed omnino ne antiquioris quidem poetae.

Versu 3. ὄπαι Pal., ὄπα Stephanus. Tum Pal. ποδὸ ἴχνος ἃ πρατόν, hac addita notula: Δωρικῶς ἀντὶ τοῦ πρῶτον. Recte Planudes. 5. κεκαλυμμένον libri: emendavimus. 7. αἵ δέ Pal. et quaedam exempla Planudeae: εἰ δὲ aliquot veteres editt. Plan.: αἰ δὲ Brunckius. Tum ἧς ἀπ' Pal.: ἧς ed. pr. Flor., reliquae ἦν. »Adrasto, Argivorum regi, fuga ex proelio ad Thebas, unde solus aufugerat, exprobrabatur.« Iacobsius.

II.

Anth. Pal. VII, 254. *Σιμωνίδου εἰς τοὺς Ἀθηναίων προμάχους·*

Χαίρετ' ἀριστῆες πολέμου μέγα κῦδος ἔχοντες,
κοῦροι Ἀθηναίων ἔξοχοι ἱπποσύνῃ,
οἵ ποτε καλλιχόρου περὶ πατρίδος ὠλέσαθ' ἥβην
πλείστοις Ἑλλάνων ἀντία μαρνάμενοι.

Epigramma egregie quadrans in equites Athenienses, qui initio belli Peloponnesiaci quum plerique Graeci in Athenienses coorti essent, patriam ab Peloponnesiorum injuriis defendebant. Quare ab Simonide profectum esse nequit, ut recte observavit Opsopoeus. Nec forma Epigrammatis Simonidea. Fortasse dicuntur ii Athenienses, qui quum Archidamus primo statim anno belli in Atticam irrupisset, occubuerunt in infelici pugna περὶ τοὺς Ῥείτους καλουμένους, Thuc. II, 19. Versu 4. Ἑλλήνων scribendum.

III.

Diogenes Laert. VIII, 65. p. 533. Casaub. Ἄκρωνος ἰατροῦ τόπον αἰτοῦντος παρὰ τῆς βουλῆς εἰς τὴν κατασκευὴν πατρῴου μνήματος διὰ τὴν ἐν τοῖς ἰατροῖς ἀκρότητα, παρελθὼν ὁ Ἐμπεδοκλῆς ἐκώλυσε, τά τε ἄλλα περὶ

ἰσότητος διαλεχθεὶς καί τοι καὶ τοιοῦτον ἐρωτήσας· Τί δὲ ἐπιγράψομεν ἐλεγεῖον ἢ τοῦτο·

"Ακρον ἰητρὸν "Ακρων' Ἀκραγαντῖνον πατρὸς ἄκρου
κρύπτει κρημνὸς ἄκρος πατρίδος ἀκροτάτης;

Τινὲς δὲ τὸν δεύτερον στίχον οὕτω προφέρονται·

Ἀκροτάτης κορυφῆς τύμβος ἄκρος κατέχει.

Τοῦτό τινες *Σιμωνίδου* φασὶν εἶναι.

Suidas v. "Ακρων· Εἰς τοῦτον ἐποίησεν Ἐμπεδοκλῆς τωθαστικὸν ἐπίγραμμα· "Ακρον ἰατρὸν κτλ. ut apud Diogenem. Eustath. ad Hom. Odyss. p. 362, 17. mutilatum profert Epigramma, qui auctorem παλαιόν τινα universe appellat. Denique Plinius H. N. XXIX, 4. *Acronis Agrigentini Empedoclis auctoritate commendati* meminit. Nemo illud tumulo insculptum fuisse sibi persuadebit. Sive Empedoclis est sive Simonidis non admodum felicis venae est ἀποσχεδίασμα. Uti illud, quod Simonidis nomine inscriptum exstat longe indignissimum tanto poeta in Anth. Palatina:

Σῶσος καὶ Σωσὼ σωτῆρι τόνδ' ἀνέθηκαν,
Σῶσος μὲν σωθείς, Σωσὼ δ' ὅτι Σῶσος ἐσώθη.

IV.

Diogenes Laert. VIII, 65. p. 531. Cas. Ἐμπεδοκλῆς καὶ ἐπίγραμμα εἰς αὐτὸν ἐποίησε·

Παυσανίαν, ἰατρὸν ἐπώνυμον, Ἀγχίτου υἱὸν
τόνδ' Ἀσκληπιάδην πατρὶς ἔθαψε Γέλα,
ὃς πολλοὺς μογεροῖσι μαραινομένους καμάτοισι
φῶτας ἀπέστρεψεν Φερσεφόνας ἀδύτων.

In Anth. Pal. VII, 508. inscribitur: *Σιμωνίδου* εἰς Παυσανίαν τὸν ἰατρόν. In Planudea est ἄδηλον. Illud constat, Empedoclem Pausania familiarissime usum esse, ut Aristippo et Satyro auctoribus refert Diogenes l. c.

Ἦν ὁ Παυσανίας ἐρώμενος αὐτοῦ, ᾧ δὴ καὶ τὰ περὶ φύσεως προςπεφώνηκεν οὕτως·

Παυσανία, σὺ δὲ κλῦθι, δαΐφρονος Ἀγχίτου υἱέ.

Hinc erit qui Epigramma Empedocli quavis ratione vindicet. Neque vero ineptum est statuere, Epigramma ab Simonide scriptum falsa ratiocinatione relatum ad Empedoclem esse ab iis, qui Pausaniae et Empedoclis familiaritatem recordarentur. Res igitur in incerto relinquenda.

Versu 1. Παυσανίην ἰητρὸν vulgo: Παυσανίαν Pal., ἰατρὸν Brunckius. Ἐπώνυμος propter nomen ipsius a vv. παύειν ἀνίαν ductum, ut placet poetae, vocatur. Ἀγχίτεω libri: Ἀγχίτου Brunckius. 2. Φῶτ' Ἀσκλ. Diogenes, quod ex versu quarto eo translatum videtur. Ibidem ἔθρεψε Γέλα Diog.; ἔθαψε πέλας Pal., ἔθαψε κόνις Plan. 3. πλείστους Pal. Plan. Tum κρυεραῖσι μ. ὑπὸ νούσοις Pal. Plan. Nostrum Diogenes. Cfr. Simonidis Eleg. Fr. LX, 10. Οὐδ' ὑγιὴς ὅταν ᾖ, φροντίδ' ἔχει καμάτου. Denique 4. Φερσεφόνης Pal. Diog. Περσεφόνας Pl.

V.

Appendix Anth. Pal. 77. Σιμωνίδου·

Δῆμος Ἀθηναίων σέ, Νεοπτόλεμ', εἰκόνι τῇδε
τίμησ' εὐνοίης εὐσεβίης θ' ἕνεκα.

Servatum in primis Palatinarum membranarum foliis. Recentius tempus res ipsa, cui scriptum est, clamat. Nimirum post Harmodium et Aristogitonem primum Cononem statua honoratum esse ab Atheniensibus accepimus. Praeterea Simonidis tempore non ita abjecti ad adulationem hominum animi fuerunt, ut mortalem εὐσεβίης scilicet gratia statua decorarent. Romana tempora sapit.

VI.

Anth. Pal. VI, 212. *Ἀνάθημα Σιμωνίδου*·

Εὔχεο τοῖς δώροισι, Κύτων, θεὸν ὧδε χαρῆναι
Λητοΐδην, ἀγορῆς καλλιχόρου πρύτανιν,
ὥσπερ ὑπὸ ξείνων τε καὶ οἳ ναίουσι Κόρινθον
αἶνον ἔχεις χαρίτων, δέσποτα, τοῖς στεφάνοις.

Scite Reiskius non veteris, sed recentioris poetae judicat: *δεσπότου* enim appellationem veteres Graeci cane pejus et angui reformidabant. Iacobsius verba *δέσποτα τοῖς στεφάνοις* fortasse ab aliena manu ad versum implendum addita putat. Verum vel reliquorum indoles de Simonide supparive aetate poeta cogitare vetat. Erat autem aetate Pausaniae in foro Corinthi *Ἀπόλλων ἐπίκλησιν Κλάριος χαλκοῦς*, Paus. II, 2, 7. Cui Cyton victoria reportata dona dedicasse videtur.

Versu 1. *τοι δώροισι* codex Pal. Emendavit Salmasius.

VII.

Etym. M. p. 135, 30. *Ἀργανθών*· *Σιμωνίδης ποταμόν φησιν, οἷον*·

Μυσιὰ πύοντα παρὰ ῥόον Ἀργανθώνης.

Recte Sylburgius, ut videtur, *Πίσεα ποιήεντα*, ut est Hom. Il. XX, 9., quem probat Ruhnkenius Ep. Crit. I, p. 53. Contra Toupius aperte fallitur, qui Emendatt. in Suid. p. 60. corrigebat: *ποταμόν φησι Μυσίας, οἷον κτλ.* Non dicit enim poeta Mysiae flumen. Utut est, Simonidem Ceum auctorem deprecamur. Quid, si *Simmiae* fuerit? Cfr. quae dicta sunt supra p. 88.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

Ad p. V, l. 2. *Boeckhius C. J.* lege: *C. Inscrr.* In quam partem saepius peccatum video, ut p. XXII, 9. *Jophon* leg. *Iophon.*

VII, l. 10. Verba: *Simonides Musicus — inexploratum est,* delenda. Exploratissimum est enim, Simonidem illum dici Amorginum iambographum, v. qui sero affertur libellus, Welcker. Simonidis Amorgini Iambi qui supersunt p. 6.

VII, l. 26. Scribendum: *Pars carminum Hesiodo olim adscriptorum Locrensem habebat originem.*

IX, l. 11. *CLXXXV.* Lege: *CLXXXVII.*

XIX, l. 30. *cyclico.* Lege: *cyclio.*

XX, l. 21. *pluris* debebam.

Ibid. l. 22. Verba: *si quidem fides Apophthegmati Pindari,* non eo referuntur, ut Pindarum post Simonidem adisse Syracusas in dubium vocetur — id enim certissimum —, sed ut apophthegma illud, cujus fides, ut in tali caussa, non plane certa videbatur.

XXV, l. 16. *Aristot. Rhet. IV,* 1. Scribe: *Ethic. Nicom. IV,* 1, 27.

XXVI, l. 26. Thucyd. II, 44. *Οὐκ ἐν τῷ ἀχρείῳ τῆς ἡλικίας τὸ κερδαίνειν, ὥσπερ τινές φασι, μᾶλλον τέρπει, ἀλλὰ τὸ τιμᾶσθαι.* Ad Simonideum dictum alludi sententia est Bloomfieldii.

XXVII, l. 23. Welckerus Sim. Amorg. p. 87. versiculum illum nulli veterum poetarum majore specie veri tribui posse censet, quam Simonidi Iambographo. Quod autem Aristophanes ad irridendum lyricum utatur, id vel forte factum esse vel propter poetae nomen, ut comparatione vetusti Simonidis recentior magis etiam premeretur, quam verborum *θεοῦ θέλοντος* permutatione.

Ibid. l. 18. Confer cum responso Simonidis Soph. Antig. 317., ubi custos ad Creontem: *ἐν τοῖσιν ὠσὶν, ἢ 'πὶ τῇ ψυχῇ δάκνει;*

XXX, l. 11. *Pindarus, qui.* Lege: *Pindarum qui.*

XXXVI, l. 20. *digna illa.* Lege: *dignis illis.*

LII, l. 17. Non recte modos Creticos harmoniis inseruimus.

Ibid. 28. Simonides Musicus quum sublatus sit, erraverint necesse est Schol. Aristoph. et Suidas, qui Simonidem lyrae *τὸν τρίτον φθόγγον* addidisse perhibeant.

Ibid. 29. Fr. Epin. XIX. Re identidem pensitata intelleximus, fortasse aliter de loco Aristophanis et Simonidis carmine esse statuendum. Frigere enim videtur jocus ille, quem affingebamus poetae Ceo, spectatus in eo, quod Crium non male sibi pexisse adversarium diceret, quum dici Crium pexum exspectares: ob quam rem Aristophanis censuram non effugerit. Immo ipse Aristophanes optimus videtur Simonidei lusus interpres, quum Phidippides jubetur canere *τὸν Κριὸν ὡς ἐπέχθη.* Simonides dicebat in carmine epinicio Atheniensi, opinor, scripto, qui Aeginetam dejecisset: *Non male Crius se mulcandum dedit* rell., quod nos dicimus: *Krios hat sich nicht schlecht kaemmen lassen.* Iam declaratum habemus, cur Strepsiades exegerit illud potissimum carmen: delectabatur enim honorabilis civis calamitate exosi

Aeginetae. Quanquam Synesii *ἔπαινος ἐνόρχου κριοῦ* tum aliorsum spectare censendus erit. Ceterum cum significatione illa, qua v. *πέξασθαι* positum statuimus, conferas v. *κείρασθαι* (*sich scheeren lassen*), Euphor. Fr. XLIX, 2. *Ποσειδάωνι δαμασσαμένη τέκεν Ἄρνη* (*die sich hatte ueberwaeltigen lassen*), quod minus accurate Meinekius pro *δαμασθεῖσα* dictum sumit. Ita ibidem LXI, 2. *Ἑλένη ἶφι βιησαμένη*. Pind. Nem. VI, 19. *στεφανωσάμενοι* (*die sich hatten kraenzen lassen*), ubi Dissenius citat Mehlhornium in Programm. Gymnas. Glogaviens. 1828.

37. Fr. XXVII. Forsitan *Δίδωτι δαὖτέ* vel *δηὖτέ σ' Ἑρμᾶς ἐναγώνιος* servari poterit, si poetam ponas cantu per tempus intermisso alloqui lyram: *Te rursus Mercurius mihi in manus dat.* Quo probato ea quae adduntur minus offensionis habebunt, si forte Mercurius ipse hymno praedicabatur. Formam *δίδωτι*, quam non suspectam habebat Matthiae Gr. Gr. I, p. 401., Pindaricum *ἐφίητι* vindicare videtur.

46, l. 17. *laudationis*. Lege: *laudationes*.

67, l. 1. *Σιμωνίδης* certa Valesii et Meursii Attic. Lectt. IV, 7. est emendatio: libri *Σίμων*. Cfr. Eustath. Hom. Odyss. K, p. 1653, 31. *Ὅτι ὑποκοριστικῶν τύποι διάφοροι, δῆλον ἐκ τῶν παλαιῶν, παρ' οἷς κεῖται καὶ ἀρσενικῶν τύπος ὁ μὲν κατὰ τὸ πλεονάζον, οἷον Ἡφαιστίων Ἡφαιστίωνος, ὁ Ἥφαιστος, ὁ δὲ κατὰ τὸ ἐλλεῖπον, οἷον Βάκχων Βάκχωνος καὶ Σίμων Σίμωνος, ὁ Βακχυλίδης δηλαδὴ καὶ ὁ Σιμωνίδης.*

74. Fr. LI, 3. 4. Revoca scripturam librorum *οὐδ' ἄφθιτον, οὐδ' ἀκίνδυνον* me invito desertam.

76. Fr. LIII. Welckerus haec ita scripta (Fr. III.):

Πολλὸς γάρ ἡμῖν ἐστι τεθνάναι χρόνος,
ζῶμεν δ' ἀριθμῷ παῦρα [καὶ] κακῶς ἔτεα,

Amorgino accensuit iambographo. Versiculi prioris scriptura ut ferri possit, quod Welckerus metrum de Leoprepida non sinere cogitare ait, fallitur. Et hunc dici ostendunt simillimae sententiae Frr. LIV. LV. LVI. Bernhardy in opinione sua perseverat in Encyclopaed. Philol. p. 159. Convenit nobis cum Welckero in eo, quod anapaestos ad Fr. LIII. allatos ab Tragico poeta scriptos statuit.

91. Fr. LXIX. Welckero est Amorgini Fr. V.

[καὶ] ῥεῖα θεοὶ κλέπτουσιν ἀνθρώπων νόον.

Licebit dissentire, opinor.

105. Fr. XCIV. Welckero est Fr. XI. Simonidis Amorgini scriptum ita ut est apud Aristotelem. Conjicit Welckerus, Plutarchum Them. V. (v. Prolegg. nostra p. XXVIII.) confudisse Amorginum cum Ceo, qui quidem summopere celebraverit Corinthios non uno carmine: Amorgini iambum proverbii loco usurpatum affictum esse Ceo poetae, qui ob acuminis et dictorum celebritatem maxime placuerit narratiuncularum amatoribus et inventoribus. Rem omnino inscite in Simonidem translatam esse, *εἰκόνας* prodere temporum rationibus non accommodatas. — Contra haec paucis defungemur. Welckerus si non praetermisisset Scholiastam Pindari, aliter erat judicaturus. Aristotelis scripturam ut procul amandemus omnis ratio critica flagitat: *μέμφεται* interpretatio est verae scripturae *μανίει*. Praeterea quid Simonidi Amorgino cum Corinthiis? Contra quae ipsis intercesserit cum Ceo poeta necessitudo et alia ostendunt et Themistoclis illud dicterium: in quo ut Plutarchus quae de statuis dicit in alienum locum transtulerit, id

quod illi non semel accidit, ita quae de Cei conviciis in Corinthios conjectis dicuntur, ea in suspicionem vocare paene temerarium videtur. Forsitan Themistoclis dictum ita ferebatur: Simonidem male sanum esse, qui Corinthios vellicet, seipsum collaudet in carminibus suis.

109. Fr. CI. Welckero est Fr. XIII. Amorgini poetae. Censet Welckerus Simonidem suum significasse proverbio illo non mutam, quales Acanthias, sed creperam, si apprehendatur, se cicadam fore, collatis Archilochi minis apud Lucian. Pseudolog. I. Interpretationem Stephani reliquorumque auctorum veterum (addit Welckerus Arsen. Violet. p. 36. 444. Apostol. II, 30. XVIII, 33. Provv. e Suid. I, 74.) a Rheginis cicadis in Acanthias Simonidis translatam videri. — Recte vero veteres: Leoprepida adversarios suos *Ἀκανθίοις τέττιξι* comparaverat, ut Epigr. CCXXIV. *ἄμετροι τέττιγες* dicuntur mali poetae: Pindaro adversarii *κόρακες*. Videtur autem poeta cogitasse de regione nescio qua (non constat enim Chalcidicae urbem dici, ut censet Welckerus cll. Aelian. H. A. III, 35. *Ἄφωνα δέ ἐστι τὸ παράπαν, ἐν Κυρήνῃ μὲν οἱ βάτραχοι, ἐν Μακεδονίᾳ δὲ ὗς καὶ τεττίγων τι γένος.*), cujus cicadae mutae: Grammatici ab senticeto cognominatas esse commenti videntur. Nos in commentariis obscurius sententiam nostram indicavimus.

112. Fr. CVI. Welckerus p. 87. verba a Stobaeo apposita:

Ὁ δ' αὖ θάνατος ἔκιχε καὶ τὸν φυγόμαχον·

poetam comicum prodere arbitratur: lemma eo esse incertius, quod praecedat proxime *Σιμωνίδου*. Posse tamen errorem inde ortum esse, quod Simonidis dictum a Comico expressum fuerit. — Haec Welckerus

Ibid. Fr. CVII. Wyttenbachius ad illa Iuliani

Oratt. I, p. 3, B. τοῦ τῆς σιωπῆς ἀκινδύνου γέρως, haec praeterea attulit in Bibl. Crit. III, 1, p. 40.: Libanii Decl. I, 16. p. 445, C. Ἔστι δὲ καὶ τῶν ποιητῶν ἀκούειν ποτὲ λεγόντων, ὡς ἀκίνδυνον γέρας εἴη τὸ τῆς σιωπῆς. Clemens Alex. Stromm. II, p. 168, 14. Sylb. Ἔστι τῷ ὄντι οὐ σιγὴ λόγου διαφέρει· ἔστι καὶ σιγῆς ἀκίνδυνον γέρας. Et Bibl. Crit. IV, p. 80. addit Philonem Iud. Vita Mosis p. 646, C. Βελτίων τῶν μὴ καθ' ἡδονὴν λόγων ἡ ἀκίνδυνος ἡσυχία. Stobaeus autem et Maximus cur Athenodoro tribuerint videor mihi posse ostendere. Nam teste Plutarch. Apophthegm. p. 207, C. Augustus imperator Athenodorum philosophum apud se retinuit his verbis: Ἔτι σου παρόντος χρείαν ἔχω· καὶ κατέσχεν αὐτὸν ὅλον ἐνιαυτὸν, εἰπὼν, ὅτι ἐστὶ καὶ σιγῆς ἀκίνδυνον γέρας. Id oscitanter in horrea sua conjecisse isti videntur. Ceterum jam ante Wyttenbachianum trimetrum:

Ἀλλ' ἐστὶ καὶ σιγῆς ἀκίνδυνον γέρας,

haec verba numero eidem apta sunt in Epigrammate apud Osannum Syllog. Inscrr. IX. p. 501. nr. 51., quod descriptum de lapide in aedibus Riccardinis Florentiae servato:

Ὁ πανσίλυπος οἶκος οὗτός [ἐστιν] ἄστομος·
ἔστιν δὲ καὶ σιγᾶν ἀκίνδυνον γέρας.

In quibus ἐστὶν segregandum videri recte monuit Welckerus in Diar. Scholast. Darmstad. 1830, II, nr. 80. p 706. Idem vulgatum ἀστόμως correxit et v. 2. ἐστὶ. Fortasse tamen verba poetae in lapidem translata sunt ut erant apud poetam, modo σιγᾶς rescribas.

114, l. 6. Ne Welckero quidem crediderim, Aristotelis μακρὸν λόγον respicere ad μακροὺς λόγους in versiculo Amorgini, v. Welcker. Fr. XV.

114. Fr. CX. Welckerus in Fr. X. poetae iambici haec fere disserit: »Antiatticista in Bekkeri Anecdd. p. 105, 3. *Κορδύλη, τὸ ἔπαρμα. Σιμωνίδης ἐν δευτέρῳ.* Significatur proverbium, cujus hic verus esse videtur et genuinus sensus, et *κορδύλη* fuit nominis forma, qua usus est poeta, quum Attica sit *κόρυδος* et *κορυδαλός*, v. Phryn. p. 338. [At is *κόρυδος* unum probum esse auctor est, *κορυδαλὸς*, qui erat titulus comoediae Eubuli, rejicit secutus Aristophanem Grammaticum.] Plutarchus aliique in aviculae galero non decus, sed excrescentiam spectantes, Simonidis dictum pervertunt, nominis autem forma utuntur vulgari. — Imperfectum *χρῆν* [id apud unum Plutarchum in vita Timol. legitur;] ut sententiis accommodatum merito praefert Schaeferus. *Ἐγγίνεσθαι* non esse Simonidis, certum est; *ἐγγενέσθαι* si ab illo scriptum est, excidit aliud verbum. Fuisse videtur:

πάσῃσι κορδύλῃσι χρῆν
λόφον [καρήατ'] ἐγγενέσθαι.«

Hactenus vir doctus. — Nil vero de proverbio Antiatticista: recte ille *κορύδην* vocem, cui nihil cum v. *κόρυδος* vel *κορυδαλὸς* est negotii, explicans *ἔπαρμα*, siquidem ita appellantur omnia, quae attolluntur in altum. Hesych. *κορδύλη· κορύνη, ῥόπαλον· ἢ τὸ ἐπάνω τῆς κασσίδος· ἢ πανοῦργος;* v. Intpp. h. l. Tantum igitur abest ut alaudam cassitam sonet, ut ipsum *λόφον* significare potuerit: eorum igitur quae Welckerus Simonidi imperticbat haec nasceretur sententia: omnibus *λόφοις* debet *λόφος* inesse! Praeterea qua ratione homo vanus et superbus isto proverbio notari potuerit non capio: surgit enim natura *λόφος* in capite cassitarum: quo dempto ne essent quidem cassitae. Significat ergo id

quod rei cuique necessarium est, ut recte senserunt veteres. *Χρῆν* autem plane explodendum: inepte enim esset locutus poeta, si dixisset: *Debebant cassitae habere cristam:* verumenimvero habent. De versibus Welckeri praestat tacere.

121. Fr. CXXV. C. E. C. Schneiderus ad Platonis l. l., qui totus locus ita est conformatus: *Ἀδίκῳ δὲ δόξαν δικαιοσύνης παρεσκευασμένῳ θεσπέσιος βίος λέγεται· οὐκοῦν, ἐπειδὴ τὸ δοκεῖν, ὡς δηλοῦσί μοι οἱ σοφοί, καὶ τὰν ἀλάθειαν βιᾶται καὶ κύριον εὐδαιμονίας, ἐπὶ τοῦτο δὴ τρεπτέον ὅλως*: Schneiderus igitur verba *καὶ κύριον εὐδαιμονίας* fortasse et ipsa esse Simonidi tribuenda censet. Absit ut poetam Ceum adeo a *σωφροσύνη* sua recessisse criminemur. Simonides *speciei saepe veritatem cedere* dicebat: quod quo spectare videatur explanavimus Prolegg. p. XXXIV. Adimantus, quotidianae vitae consuetudinem respiciens, *speciem veritate potiorem* ait *et felicitatis principium*. Ne sermo quidem Schneideri conjecturae favet: vocis enim *κύριον* ista potestas, qua *rem primariam* significat, ignota poetis antiquioribus. Denique si ista essent poetae Cei, non omisissent, opinor, Scholiastae Euripidis.

125. Fr. CXXXV. Adde Crameri Anecdd. Grr. I, p. 106, 1. *Δαυλός: παρὰ τὸ δάω δαλὸς, ἐπενθέσει τοῦ υ δαυλός· ἢ παρὰ τὸ δαέλος κατὰ συναλιφὴν δαυλὸς, ὡς αἱ νᾶες, αἱ ναῦς· ἢ παρὰ τὸ δαύω δαύσω·*

Μηρίων δεδαυμένων.

128. Fr. CXLIV. Recte *φυγὴν*, non *φυγεῖν*, impressum est. *Φύξιμος ὀδμὴ* habet et Nicander Theriacc. 54., quod recte interpretatur Erfurdtius in Soph. Antig. 783.

128. 129. Frr. CXLVII. et CXLVII, A., quae

diximus Amorgino tribuenda videri, inter Incerta recepit Welckerus p. 87. Qui quod v. κάρκαρα (nobis Fr. Inc. LXXXIV.) in eundem censum redegit, dissentientes nos habet ob originem vocis, quae Rhinthoni quoque et Sophroni usurpata aperte Sicula est. Idem Welckerus quod p. 71. Fr. Thren. XLVII. Amorgino vindicandum conjectat, et res ipsa Ceo adjudicat et is qui affert Menander, Lyricorum poetarum auctoritatibus uti solitus. Laetabimur, si virum amicissimum contigerit ad nostram sententiam de locis controversis sine fuco prolatam perducere. Uterque veritatem secuti sumus: uter assecutus sit videndum erit.

168. Epigr. CLXXVII. Brunckius: »Scribere poterat monachus ποθεῖ. At vera lectio est Πόλῃ.« Dimisit thesaurum, carbones amplexatus est.

207. Epigr. CCXV. Orationis scabrities interpretationis artificiis nondum abstersa videtur. Fortasse scripsit poeta:

Ἀρτέμιδος τόδ' ἄγαλμα διηκόσιαι πόρε μισθὸς
δραχμαὶ ταὶ Πάριαι, τῶν ἐπίσημα τράγος.

Nam δραχμαῖαι poetae obtrudere sanequam audaculum videtur. Manum intendit poeta ad id genus drachmarum, quod capro signatum erat.

I.

INDEX SCRIPTORUM,

QUI VEL RES SIMONIDEAS VEL RELIQUIAS CARMINUM SERVARUNT.

Aelianus		
Hist. Animm. VI, 10.		Fr. 204.
Varr. Hist. IV, 15.		Proll. xx.
	IV, 24.	v.
	VIII, 2.	VIII.
	IX, 1.	xx.
	IX, 41.	XIX.
	XII, 25.	xx.
Ammianus Marcell. XVI, 5.		204.
Anthol Palat. II, 1.		XLI.
	VI, 2.	200.
	50.	199.
	52.	201.
	144.	207.
	197.	198.
	212.	Inc. 4.
	213.	202.
	214.	196.
	215.	190.
	343.	188.
	VII, 25.	171.
	77	183.
	105.	178.
	177.	181.
	248	150.
	249.	151.
	250.	158.
	251.	154.
	253.	153.
	254.	Inc. 2.
Anth. Palat. VII, 254. Nott. Critt.		182.
	257.	159.
	258.	163.
	270.	168.
	296.	162.
	300.	179.
	301.	155.
	302.	177.
	344.	169.
	347.	160.
	348.	186.
	431.	Inc. 1.
	442.	166.
	443.	164.
	496.	64
	508.	Inc. 6.
	509.	174.
	510.	175.
	511.	173.
	512.	165.
	514.	176.
	516.	184.
	570.	180.
	647.	63.
	677.	152
	VIII, 513.	61.
	515.	62.
	IX, 184.	XLI.
	571.	XLI.
	700.	218.

Anth. Palat. IX, 757. 221.
758. 219.
XIII, 14. 209.
19. 213.
20. 208.
26. 172.
28. 205.
30. 229.
Huschk. Anall. Critt. p. 198. 216.
Append. A. P. 77. Inc. 3.
Anth. Planud. 2. Iacobs. Append. A. Pal. 206.
3. 211.
23. 212.
24. 214.
26. 148.
84. 220.
232. 189.
Apollonius Lex. Hom. v. Ξεινοδόκος. 59, 7.
Apostolius Provv. II, 51. 18, 7.
XV, 68. 110.
XV, 97. 28.
Appulejus Apol. II, p. 399. Bossch. 72.
Aristides I, p. 134. Canter. 48.
584. XII.
III, p. 237. 107.
645. XXXIII.
— 204.
646. 149.
— 161.
647. 150.
— 158.
— 188.
648. 75. 77.
— 24.
Aristoph. Avv. 917. p. 54.
Nub. 1355. 19.
Pac. 681. XXVII.
Vesp. 1410. IX.
Aristotel. Ethic. Nic. I, 10, 11. 12, 2.
IV, 1, 27. XXV.
Hist. An. V, 9. 18, 7.
Metaph. p. 245, 18. Sylb. 108.
Rhet. I, 6. 94.
Rhet. I, 7, 32. 223.
I, 9, 31. 170. 223.
I, 11. 12, 2.
II, 16. XXII.
III, 2, 45. 17.
Arsenius Viol. p. 97. 191.
p. 456. 42.
Athenaeus I, p. 3, E. 17.
32, B. 67. 68.
II, 40, A. 102.
III, 99, B. 70.
125, C. 227.
IV, 172, E. 25.
181, B. 45, 3.
V, 210, B. 222.
VII, 318, F. 132.
VIII, 352, C. XXXVIII.
IX, 374, D. 123.
396, E. 26. 50, 5.
X, 415, F. 186.
456, C. 230. 231.
474, A. 11.
604, B. 119.
XI, 490, E. 27.
498, D. 131.
XII, 512, C. 117.
XIII, 573, C. 194.
611, A. XXXVII.
XIV, 625, D. LII.
638, E. XXXIX.
656, C. 228.
D. XXI. XXV.
XV, 680, D. 224.
Atilius Fortun. p. 2673. Putsch. L.
Basilius Magn. Ep. 379. p. 62.
Bekker. Anecdd. p. 377, 27. 18, 7.
1402. 145.
1424. 139.
Boeckh. Corp. Inscrr. I, 1051. 167.
Boissonad. Anecdd. Grr. III, p. 250. 129.
274. 217.
Catullus XX, 8. p. 63.
Cicero Cat. M. VII, 23. XXIII.
Divin. I, 27. 184.

Divin. II, 66. 184.
Finn. II, 32, 104. XVII.
Nat. Deor. I, 22. XXI. XXXV. XLI.
Orat. II, 86, 351. XI.
87, 347. 204.
Reip. II, 10. III.
Tuscc. Dispp. I, 42, 101. 151.
Clemens Alex. Stromm. IV,
p. 211. Sylb. 32.
375. 42.
Cramer. Anecdd. Grr. I,
p. 106, 1. p. 235.
424, 15. 147, B.
440, 2. 147, C.
Cyrillus adv. Iulian. I, p. 13. XXXVI.
Dio Chrysost. XXXVII,
p. 459, 25. 157. 160.
Diodorus Sic. XI, 11. 9.
14. 191.
33. 150. 151. 195.
Exc. Vatic. I, 7, 46. 188.
Diogenes Laert. I, 4, 4. 12, 3.
6, 2. 10.
II, 25, 46. XVIII.
IV, 6, 21. 215.
VIII, 65. Inc. 5. 6.
Dionysius Halic. Comp.
Verbb. XXIII. XLII.
XXVI. 50.
Etymolog. Gud. p. 408, 40. 145.
414, 35. 59, 7.
645, 43. 144.
Magn. 38, 46. 127.
60, 36. 78.
83, 42. 134.
250, 18. 135.
367, 36. 136.
597, 12. 35.
610, 43. 59, 7.
692, 25. 146
713, 17. III.
764, 25. 148.
813, 8. 120.
1813, 53. 147.
Eudocia Viol. p. 35. 18, 7.
Eudocia Viol. p. 108. 35.
Eusebius Chron. Ol. LXV. IV.
Eustathius in Homer. p. 51. 40.
p. 163, 26. 133.
475, 41, 12, 2.
776, 32. 18, 7.
817, 12. 131
870, 6. 131.
877, 55. 137.
944, 42. 89.
975, 3. 187.
1034, 1. 138.
1166, 49. 45, 3.
1336, 6. 142.
1541, 30. 132.
1648, 12. 137.
1761, 24. 223, 1.
1775, 23. 131.
1821, 36. 228.
1875, 40. 120.
Opuscc. p. 58, 17. XXX, 1.
Freculphus Chron. III. fin. 1.
Georgius Galesiota ap Leon.
Allat. p. 62.
Gregorius Corinth. p. 635. XLVI.
Harpocration v. *Ταμύναι.* 49
Hephaestion p. 14. XI.
122, 16. 187.
Heraclides Pontic. Polit. 25. 17.
Herodianus *περὶ μον. λέξ.*
p. 12, 19. 83.
45, 2. 225.
Herodotus V, 77. 188.
102. 23.
VII, 228. 150. 151. 152.
Hesychius v. *Κάρκαρα.* 84.
Νεαιρήσιν ἵπποις. 88.
Οἰνιάδης. 79.
Hieronym. Chron. Ol. LX. VIII.
Epist. 34. XXIII.
Himerius Eclogg. XIII, 32. 38.
Orat. III, 1. XLII.
14. 38.
V, 2. 34.
XVI, 7. 37.

Orat. XXIX, 2. III.
Horatius Carmm. II, 1, 37. p. 63.
IV, 9, 5. 1.
Ioannes
Gramm. fol. 243, B. Aldus. XLVI.
Siceliota VI. 200. Walz. Rhett. 231.
Iulianus Caess. p. 333, B. 12, 2.
Epp. XXIV. 40.
Libanius Decll. T. IV.
p. 1101. Rsk. XX. 184.
Longinus de Sublim. XV, 7. 90.
Lucianus Macrob. 26. IV.
Pro Imagg. 19. 20.
Lutatius in Stat. Theb. VIII, 739. 55.
Lycurgus in Leocrat 28. 149. 151.
Marius Victor. p. 2518, 4. L.
12. L.
2582. L.
Marmor Par. Ep. 49. IV. 82.
54. 203.
57. IV.
Maximus Confessor II, p. 572. XXII.
598. 107.
Maximus Planudes V, p. 543.
Walz. Rhett. 203.
Menander Rhet. I, 2. 47.
Montefalconii Bibl. Coisl. p. 597. III.
Mythographus Vatic. II, 35. 72.
III, 6, 27. 55.
Orator in Neaeram p. 1378. Rsk. 198.
Orion Thebanus p. 168, 9. 147.
187, 29. 145.
Ovidius Ibi 513. XIII.
Pausanias III, 8, 1. 198.
VI, 9, 3. 210.
IX, 2, 4. 199.
X, 27, fin. 218.
Phaedrus Fabb. IV, 21. 38.
24. XIII.
Philemon Lex. Techn. p. 234. 115.
Philostratus Vit. Apollon. I, 14. 204.
Sophist. II, 21. 204.
Photius v. *Περιαγειρόμενοι.* 28.
Σαρδόνιος γέλως. 71.
Plato Epp. II. XIX. XXI.
Plato Hipparch. p. 223, C. VIII.
Protag. p. 316, D. XXXVII.
339, A. sqq. 12.
340, E. 12.
343, C. XXXVII.
Reip. I, p. 331, E. XXXVII. 114.
335, E. XXXVI.
II, p. 367, C. 125.
VI, p. 489, B. XXII.
Plinius H. N. VII, 24. 204.
Plutarchus
Vit. Agesil. init. 99.
Arat. p. 1048, E. 112.
Aristid. XIX. 199.
Dion. I. 94.
Lycurg. II. 98.
Themistocl. I. 197.
V. XVII. XXVIII.
VIII. 192.
XV. 8.
Thes. X. 126.
XVII. 29.
Timol. XXXVII. 110.
Morall. p. 15, C. X. XLIII.
41, F. 76.
49, C. 15.
65, B. 105.
79, C. 76.
91, B. 110.
105, A. XIX.
107, B. 54.
111, C. 56.
125, D. 107.
185, C. XVII.
346, F. XLIV.
359, F. 126.
402, C. 73. 74.
436, A. 218.
445, C. 16.
470, D. 12, 19.
485, C. 12, 19.
494, A. 76.
514, F. 107.
525, A. XXV.
555, F. XXV.

Morall. p. 602, C. 7.
Sympos. III. prooem. 107.
VIII. p. 722, C. 18, 4.
IX, 14, 2. 12, 19.
15, 2. p. 56. Frr. 43-45.
Morall. p. 783, D. 104.
784, B. 109.
785, A. 203, 5.
786, B. xxvi.
798, C. 172.
807, A. xvii.
809, B. 110.
827, D. 59.
867, E. 192.
869, C. 193.
870, B. 157.
C. 158.
D. 160.
F. 190.
871, B. 194.
873, B. 199.
C. 198.
1061, B. 12, 19.
Music. XVII. p. 54.
XX. xxxix.
Nobilit. XVIII. xxvi.
Pollux Onomast. V, 47. 185.
Porphyrio in Horat. Carmm.
II, 1, 37. p. 64.
Porphyrius Quaestt. Hom.
p. XCIII. 128.
Priscianus de metris Comic.
p. 1328. 2. 3. 4.
Proclus in Hesiod. p. 152. Heins. 114.
Quinctilianus
Inst. Or. X, 1, 64. xlii. p. 63.
XI, 2, 11. xi. 20. 21. 22.
Scholl. Aesch. Choeph. 323. 130.
Apollon. Rhod. I, 211. 5.
583. 6.
III, 26. 72.
IV, 177. 35.
814. 92.
1212. 86.
Aristid. p. 52. Frommel. 158. 159.
Aristid. p. 58. 59. 153. 159.
190. 107.
201. 182.
Aristoph. Avv. 1410. 121.
Eqq. 404. 11.
1318. 82.
Nubb. 1355. 19.
Pac. 681. xxv.
Vespp. 1217. xl.
—1410. iii. ix. 1. 2.
Euripid. Med. Argum. p. 3. 82.
v. 2. 36.
5. 35.
10. 20. 85.
Orest. 46. 87.
235. 780. 125.
Rhes. fab. inc. 5. 100.
Hesiod. Theog. 313. 80.
Homer. Il. II, 2. 133.
867. 93.
IV, 79. 143.
IX, 556. 96.
X, 252. 91.
XIII, 103. 140.
Victor. 517. 89.
XXII, 127. 128.
XXIV, 5. 142.
Victor. T. VII,
p. 719. Heyn. 138.
Odyss. VI, 164. 39.
XVIII, 518. 120.
Lucian. Laps. Sal. 6. 4.
Pindar. p. 10. Boeckh. xx.
Olymp. I, 28. 97.
II, 29. xx.
86. xxxi.
IX, 74. 124.
XIII, 31. 95.
32. 194.
78. 94.
Pyth. I, 155. 196.
IV, 253. 80.
Nem. II, 16. 27, 2.
IV, 35. xxxi. xliv.
VII, 1. 226.

Isthm. II. Argum. 14.
II, 9. IV. XXIV. XXXII.
Platon. Gorg.
p. 338. Bekker. 218.
p. 451, E. Steph. 42.
Reip. X, p. 192. Ruhnk. 98.
Sophocl. Aj. 375. 111.
727. 30.
Theocrit. Id. XII, 27. 167.
XIII. Argum. 72.
XV, 139. 91.
XVI. Argum. XXVI.
34. 48.
36. 46.
Servius Centim. p. 1820, 25. L.
44. L.
1822, 19. L.
Virgil. Aen. I, 664. 72.
VI, 576. 80.
VII, 658. 80.
Sextus Empir.
adv. Math. XI, p. 700. 116.
Solin. Polyh. I. XV.
Sozomenus Hist. Eccl. IV, 12. X.
Stephanus Byz. v. Ἀκαμάντιον. 205.
Ἄκανθος. 101.
Ἰουλίς. III.
Stobaeus Eclogg. Phys. I, 6. 65.
9. 66.
9, 15. 156.
II, 1, 10. 69.
Sermm. II, 42. XXVII.
X, 39. XXV. XXVI.
62. XXVI.
XCI, 31. XXII.
XCVI, 41. 56.
XCVIII, 15. 51.
29. 60.
CV, 9. 46.
62. 46.
CXVIII, 5. 52.
6. 106.
CXXI, 1. 53.
3. 53.
Strabo Geogr. IX, p. 441. 13.
Strabo Geogr. IX, p. 650, C. p. 151.
656, C. 151.
X, 486. II.
XV, 728. 41.
1038. 57.
Suidas v. Ἀγοστῷ. 207, 3.
Ἄκρων. Inc. 5.
Ἀλκυονίδες ἡμέραι. 18, 7.
Ἀμύνασθαι. 115.
Ἦσο. 201, 2.
Λεωνίδης. 150. 151.
Μελίαι. 201, 1.
Μολπή. 171, 9.
Παλαίφατος. LIII.
Παυσανίας. 198.
Πιττάκειον. 12, 1.
Σαρδόνιος γέλως. 71.
Σιμωνίδης. passim.
Ταναή. 201, 1.
Τετρύσθαι. 201, 3.
Τιμοκρέων. XVIII.
Τρύφων. XLVI.
Syncellus Chron. Ol. LXV. IV.
Synesius Epp. 88. XX.
Themistius Orr. p. 259, C. III.
289, D. p. 16.
in Aristot. Phys. IV, p. 47, C. 103.
Theocritus Id. XVI, 5. XXV.
34. X.
Theodoridas
Anth. Pal. XIII, 21. p. 135.
Theodoretus Sermm. II, p. 63. 42.
Theon Prog. p. 63. 118.
Theophilus ad Autol. II, 9. 33.
Theophylactus Epp. VIII. p. 14.
Thucydides I, 132. 198.
VI, 59. 170.
Timotheus περὶ ἐνεργ. δαιμ. p. 5. 113.
Trypho Mus. Phil. Brit. V, 434. 217.
Tzetzes Chill. I, 24. XXIII. 183.
310. 18, 1.
430. 35.
IV, 487. 202, 1.
VIII, 228. XXIV. 46.
X, 786. XXIV.

Exeg. Hom. Il. p. 117, 17. 40.
Hesiod. Opp. 372. 122.
Lycophr. 219. 27, 2.
Valerius Max. I, 7. 184.
8. xi.
VIII, 7. 203.
Varinus
Eclogg. p. 332, 8. Dind. 31.
Lex. v. *Κάρκαρα.* 84.
Νεαιρῄσιν ἵπποις. 88.
Οἰκιάδης. 79.
Vita Aeschyli p. XIV. Dind. xlii. 58.
Homeri p. 283. Gale.
(p. 3. Wassenb.) 60, 2.
Pindari p. 5. Boeckh. xxx.
9. 1.
Xenophontis Hiero. xxxvii.
Zenobius Provv. V, 85. 71.
Zonaras Lex. v. *ἀμύνασθαι.* 115.
p. 17. 207, 3.
1415. 59, 7.
1681. 146.

II.

INDEX VERBORUM SIMONIDEORUM.

A.

Ἀγαθός 12, 7. *ἀγαθὸν* 12, 1. *ἀγαθοί* 54, 4. *ἀγαθῶν* 9, 5. *ἀγαθῶν πατέρων πόλιν* 206, 4. *τῶν ἀγαθῶν ψυχῇ χαριζόμενος* 60, 14.
ἄγαλμα 207, 1. 213, 1. 214, 1. 215, 1.
Ἀγαμέμνονος βασίλεια 87.
ἄγαν 12, 12.
ἄγγελε ἔαρος χελιδοῖ 121.
ἀγγέλλειν 151, 1.
ἀγηράντῳ εὐλογίῃ 153, 4.
ἄγκεα νιφομένης ἀμφὶ Μολουριάδος 64, 4.
ἀγλαόν 19. *ἀ. ἅρμα Νίκας* 202, 4. *ἀγλαὰν ἄκοιτιν* 172, 2. *ἀγλαὰν νίκαν* 205, 10.
Ἀγλαοφῶντος υἱός 218, 1.
ἁγνὸν χῶρον 32, 3. *ὕδωρ* 73, 2. *ἁγνᾶς Ἀρτέμιδος* 167, 4. *ἁγνὰν θεάν* 32, 3. *ἁγνᾶν χερνίβων* 74, 1.
ἀγορᾷ λαοδόκῳ 167, 10.
ἀγοστῷ Ἀκαδημίας 207, 3.
ἀγρῶσσι Λυαίς 185, 2.
ἄγω. ἄγοντας ἀκροθίνια 168, 1. *ἤγαγεν* 176, 2.
ἀγῶνι ἐν περικτιόνων 28, 3.
ἀγωνίῳ ποδί 43, 2.
ἀδαής 220, 1.
Ἀδείμαντος 203, 1. *Ἀδειμάντου τάφος* 160, 1.
ἀδελφῶν 170, 3.
ἀδιάντεισι παρειαῖς 50, 3.
οὐκ ἀδίκως 148, 3.
ἀδόλως 42, 3.
ἀδονᾶς ἄτερ 117, 1.
ἄδυμον ὕπνον 133.
ἀδυόδμου ἔαρος 121.
ἄεθλον τέττιγος 231, 1. *ἀέθλων Βακχίων* 205, 5. *ἀέθλοις* 213, 3.
ἀείδω. ἄεισε λαοῖς 25. *Μοῦσά μοι ἄειδε* 219.
οὐκ ἀεικέως ἐπέξατο 19.
ἀείρω. ἤρθη νοῦν ἐς ἀτασθαλίην 170, 4.
ἀελίου φλογί 10, 4.
ἀελλοπόδων ἵππων 17.
ἀέναον κλέος 9, 9. *ἀενάου Θεαίρου*

176, 2. ἀενάοις ποταμοῖς 10, 2.
ἀέξει 59, 5. ἀέξειν ἐλεύθερον ἆμαρ 167, 1.
ἀηδόνες εἰαριναί 120.
ἀήτα ἐννοσίφυλλος 18, 4.
ἀθάνατον μνῆμα 179, 4.
Ἀθάνας ἱερὰν πόλιν 208, 1. Ἀθηναίης νηῷ 200, 2. παλάμῃσιν 215, 3.
Ἀθηναῖοι 149, 1. Ἀθηναίων 189, 2. παῖδες 159, 1. 188, 2. 192, 2. Ἀθηναίοις 203, 1. Ἀθηναίοισι 187, 1.
ἆθλα 213, 6.
ἀθλεῖν 206.
αἲ αἴ 61, 1.
αἶα 155, 1.
Αἴαντος νᾶσος Σαλαμίς 157, 2.
Αἰγίνα 208, 9.
Ἀΐδεω 154, 4. Ἀΐδῃ 171, 10.
αἰδώς 176, 1.
αἰεί. ἔμπεδον αἰεί 60, 1.
αἰθέρι 59, 5. αἰθέρα 165, 2.
αἵματι λουσάμενα τόξα 200, 4.
αἰνήσειε 10, 1.
αἰνύμεθα 12, 19.
αἱρέω. ἕλε 44, 3. ἕλεν 193, 3. ἑλὼν στέφος 216. ἑλόντα ἆθλα 213, 5. ἑλόντες Πέρσας καὶ Μήδους 157, 3. εἵλετο 9, 7.
αἴρομαι. ἤραο ταύρους καὶ τρίποδας 202, 1.
αἶσαν ὕδατος 67, 1.
Αἴσων 95.
αἰσχρά 12, 16. αἰσχρόν 12, 23.
αἰχμητὴς υἱός 176, 4. αἰχματαί 166, 3.
αἰών 117, 3. αἰῶνος ἄμερσας 61, 3. αἰῶνος 12, 18. αἰῶνι ἐν παύρῳ 54, 2.
Ἀκαδημίαν πολυγηθέα 207, 3.
Ἀκαμαντίδος φυλῆς 205, 1.
Ἀκάνθιος τέττιξ 101.
ἀκήρατος χρυσός 105.
ἀκίνδυνον βίον 51, 4. γέρας σιγᾶς 107.
ἀκμᾶς ἐπὶ ξυροῦ 158, 1.
ἀκούσει 18, 6.
ἄκοντα 211, 2.
ἄκοιτιν 172, 2.
ἀκροθίνια ἀπὸ Τυῤῥηνῶν 168, 1.
ἄκρον τέλος ἥβης 179, 2. ἐς ἄ. ἀνδρείας ἵκῃ 32, 7.
ἀκρόπολιν Ἑλλάνων 194, 4. Ἰλίου 218, 2.
ἀκτὰ Ποντομέδοντος 208, 6.
ἀλάθειαν 125. ἀλαθέως 12, 1.
οὐκ ἀλέγεις κύματος 50, 11.
ἀλέκτωρ ἁμερόφωνε 123.
ἀλεξάνδρου πολέμου 191, 1.
ἀληθές 67, 1.
ἀλιθίων ἄπειρα γένεθλα 12, 15.
ἁλισκομένην 193, 4.
ἁλίῳ πάγῳ 167, 3.
Ἀλκμήνας τέκος σιδάρεον 20. Ἀλκμήνης καλλισφύρου υἱόν 229.
ἀλκυόνος ποικίλας 18, 10.
Ἄλκων Κρής 216.
ἀλλά 60, 13. 15, 2. 67, 2. οὐ μόνον — ἀλλά 75. ἀλλὰ γάρ 180, 1.
ἄλλος 178, 1. ἄλλην 63, 4. ἄλλας 209, 5. ἄλλα 213, 7.
ἀλλοδαπὴ κόνις 175, 1.
ἅλλοντο 18, 3.
ἅλμα 211, 2.
ἀλόχου Κολχίδος 85, 2. ἄλοχον κουριδίην 61, 4.
ἁλός 7. 18, 3. ἐς ἅλα στίζουσα πνοά 128.
ἆμαρ ἐλεύθερον 167, 1. ἄματα 18, 8.
Ἀμαρυνάδας Φέρεκλος 29.
ἀμαυρώσει χρόνος 9, 5.
ἀμάχανος 12, 6.
ἀμβροσίων ἐκ μυχῶν 74, 3.
ἀμειψάμενοι ποταμόν 152, 2.
ἁμερόφων' ἀλέκτωρ 123.
ἄμερσας αἰῶνος 61, 3.
ἄμετροι τέττιγες 224, 2. ἄμετρον κακόν 50, 18.
ἀμιθρῷ 53, 1. ἀμιθρόν 134.
ἀμπέλου δῶρον 124, 2.
ἤμπλακες 175, 3.

Ἀμυκλαίαν κύνα 43, 2.
ἀμύνασθαι 115.
ἀμύντορα οἶνον δυςφροσυνᾶν 11, 1.
ἀμφέπειν χῶρον ἁγνόν 32, 3.
ἀμφὶ Μολουριάδος 64, 4. πόνος ἀ. πόνῳ 54, 2. ἀ. Περσεῖ βάλλε χέρα 50, 4. ὀμφαλῷ ἀ. πόληος 167, 9. ἀ. διδασκαλίᾳ 203, 5. ἀμφ' ὤμοισιν 223, 1. ἀ. Βυζάντιον 161, 1.
ἀμφεβάλοντο νέφος θανάτου 154, 2.
ἀμφιρύτην Χίον 175, 4.
ἀμφιταρασσομένας ἁλός 7.
ἀμφέθετο στέφανον 160, 2.
ἀμφιφορεῖς ἐλαίου 213, 4.
ἄν. θεὸς ἂν μόνος ἔχοι 12, 5. ἀντείναιτ' ἂν χεῖρας αὐτῷ 20, 2. ὃν ἂν καθέλῃ 12, 6. ὃς ἂν μὴ κακὸς ᾖ 12, 11. εὖτ' ἂν ἴδωμαι 173, 1.
ἀνά — ἅλλοντο 18, 2. ἀνὰ Δώτιον πεδίον 44, 1.
ἀνάγκᾳ οὐδὲ θεοὶ μάχονται 12, 23.
ἀνάγει 154, 4.
Ἀνακρείοντα τὸν ὑμνοπόλον 171, 1.
ἄνακτος Διωνύσοιο 230, 3. ἀνάκτων ἐκ θεῶν ἐγένονθ' υἷες 51, 2.
ἀνεδήσατο νίκας 28, 2.
ἄνασσε Θράνου 85, 3.
ἀνέθηκας 207, 1. ἀνέθηκε 198, 2. 208, 3. ἄνθηκεν 213, 1. ἀνέθηκαν 195, 1. ἀνθέμεναι 196, 2. 202, 2. ἀνέθη 217, 1. ἀνέθεν 188, 4. 190, 2.
Ἄναυρον δινάεντα 25.
ἀνδρείας 32, 6.
ἄνεμός μιν δείματι ἤριπε 50, 1. ἀνέμου φθόγγων 50, 11. ἀνέμων ἀῆτα 18, 5.
ἀνεμοτρεφέων πυλᾶν 138.
ἄνευ ψόγου τετυγμένος 12, 2.
ἀνήρ 12, 7. ἀνὴρ ὑγιής 12, 12. Χῖος 60, 2. ἀνδρός 170, 3. ἀ. ἀριστεύσαντος 170, 1. ἀ. νόον 156, 2. ἀ. χερνήτεω τάφον 180, 1. ἀνδρὶ φίλῳ 227, 6. 42, 1. ἄνδρα 12, 5. 1. 46, 2. 109. ἄνδρες ἀρηΐθοοι 161, 2. ἀνδρῶν 9, 5. 155, 4. εὐθυμάχων 166, 1. πεντήκοντα χορῷ 203, 4. χορόν 202, 3. ἀχλαίνων 227, 3. νέων 60, 6. ἄνδρας 205, 6.
ἄνθος πολυήρατον ἥβης 60, 7.
ἄνθει πρίνου 29. ἄνθεσιν 76. εἰαρινοῖς 10, 3.
ἀνθεμόεν πεδίον 44, 1.
ἄνθρωπος 46, 1. ἄνθρωπε 24. 180, 1. ἄνθρωπον 12, 19. ἀνθρώπων 61, 2. 165, 1. νόον 69. ὀλίγον κάρτος 54, 1. ἀνθρώποισι 60, 1. ἀνθρώπους 205, 11. κάκ' εἰπών 186, 1. ἱππομάχους 167, 8.
ἀνιᾶται 177, 1.
ἀνίοχον παλαισμοσύνας 206, 2.
ἀνωλόλυξαν Ὧραι 205, 2.
ἀντείναιτ' ἂν αὐτῷ χεῖρας 20.
ἀντὶ ἑταιρείης 174, 2. ἀντ' εὐεργεσίης 158, 6.
ἀντία Μήδων 156, B, 1.
Ἀντιγένης 205, 6.
Ἀντιοχὶς φυλή 203, 2.
Ἀντίοχος Θεσσαλός 48.
ἀντιθέντα μένος στάλας 10, 5.
ἀντιτύχοιεν ὁμοίων 184, 1.
ἀνώνυμον 172, 1.
ἄξιος 215, 4.
ἀοιδῶν σοφῶν 205, 4.
ἀοιδᾷ 18, 3. ἀοιδάς 224, 1.
ἀπαγγελέω 12, 20.
ἀπάλαμνος 12, 12.
ἁπαλός 38, 1.
ἅπαντά ἐστι θεῶν ἥσσω 10, 6.
ἄπειρα γένεθλα ἀλιθίων 12, 15.
ἀπειρέσιοι ὄρνιχες 18, 1.
ἀπέκγονον Περιάνδρου 172, 3.
ἀπέλαστον ἵππον 43, 1.
ἀπήμαντον 33, 3.
ἀπό. Ἀσίας ἀπὸ χώρας 192, 1. ἀπὸ Θρῄκης ὀρνύμενος Βορέης 227, 2. ὅπλα ἀπὸ Μήδων 190, 1. ἀκροθίνια ἀπὸ Τυῤῥηνῶν 168, 1. πορφυρέου ἀπὸ στόματος 119.
ἀπόβλητον Διονύσιον οὐδὲ γέγαρτον 68.

ἀπωλέσαμεν νεότητα 148, 3. τῶν αὐτοῦ τις ἕκαστος ἀπολλυμένων ἀνιᾶται 177, 1.
ἀπένειμε 153, 2.
Ἀπόλλων 96.
ἄπονον βίον 51, 3.
ἀποπνέοντα ψυχάν 26. ἀφ' ἱμερτὴν ἔπνεεν ἡλικίην 62, 6.
ἀπόρως 75.
ἀποτρέποισα κῆρας 3.
ἀποφθιμένου κρατός 166, 4. ἀποφθιμένοισι 179, 3.
ἄπρακτον ἐλπίδα 12, 18.
ἄπρηκτοι μεληδόνες 54, 1.
ἅπτω. ἥψαμεν 158, 4.
ἀπωσάμενοι στίχα Μήδων 191, 3.
ἀράξει 184, B.
ἀραρεῖν ἀκοαῖσι βροτῶν 18, 6.
ἀργαλέαν δουλοσύνην 158, 2.
ἀργαλέης ναυμαχίης 158, 4.
Ἀργεῖος Ἀρίστων 205, 7. Δάνδης 209, 1.
Ἄργος. ἰχθῦς ἐξ Ἄργους ἐς Τεγέαν ἔφερον 223, 2.
ἄρεκτον 111.
ἀρετή 154, 3. ἀρετῆς 59, 2. 153, 1. ἀρετᾶς 9, 8. ἀρετάν 33, 2. 165, 1. 185, 3. Ἀρετάν 32, 2. ἀρετήν 62, 8. ἀρεταὶ μεγάλαι 52, 2.
ἀρηΐθόοι ἄνδρες 161, 2.
Ἄρης. νίκης κρατεῖ ἔργῳ Ἄρηος 199, 1. Ἄρει 72, 2.
ἀρίδαλος Ὄσσα 185, 3.
ἀριθμῆσαι 209, 5.
ἀρίσταρχον Δία 70.
Ἀριστείδης Ξεινοφίλου ἐΰς υἱός 203, 3.
ἀριστεύσαντος 170, 1.
Ἀριστογείτων 187, ½.
Ἀριστοδίκου υἱός 215, 4.
Ἀρκάδα Πᾶνα 189, 1.
ἀρκέω. ἤρκεσαν δουλοσύνην 159, 2.
Ἀρκεσίλας 215, 4.
ἄριστος 59, 7. ἄριστον 42, 1. ἄριστοι 12, 9.
Ἀρίστων Ἀργεῖος 205, 7.
ἅρμα ἀγλαόν 202, 4. ἅρμασιν ἐν Χαρίτων φορηθείς 205, 10.
Ἁρμόδιος 187, 2.
ἁρμόζω. ἡρμόσατο μέλη 171, 4.
ἀρούραισι 15, 2.
Ἀρτέμιδος τοξοφόρου τέμενος 167, 4. παρθένῳ Ἀρτέμιδι 192, 4.
ἀρυόντεσσιν 74, 2.
ἀρχαγὸς Ἑλλάνων 198, 1.
Ἀρχεδίκην 170, 2.
Ἀρχεναύτεω 172, 1.
ἄρχω. ἦρχεν Ἀδείμαντος Ἀθηναίοις 203, 1. τρίτος ἦρξε μάχης 193, 1. ἤρξατο τερπνοτάτων μελέων 77.
ἄσβεστον κλέος 154, 1.
Ἀσίας χώρας 192, 2.
ἄσιλλαν 223, 1.
ἀσκητὸς Ἀθηναίης παλάμῃσιν 215, 3.
ἀστοί 167, 9.
ἄστυ Κορίνθιον 59, 3. Κορίνθου 157, 1.
ἀτασθαλίην 170, 4.
ἀτέλεστα νοεῖ 60, 8.
ἄτερ ἁδονᾶς 117, 1 et 3.
ἀτερπεῖ δώματι 50, 6.
Ἄτλας 27, 2.
αὐαλέαν κόμαν 50, 8.
αὖθι 63, 3.
αὐλὸς καλλιβόας πολύχορδος 77. αὐλοῖς ἐν καθαροῖς 205, 8. χαρίεντας αὐλούς 208, 2.
Αὔριος δαίμων 47. αὔριον 46, 1.
αὐτάρ 227, 3.
αὐτὸς μοῦνος 65. αὐτῷ 178, 1. αὐτοί — παισί 165, 4. αὐτά — χαλκός 201, 3. αὐτῶν τε καὶ πατέρων 59, 6. αὐτοῦ 177, 1.
αὔτως 50, 5.
αὐχένι 44, 3.
Ἀφαρεύς 96.
ἄφθιτον 171, 1. βίον 51, 3.
Ἀφροδίτα 194, 3. σχέτλιε παῖ Ἀφροδίτας 72, 1.
ἄφυκτος θάνατος 54, 3. ἄφυκτον Φερσεφόνης θάλαμον 180, 3.
Ἀχέροντι 171, 5.

Ἀχιλλεύς 90. 92.
ἀχλαίνων ἀνδρῶν 227, 3.
ἀχλυόεντι δεσμῷ 188, 3.
ἀχρυσόπεπλον 74, 2.
ἀχώ 130.
ἀώτοις ῥόδων 205, 3.

B.

Βαδᾶς ποταμός 41.
βαθεῖαν κόμαν 50, 10.
Βακχίων ἀέθλων 205, 5.
βάλλε 50, 4. βαλέω 12, 18. βάλῃ 16. βαλών 25.
βάρβαρα ἔθνη 196, 3. βαρβαρικῶν χειρῶν 193, 4.
βάρβιτον τὸ κλεινόν 171, 10.
βαρεῖα νοῦσε 61, 1. βαρεῖαν ναυτιλίην 64, 5.
βαρύνεται 171, 5.
βύσσινος ἔργου χρόνος 156, 1.
βασιλεύς 9, 8. βασιλεῦ 155, 2.
βαστάζειν πρόποσιν 227, 6.
βία Πολυδεύκευς 20, 1.
βιᾶται 125.
βιαιότατα 66, 2.
βίος θνατῶν 117, 2. βίου ὄναιντο 184, 2. βίον 51, 4.
βιότου ποτὶ τέρμα 60, 13. βιότου χρόνος 60, 12. βιότῳ 30.
βλεφάροισι 230, 3.
Βοιωτίῳ πεδίῳ 167, 7. Βοιωτῶν ἔθνεα 188, 1.
ἐβόμβησεν θάλασσα 2.
Βορέης ὀξύς 227, 2.
βουλά 10, 7.
βούλοντο 165, 3.
βουφόνον θεράποντα 230, 4.
βοῶσι 64, 6.
βρέφος 50, 16.
βρότεοι παλάμαι 10, 7.
Βρόταχος Κρής 182, 1.
βροτῶν 18, 6.
Βρύσωνος 218, 4.
Βυζάντιον 161, 1.
βωμός 9, 3. βωμὸν Διὸς Ἐλευθερίου 199, 4.

Γ.

γαῖ' 179, 1.
γαλαθηνὸν τέκος 26, 2. γαλαθηνῷ στήθει 50, 5.
γαλάνας λευκᾶς 184, B, 1.
γᾶς 104. γᾶν 184, 2.
γάρ 215, 1. 12, 7. 14. 15. 10, 6. saepius.
γᾶρυν 18, 5.
γαρῦσαι 45, 1.
γε. εἰ δέ τοι δεινὸν τό γε δεινὸν ἦν 50, 14.
γελᾷ 129.
Γέλωνα 196, 1.
γέλως γαλάνας 184, B, 2.
γενεὰ Ἐλάρας 78. Κρὴς γενεάν 182, 1. γενεὰς ἀνδρῶν 192, 1.
γενεὴ φύλλων καὶ ἀνδρῶν 60, 3.
γένεθλα ἀλιθίων ἄπειρα 12, 15.
γένος Θάσιος 218, 1.
Γεράνεια ἠερίη 64, 1.
γέρας 12, 5. γ. ἀκίνδυνον σιγᾶς 107. γέρας 167, 9.
γέρων χαλκός 101, 3.
γῆς μελαίνης τέκνον 208, 2. Πιερίην γῆν ἐπιεσσαμένη 227, 4.
γῆρας 51, 4. πολιῷ γήραϊ κηδεμόνα 63, 4.
γηρασέμεν 60, 9.
γίγαρτον 68.
γίγνομαι. γίνεται 46, 1. τὸ γεγεναμένον οὐκέθ' ἄρεκτον ἔσται 111. γένεθ' 187, 1. ἐγένονθ' υἷες θεῶν ἐξ ἀνάκτων 51, 2. γενέσθαι 12, 7. 17. 42, 2.
γιγνώσκω. γνῶθι 206, 1.
Γλαῦκος 174, 2. Γλαύκου υἱός 210, 1. Γλαύκοιο πόλιν 59, 3.
γλεφάροις 32, 4.
γλυκεροῦ νόστου 175, 3. γλυκερῆς αἰῶνος 61, 3. γλυκερὰν ὄπα 205, 7.

γλυκὺν ἵμερον παίδων 171, 4. γλυκεῖαν ψυχάν 26.
Γόργιππος 180, 4.
Γοργώ 63, 1.
ἐς γόνατ' οὐκ ἔπεσεν 214, 2.
Γορτύνιος 182, 1.
γνάθον Νεαίραν 88.
γράψε 218, 1. ἔγραψε 219, 1. 220, 1. 221, 1.

Δ.

δαιδάλεον τρίποδα 203, 2.
Δαίδαλος 220, 2.
δαιμονίᾳ Κύπριδι 194, 2. δαιμονίαν ὕβριν πόντου 184, B, 3.
δαΐῳ ἐν πολέμῳ 201, 4.
ἐν δαΐ φωτῶν 200, 3.
δαίω. δαιομένης Τεγέας 165, 2. μηρίων δεδαυμένων 135.
δακέθυμος ἱδρώς 32, 5.
δάκνω. ἔδακε φρένας 227, 3.
δακρυόεντος πολέμου 200, 1. δακρυόεσσα 63, 2.
δακρύω. ἐδάκρυσαν 26.
Δαμαρετίου χρυσοῦ 196, 4.
δαμασίμβροτος Σπάρτα 99.
δαμασίφως ὕπνος 141.
δαμάσαντες γενεὰς ἀνδρῶν 192, 3. ἔθνεα Βοιωτῶν 188, 1. δαμασθεὶς ἱμέρῳ 208, 4. ἐδμήθημεν 148, 1.
δάμῳ Μεγάρων 213, 10.
Δάνδης Ἀργεῖος 209, 1.
Δαρεῖος 1.
δασπλῆτα χάρυβδιν 52, 1.
δαὖτε 27. 106.
δείκνυμι. χρόνος ἀνδρὸς ἔδειξε νόον 156, 2.
δείματι ἤριπεν 50, 3.
Δεινομένευς παῖδας 196, 2.
δεινόν 50, 14.
δεῖπνον μέγα 231, 2.
τᾶς δεκάτας δεκάταν 196, 3. δεκάτην 188, 4.
Δελφοί 191, 2. ἐν Δελφοῖς 213, 2.
δενδρεῶν' ἀγλαόν 19.
δεξιὸν ἁνίοχον 206, 2. δεξιὰν θύραν 219, 1. τὴν ἐξιόντων δεξιάν 219, 2.
δέρης ἐφαπτομένη 63, 2.
δεσμῷ ἐν ἀχλυόεντι 188, 3.
δεῦρο 228.
δεῦτε 120. 140.
δεύτερον 42.
δέχομαι. θανάτου μοῖραν ἐδεξάμεθα 167, 2. δεξάμενοι 184, 4. βλεφάροισι 230, 3. οὔασι 60, 4. πολέμῳ 155, 4. τύμβος ἔδεκτο 171, 2.
δή. τίς δή 28, 1. ὕστατα δή 63, 1. πολλάκι δή 200, 3.
δηΐων νῆας 193, 3.
Δηΐφοβος 89.
Δημήτριος 217, 1.
Δημόκριτος 193, 1.
δημοσίᾳ 148, 2.
δῖ' Ἀφροδίτα 194, 3.
διά. ὃν διά 160, 1.
διδασκαλίᾳ 203, 5.
διδάσκει 109. ἐδίδασκεν ἄνδρας 205, 6. διδαξάμενος χορόν 202, 3.
Δι [θυμεῖ] Φοίβῳ 216.
δίδωμι. δώσειν 231, 2.
διζήμενος 12, 18. 132.
διηκόσιαι δραχμαῖαι 215, 1.
διθυράμβοις ἐπὶ κισσοφόροις 205, 2.
δικαιοσύνη 114.
δίκαν ὀνασίπολιν 12, 12. τεκνόφι δίκαν 50, 21.
δινάεντα Ἄναυρον 25.
δίναις θαλασσαίαισι 10, 5.
Διοδώρου ναῦται 190, 1.
Διονυσιάδες Ὧραι 205, 3.
Διονύσιος (Κολοφώνιος) 219, 2. Διονύσιον 68.
Διοφῶν ὁ Φίλωνος 211, 1.
Δίρφυος ὑπὸ πτυχί 148, 1.
δίσκον 211, 2.
Διφίλου 176, 4.
δίχα 225.
διώκων καμπύλον μέλος 43, 3.
Διωνύσοιο ἄνακτος 230, 3.

δμωαὶ ἐριπόλιοι 127.
δνόφῳ κυανέῳ 50, 7.
δοκεῖν. τὸ δ. καὶ τὰν ἀλάθειαν βιᾶται 125.
δολομήχανος Ἀφροδίτα 72, 2.
δολόμηδες παῖ Ἀφροδίτας 72, 1.
δόμων Λήθης 171, 6.
δόξας ἔργα πολὺ προφέρει 221, 2.
δουλοσύνης ῥυσάμενοι 158, 3. 195, 2. ἤρκεσαν πατρίδι δουλοσύνην 159, 2.
δουρί 25.
δραχμαῖσι Πάριαι 215, 2.
δύναμιν Μήδων 149, 2.
δυνατόν 12, 17.
δύο 213, 8. δύ' Ὀλυμπιάδας 210, 2. δύω 209, 4.
δυσαμβάτοις ἐπὶ πέτραις 32, 2.
Δύσηρις 48.
δυσμενέων Μήδων 190, 2.
δυσφροσυνᾶν ἀμύντορα οἶνον 11, 2.
δύω. δύεται 104.
δώματος ἐξ Ἀΐδεω 154, 4. δώματι ἀτερπεῖ 50, 6.
Δωρίδα ναῦν 193, 4.
Δωρίοις καθαροῖς ἐν αὐλοῖς 205, 7.
δῶρον ἀμπέλου 124, 2.
Δώτιον πεδίον 44, 1.

E.

ἔαρος ἀδυόδμου 121.
ἑαυτοῦ 170, 1. αὑτῶν ψυχαῖς κείμεθα ῥυσάμενοι 158, 2.
ἐγγενέσθαι 110.
ἐγγύθεν Εὐρίπου 148, 2.
ἐγκατέθεντο στέρνοις 60, 6.
ἐγχέω. ἔν τις ἐμοὶ χεέτω 227, 5.
ἐγώ 12, 13 rell. ἐγὼ γελῶ 129. ἐμοὶ 180, 2 rell. μοι 77. rell. ἔμοιγε 12, 10. ἐμέ, με saepius. ἡμῖν 148, 1. ἄμμιν 158, 5. ἄμμι 167, 9. ἄμμε 157, 2. rell.
ἔθειραν 205, 4.
ἐθέλει 67, 2. ἐθέλουσι 230, 4. ἐθέλοντα 231, 1.
ἔθνεα 188, 1. ἔθνη 196, 3.
εἰ ἐστί 153, 1. εἰ ἔχει 116. εἰ κακῶς, int. πράσσει 12, 8. εἰ ἦν 50, 14.
εἰαριναὶ ἀηδόνες 120.
εἰαρινοῖς ἄνθεσι 10, 3.
εἰδέναι. οἶδα 45, 2. οἶδεν 185, 3. εἰδώς 12, 12. 152, 3. ἴσασιν 60, 11.
εἶδος 27, 4.
εἴκοσι 91.
εἰμί 210, 1. 174, 1. ἐσσί 212, 1. ἐσθ' ἥβης 60, 2. ἔστι 32, 1. ᾖ 12, 11. 80, 10. ἐών 228. 46, 1. ἔμμεναι 12, 4. 5. ἔσσεται 46, 2. ἔσται 111.
εἵνεκα Μαυσίων 171, 1.
εἶπε 50, 4. ἔειπεν 60, 2. 63, 1. εἴπῃς 46, 1. εἰπόν 212, 1. εἰπών 186, 1.
εἰρημένον 12, 4.
εἰρύεται 73, 1.
εἷς μία ἕν 168, 2. μίαν 52, 1. ἓν τὸ κάλλιστον 60, 2.
εἰς 85, 1. 53, 1. ἐς 12, 18. 32, 6. 44, 4. 170, 4. 171, 4. 83. 64, 2. 223, 2. 128. 51, 5. 214, 2. 196, 6. 184, B, 3. 175, 4.
ἶὺς υἱός 203, 3.
ἐκ 16. 74, 3. 150, 2. 50, 20. ἐξ 18, 3. 25. 223, 2. 51, 2. 154, 4. 196, 3.
ἕκαστός τις 177, 1. ἑκάστῳ 60, 5.
ἕκατι Μοισᾶν 205, 12.
ἑκατόν 196, 3. 225.
Ἕκατος 140.
ἐκείνων 24.
ἕκτην ναῦν 193, 3.
ἐκφεύγω. ἐξέφυγεν 220, 2.
ἑκών 12, 22.
Ἐλάρας γενεά 78.
ἐλαφρὸν ὄρχημα 45, 2.
ἐλάφῳ κεράῃ 44, 2.
ἐλελιζόμενος ποδί 43, 3.
ἐλευθερίας στέφανον 160, 2. ἐλευθερίᾳ τεθαλυῖαν 165, 3. ἐλευθερίην περιθεῖναι 153, 3. ἐλευθερίαν 166, 4. 196, 6.

ἐλευθέρᾳ Ἑλλάδι 199, 3. ἐλεύθερον ἆμαρ 167, 1.
Ἐλευθερίου Διός 199, 4.
ἑλικοβλεφάροιο Μαιάδος 27, 2.
ἔλλαθι 91.
Ἑλλάς 166, 4. πᾶσα 160, 2. Ἑλλάδος 9, 7. 156, B, 1. εὐρυχόρου 195, 1. Ἑλλάδι 153, 3. 170, 1. 199, 3. Ἑλλάδι καὶ Μεγαρεῦσιν 167, 1. Ἑλλάδα ἱεράν 157, 4. πᾶσαν 158, 1.
Ἕλληνες 193, 2. 199, 1. Ἑλλάνων 198, 1. Ἑλλήνων 149, 1. Ἕλλασιν 196, 6.
ἐλπίς 60, 5. ἐλπίδα 12, 18. ἐλπίδ' ἔχει 60, 9.
ἐμβεβαώς 169, 2.
ἐμμελέως 12, 3.
ἐμῶν ῥημάτων 50, 15.
ἔμπεδον αἰεί 60, 1.
ἐμπορίαν 182, 2.
ἔμπροσθεν Σαλαμῖνος 167, 5.
ἐμφύεται ἐλπὶς στήθεσιν 60, 6.
ἐν saepissime. εἰν 171, 5. 10. ἐνί 11, 1. 185, 1. ἔνι 221, 1.
ἐναγώνιος 27.
ἐναντίας 20.
ἔνδοθεν 32, 5.
ἔνθα 73, 1. 167, 3.
ἐνθάδε 171, 6. 172, 1. 179, 1. 182, 1. 209, 1.
ἐννοσίφυλλος ἀήτα 18, 4.
ἐντάφιον 9, 4.
ἓξ ἐπὶ πεντήκοντα 202, 1.
ἐξαρκεῖ 12, 10.
ἐξελάσαντες 199, 3.
ἐξελέγχει 124, 1.
ἑξῆς 213, 4.
ἐξίκετο 228. ἐξίκοντο 51, 5.
ἐξιόντων 219, 2.
ἐξολέσαντες 159, 1.
ἔξοχον 27, 4.
ἔοικε 227, 5. ἔοικεν 172, 1.
ἐπαίνημι 12, 20.
ἔπαινος 9, 3.
ἐπεί 154, 3. 178, 1. 192, 3. 221, 2.
ἐπείπερ 77.
Ἐπειῷ 231, 2.
ἔπειτα 12, 20.
ἐπέρχεται 75. ἐπερχομένας κῆρας 152, 3.
ἐπευκλεΐσας 209, 2.
ἐπί cum genit. 158, 1. 170, 1. dativ. 32, 2. 63, 3. 148, 1. 176, 1. 205, 2. 213, 3. 220, 1. accus. 167, 8. 202, 1. 205, 11.
ἐπέβης ἅρμα Νίκας 202, 4.
Ἐπιδαύρῳ κρατερᾷ 213, 9.
ἐπιεσσαμένη Πιερίην γῆν 227, 4.
ἐπικρέμαται θάνατος 54, 3.
ἐπίσημα 215, 2.
ἐπίσκοπε χερνίβων 74, 1.
ἐπεστέψαντο 224, 2.
ἐπισχερώ 213, 5.
ἐπέθηκεν 174, 2. 181. rell.
ἐπιχθόνιοι 18, 9.
ἕπομαι. ἕσπετο 203, 5.
ἔπος 50, 20. 67, 1.
ἑπτά 27, 4. ἑπτάκι 214, 2.
ἐρατεινὸν ὕδωρ 74, 3.
ἐρατῆς ἥβης 179, 2. ἐρατῇ νεότητι 61, 2. ἐρατὴν νεότητα 148, 3.
ἔργμασιν ἐν πολέμου 188, 2.
ἔργου 156, 1. ἔργῳ Ἄρηος 199, 1. ἔργα 221, 2.
ἔρδη 12, 22.
ἐρείδω. ἠρείσαντο 230, 1.
ἐρείπω. ἤριπέν μιν ἄνεμος 50, 3.
ἐριθάλλου 29.
ἐριπόλιοι δμωαί 127.
ἐρίφου 230, 1.
Ἑρμᾶς ἐναγώνιος 27, 1. Ἑρμῇ 207, 2. Ἑρμῆν 217, 1.
ἔρχομαι. ἐλθών 30. 182, 2.
Ἐρώτων πνείοντα μέλη 171, 3.
ἐσελθών 19.
ἔσοπτος 32, 4.
ἐσλόν 12, 4.
ἔσχατον 104.
ἑταιρείης 174, 2.
ἔτεα 53, 2.

ἔτι 24. 185, 2.
εὖ 12, 7.
Εὐαγόρου 212, 2.
Εὐβοίας 167, 3.
εὐδοξίαν 9, 6.
εὐδόξου Νίκας 202, 4.
εὗδε — εὑδέτω — εὑδέτω 50, 7.
εὐεργεσίαν 207, 4.
Εὔηνος 96.
εὐθυμάχων ἀνδρῶν 166, 1.
εὐκλεής 9, 2. εὐκλέας 155, 1.
εὐλογίῃ ἀγηράντῳ 153, 4.
εὐμαρές 209, 5.
εὔμηλον Τεγέαν 166, 2.
εὔνασεν τὸ βάρβιτον 171, 10.
Εὐξείνῳ πόντῳ 175, 2.
εὐπρόσωπος γέλως 184, B, 2.
Εὐρίπου 148, 2.
εὐρυεδοῦς χθονός 12, 19.
εὐρύς 228. εὐρεῖαν κληδόνα 59, 6.
εὕρέμεν θάνατον 44, 2. εὑρών 12, 20.
εὐρυχόρου Σπάρτης 155, 2. Τεγέας 165, 2. Ἑλλάδος 195, 1.
εὐρώς 9, 4.
εὖτ᾽ ἂν ἴδωμαι 173, 1. εὖτ᾽ ἀνέθηκας 207, 1.
εὐτόλμῳ ψυχῆς λήματι 199, 2.
εὔϋδρον ἄστυ Κορίνθου 157, 1.
εὐφραίνω. ηὔφρανεν 213, 12.
εὔχομαι θαρσαλέον ἔπος 50, 20.
εὐῶδες ὕδωρ 74, 3.
ἐφαπτομένη δέρης 63, 2.
ἐφθὸς χρυσός 105.
ἐφοράω. ἐπιδών 180, 3.
Ἔφύρα 86. Ἐφύρην πολυπίδακα 59, 1.
Ἐχεκρατία 46.
Ἐχεκρατίδας 48.
ἔχω 50, 4. ἔχει 60, 9, 10. 65. 116. 157, 2. ἔχῃ 60, 7. ἔχοι 12, 5. ἔχειν 67, 2. ἔχων 60, 8. 105. 133. 172, 4. 223, 1. ἔχοντος 62, 5.

Ζ.

ζαθέῳ ἐν Ἰσθμῷ 213, 5.
Ζακύνθῳ 15, 1.
ζαλωτός 117, 3.
Ζεύς 18, 8. 65. Διός 19. Ἐλευθερίου 199, 4. Ζανί 191, 2. Ζηνί 201, 2. Ζεῦ 50, 20. Ξένιε 183, 1.
ζῶμεν 53, 1. ζῶν 24. ζῶντι 183, 2.
ζωή 227, 4.

Η.

ἢ 185, 1. 187, 1. ἢ γάρ 67, 1.
ἦ 28, 2. 117, 2.
ἡβᾶν 42, 4.
ἥβης ἄνθος 60, 7. χρόνος 60, 12. 179, 2.
ἡγεμόνας 152, 4.
ἠδέ 25.
ἤδη 201, 3.
ἠέλιον 171, 6.
ἠερίη Γεράνεια 64, 1.
ἦεν 140.
ἠΐθεον 61, 4. ἠϊθέοισι 171, 7.
ἡλικίην 62, 6.
Ἠλύσιον πεδίον 92.
ἧμαι. ἧσο 201, 2.
ἡμίθεοι 51, 3.
ἦν (ἦσαν) 225.
ἡνίκα 62, 6. 187, 1.
ἥρως Δαίδαλος 220, 2.
ἧσσω 10, 6.
Ἡφαίστῳ 208, 3. Ἡφαιστότευκτος Τάλως 71.

Θ.

θάλαμον Φερσεφόνης 180, 4.
θάλασσα 2. θαλάσσης οἶδμα 64, 3.
θαλασσαίαισι δίναις 10, 5.
θάλλω. τεθαλυῖαν 165, 3.
θάμβος 143.
θάνατος 54, 3. 106. θανάτου 175, 2. 167, 2.•154, 2. θανάτῳ 176, 2. θάνατον 44, 1. 176, 2.
θάπτω. ἐθάφθη 227, 3.
θαρσαλέον ἔπος 50, 21.
Θάσιος γένος 218, 1.

θεάν 32, 3. θεάων 205, 12.
Θεαίρου 176, 1.
Θεμιστοκλῆς 197.
Θεόγνητον τὸν Ὀλυμπιονίκαν 206, 1.
Θεόγνιδος 174, 1.
Θεόδωρος 178, 1.
θεός 12, 5. 33, 3. θεοί 69. 12, 9. 12, 23. θεῶν 10, 6. 33, 1. 51, 2. 117, 3.
θεράποντα 230, 4.
θεριζομένα 75.
θερμὴν πρόποσιν 227, 6.
Θερμοπύλαις 9, 1.
Θήβα 213, 10.
θηρῶν 169, 1. θῆρας 185, 2.
θνήσκειν 153, 1. θάνον 161, 1. 166, 2. 178, 1. θανών 171, 10. θανόντι 181. θανοῦσαν 172, 2. θανόντων 9, 1. τεθνάναι 53, 1. τεθνηώς 183, 2. θανεῖσθαι 60, 9.
θνατῷ 42, 1. θνατῶν 32, 4. 117, 2. 169, 1. θνητῶν 60, 4. 7. θνατοῖς 33, 4. θνητοῖς 60, 13. 179, 4.
Θράνου 85, 3.
Θρασύβουλον 196, 1.
θραύοντι 10, 7.
Θρηϊκίῳ 176, 3.
Θρῆκα πόθον 171, 8.
Θρήκης 227, 2.
θύγατρες 17. θυγατρῶν 27, 4.
θυμὸν κοῦφον 60, 8.
θύραν 219, 1.

I.

Ἴδας ὁ Ἀφαρέως 96.
Ἰδομενεύς 89.
ἴδριες ἀρετῆς 59, 2.
ἱδρύσαντο 199, 4.
ἱδρώς 32, 5.
ἱέναι 167, 8.
ἱεῖσα φωνάν 119. ἱέμενοι 167, 2.
ἱερά 201, 2. ἱεράν 18, 10. 157, 4. 208, 1.
Ἱέρωνα 196, 1.
ἱκανός 180, 2.
ἱκνεῖται 52, 1. ἵκεις 175, 4. ἵκῃ 32, 6. ἵκετο 85, 1. 165, 1.
Ἴλιον 94. Ἰλίου 218, 2.
ἱμάντας 16.
ἱμερόεντα χορόν 202, 3.
ἱμέρῳ 208, 4. ἵμερον 171, 4.
ἱμερτήν 62, 6.
ἵνα μή 166, 3.
ἰοπλοκάμων 27, 4.
ἰοστεφάνου 26. ἰοστεφάνων 205, 12.
Ἵππαρχον 187, 2.
Ἱππίου 170, 2.
ἱππόβοτον 209, 2.
ἱππομάχων 200, 4. ἱππομάχους 167, 8.
Ἱππόνικος 205, 9.
ἵππον 43, 1. ἵππων 17. ἵππους 188, 4.
ἱπποτροφία 15, 1.
Ἴσθμια 211, 1. 216. Ἰσθμῷ 213, 5. Ἰσθμοῖ 209, 4.
ἴσκω 185, 2.
ἴσον λάχαν 54, 4.
ἰσοφαρίζειν 204, 1.
ἵστημι. ἕστασαν 194, 2. στᾶσαν 191, 2. στήσατο 189, 4. ἑστακυῖαν 158, 1.
ἱστίον 29.
Ἴστρον 64, 1.
ἴσχει 7.
Ἰφίων Κορίνθιος 221, 1.
ἰχθύς 230, 1. ἰχθύες 18, 2. ἰχθῦς 223, 2.
ἰχθυόεσσαν 161, 1.
Ἰωλκοῦ 25.

K.

καθαιρέω. καθέλῃ 12, 6. καθέληται 166, 3.
καθαροῖς 205, 8.
καθύπερθε 154, 3. 184, B, 1.
καίτοι 12, 4.
κακός 12, 8. 11. 54, 4. κακόν 12, 5. 50, 18. 64, 1. κακά 186, 1. κακῶς 12, 8. 53, 2.
καλός 9, 2. καλοῦ καλόν 214, 1. κα-

λοῦ 208, 4. καλᾶς σοφίας 116. καλᾷ 18, 3. καλὸν φυάν 42, 2. καλόν πρόσωπον 50, 13. καλά 203, 4. 12, 16. καλῶς 153, 1.
καλέοισι 45, 3. καλέοισιν 18, 9. καλεῖται 167, 3. καλέονται 27, 4.
Καλλίᾳ 173, 2.
καλλιρόας αὐλός 77.
καλλικόμων Μοισᾶν 73, 2. καλλικόμοις 207, 2.
κάλλιστον 60, 2. 206, 3. καλλίστων 59, 4.
καλλισφύρου 229.
καμάτου 60, 10.
Καμβύσης 1.
καμπύλον μέλος 43, 3.
καπνός 165, 1.
κάρα 44, 4. καρήατα 230, 2. κρατός 166, 4.
κάρκαρα 83.
καρπόν 12, 19.
κάρτιστος 169, 1.
κάρτος 54, 1.
κασιγνήτου 179, 1.
Κασμύλος 212, 2.
κατά cum genit. 104. 189, 1. accus. 18, 7. 182, 2. 200, 3.
κατέβην 180, 3.
κατεκώλυε 18, 5.
καταπαύετε 77.
καταφθιμένοιο 173, 1.
κε. βιότῳ κέ σε μᾶλλον ὄνασα 30. τούς κε θεοὶ φιλέωσιν 12, 9. καί κεν ἐμῶν ῥημάτων ὑπεῖχες οὖας 50, 15. τίς κεν αἰνήσειε 10, 1.
κεῖμαι 182, 1. 186, 2. κεῖσαι 24. κεῖται 60, 11 200, 2. 219, 1. κείμεθα 151, 2. 153, 4. 158, 2. κεῖσθαι 172, 2. κείμενος 50, 13.
κείνου 54, 4. 160, 1. κείνων 151, 2. κείνους 205, 6.
Κείοιο 183, 1.
κέλομαι 50, 16.
κενεάν 12, 18. κενεοί 64, 6.
κενεόφρων 124, 3.
κεράῃ ἐλάφῳ 44, 1.
κεύθει 156, B, 2. 175, 1. κέκευθε 155, 1. 170, 2. 179, 1.
κεφαλᾶς 18, 2.
κηδεμόνα 63, 4.
κῆρας 3. 152, 3.
κιδναμέναν 18, 5.
Κιθαιρῶνος 185, 3.
Κίμων 219, 1. 220, 1.
κινηθεῖσα 50, 2.
κίονα 201, 1.
κίρτος 147, B.
κισσοφόροις 205, 2.
ἔκιχεν 175, 2. ἔκιχε 106.
κλεινοῖο 152, 1.
κλεινόν 171, 9. κλεεννόν 176, 3.
Κλείσθενες 175, 2.
Κλεόβουλον 10, 1.
Κλεόδημον 176, 1.
κλέος ἄσβεστον 154, 1.
κλέπτοισιν 69.
κλῄδεσσι 184, B, 3.
κληδόνα 59, 6.
κλόνον 200, 3.
κλυτόν 205, 11. κλυτὰ ἄγγελε ἔαρος 121.
κνώσσεις 50, 6.
κοινόν 199, 3.
Κολχίδος 85, 2.
κόμαν 50, 10.
κόνις 170, 2. 175, 1.
Κορίνθιος 213, 1. Κορινθίοισι 94. Κορίνθιον ἄστυ 59, 3.
Κόρινθος 158, 5. Κορίνθου 157, 1. 172, 4. Κόρινθον 85, 1. 213, 12.
Κόρκυρα 210, 1.
κορυδαλλίσιν 110.
κόσμον 9, 9.
κουριδίην ἄλοχον 61, 4.
κοῦφον θυμόν 60, 8.
κραδαινομένα 201, 4.
κρατεῖ 199, 1.
κρατερᾷ 213, 9.
Κρής 182, 1. 216.
Κρήτη 71.

Κρήταν τρόπον 45, 3.
Κριός 19.
Κροίσου 180, 1.
κρυερὸς νέκυς 64, 7.
κτεῖναν 152, 2. κτεῖνε 187, 1.
ἐκτέρισε 168, 2.
κυανέα χελιδοῖ 121. κυανέας 18, 3. κυάνεον 154, 2. κυανέῳ 50, 7.
κυανοπρώϊραν 146.
κυδαίνων 208, 1. κυδαίνουσα 154, 4.
κῦδος 203, 5.
κύκλον 59, 4. 205, 9.
κύματος 50, 11. κυμάτων 38, 1.
κύνα 43, 1.
Κύπριδι 194, 2.
ἔκυρσε 171, 6. κύρσαντα 176, 3.
κωτίλα χελιδών 122.
κωφόν 4.

Λ.

λαγχάνω. λάχον 54, 4.
λαθάνεμον ὥραν 18, 9.
λαΐνῳ 169, 2.
Λακεδαιμονία 87. Λακεδαιμονίοις 151, 1.
λαμβάνω. λάβεν 33, 2. 213, 3.
λάμπων 59, 7.
λανθάνω. ἔλαθες 207, 2.
λαοδόκῳ ἀγορᾷ 167, 10.
λαοῖς 25. 172, 4.
λάρνακι 50, 1.
Λατοῖ 190, 2.
λέγω 207, 4.
λείπω. λείπων 171, 5. λέλοιπε 171, 8. λελοιπώς 9, 8. λιπεῖν 165, 4.
λέπας κακόν 64, 1.
λεπτὸν οὖας 50, 15.
λέσχης 67, 2.
λευκᾶς γαλάνας 184, B, 1. λεύκ' ὀστέα 185, 1.
λεύσσεις 180, 1.
Λεχαίου 85, 3.
λέχη 180, 3.
Λεώκρατες 207, 1.
Λεωνίδας 9, 7. Λεωνίδα 155, 1.
Λεωπρεπέος 203, 6. 204, 2.
λήγει 171, 9.
Λήθης 171, 6.
λήθω. λήσῃ 62, 7.
λήματι 199, 2.
λίθον 10, 7.
λίμνα 50, 2.
Λίνδου ναέταν 10, 1.
λιπαράν 205, 4.
λιτρῶν 196, 3.
λόγος 32, 1. 113. μακρός 108.
Λοκρῶν 156, B, 2.
λούω. λουσάμενα 200, 4.
λόφον 110.
λόχῳ 176, 3.
Λυκαίῳ 213, 8.
Λυκάς 185, 2.
Λυκόρμας 96.
Λυκοῦργος 98.
λῴονι μοίρῃ 63, 3.

Μ.

Μαγνησίαν 85, 1.
Μαιάδος παῖς 27.
μακρὸς λόγος 108. μακρόν 201, 1. Τάναϊν 64, 2.
μάλιστα 83.
μᾶλλον 24. 30.
μῆλον 137.
μανθάνω. μαθών 60, 13. μαθόντι 203, 4.
μανίει 94.
μάντιος 152, 3.
ἐμήσατο 194, 3.
Μαραθῶνι 149, 1.
Μάρπησσα 96.
μάρτυν 59, 4. μάρτυρα 191, 1. 205, 5.
μαρτυρεῖ 9, 7.
μᾶτερ 91.
ματεύων 44, 2.
μάχης 193, 1.
μάχονται 12, 23. ἐμάχοντο 150, 1.
μεγαίρεις 61, 1.
μέγα 185, 3. 187, 1. 231, 2. μέγαν 9,

8. μεγάλαν 213, 12. μεγάλαι 52, 2.
Μεγαρεῦσιν 167, 1. Μεγάρων 213, 10.
Μεγακλέος 173, 1.
Μεγάριστος 179, 3.
Μεγιστέα 171, 7.
Μεγιστια 152, 1.
μέγιστον 153, 1.
μείζων 156, 1.
μελαίνης 208, 2.
μέλος 43, 3. μέλη 171, 3. μελέων 77.
μέλι ξανθόν 76.
μελία 201, 1.
μελιαδέα 18, 5.
μελίγηρυν 205, 9.
μέλισσα 76.
μελιτερπέος 171, 9.
μελίφρονος 175, 3.
μεληδόνες 54, 2.
Μέμνων 41.
μένει 60, 1. μένειν 61, 2. μένουσα 201, 2. μένοις 63, 3.
μένος στάλας 10, 5.
μέρος 153, 1. 227, 5.
μέσσοι 59, 1.
μετά cum genit. 42, 4. 189, 2. 155, 1. dativ. 171, 7.
μεταιβολία 50, 19.
μετάστασις 46, 4.
μή 12, 11, 16. 166, 3. μὴ βάλῃ 16. τὸ μὴ γενέσθαι δυνατόν 12, 17. μὴ καταπαύετε 77. ῷ μὴ μόλῃ 32, 5. μὴ οὐ 12, 5.
μηδέ 12, 12.
μηδέν 12, 23.
Μηδείων 155, 4.
Μῆδοι 152, 1. Μήδων 149, 2. 156, B, 1. 189, 1. 190, 1. 191, 3. 192, 3. 198, 1. Μήδοις 193, 2. 194, 4. Μήδους 157, 3.
μηδομένα 76.
μῆνα 18, 7.
μήποτε 46, 1.
μηρίων 135.
ματέρα 63, 1.
μητρόπολις 156, B, 2.
μίγνυμι. μιγνύμεν 45, 2. μέμικται 12, 16.
μικρός 180, 2.
Μιλτιάδης 189, 2.
Μίλωνος 214, 1.
μίμεο 43, 3.
μιν (αὐτόν) 12, 13. 45, 3. 60, 4. (αὐτήν) 18, 9. 32, 3. 50, 1.
Μίνως 71.
μιξονόμου 230, 1.
μισθός 215, 1.
μίτραισι 205, 3.
μνᾶμα 191, 1. 198, 2. μνάματα 190, 2.
μνᾶστις 9, 3.
μνασώμεθα 166, 1. μνήσομαι 172, 1.
μνῆμα 152, 1. 158, 6. 179, 3. μνήματα 158, 4.
μνήμην 204, 1.
μοῖρα 175, 2. μοῖραν 12, 18. 167, 2.
μοίρῃ 63, 3.
Μοῖσα 75. Μοισᾶν 73, 2. 205, 12.
μόλῃ 32, 6.
Μολοσσὸν ὄργανον 45, 3.
Μολουριάδος 64, 4.
μολπῆς 171, 9.
μόλυβδον 105.
μόνος 12, 5. μόνον 67, 1. μοῦνος 65. 171, 5.
μορφᾶς 206, 3.
Μοῦσα 229. Μουσέων 171, 1.
μῦθος 124, 2.
μυίας 46, 3.
Μυκάλας 167, 5.
μυριάσιν 150, 1.
μύρτων 28, 2.
μυχῶν 74, 3.
μωμάσομαι 12, 13.
μῶμος 220, 2. 221, 2.
μωροῦ φωτός 10, 7.

N.

ναέταν 10, 1.
ναΐαις 184, B, 3.
ναίειν 32, 2. 64, 3. ναῖ' 85, 1. ἐναίομεν 157, 1.

ναιετάοντες 59, 1.
νάκος 35.
νᾶσος 157, 2.
Νάστης 93.
ναυμαχίας 190, 2. ναυμαχίης 158, 4. ναυμαχίᾳ 192, 3.
ναῦς 168, 2. νῆας 157, 3. 193, 3.
ναῦται 190, 1.
ναυτιλίην 64, 5.
Νεαίραν γνάθον 88.
νέκυς 64, 5.
Νεμέᾳ 213, 7. 219, 4.
νέμοντες 59, 3. νέμεται 12, 3.
νέος 124, 1. νέων 60, 6. νέους 25.
νεότητι 61, 2. νεότητα 148, 3.
νεφέλην 148, 4.
νέφος 154, 2.
νηῷ 200, 2.
νήπιοι 60, 11.
νήστης 145.
νίκαν 205, 11.
νικῶ 210, 2. νικᾷς 212, 1. ἐνίκα 203, 1. 211, 1. 213, 1. νίκασε 25. ἐνίκασεν 213, 7. νικήσας 214, 2. νικάσαντας 196, 5.
νίκη 147, C. νίκης 199, 1. νίκας 191, 1. 219, 5. ἀνεδήσατο 28, 2. νίκαις 219, 2.
Νίκας 202, 4.
Νικόδικον 177, 2.
Νικολᾴδας 213, 2.
Νισαίων 167, 10.
νιφομένης 64, 4.
νοεῖ 60, 8.
νόος 60, 11. νόῳ 10, 1. 12, 2. νόον 69. 156, 2. νοῦν 170, 4.
νόστου 175, 3.
νοῦσε 61, 1.
νυκτιλαμπεῖ 50, 7.
νύμφεια 180, 3.
νῦν 64, 5. 157, 2. 169, 1. νῦν γε 28, 1.
νυκτός 230, 2.

Ξ.

ξανθῆς 180, 4. ξανθόν 76.
Ξανθίππην 172, 3.
ξεῖν' 151, 1. ξένε 157, 1.
ξεινοδόκων 59, 7.
Ξεινοφίλου 203, 3.
Ξένιε Ζεῦ 184, 2.
ξυροῦ 158, 1.

O.

ὀγδωκονταέτει 203, 6. 204, 2.
ὅδε 124, 3. 166, 1. ἥδε 177, 2. ἅδε 10, 7. τόδε 152, 1. 158, 6. 167, 9. 181. 198, 2. 207, 1. 213, 1. 67, 1. rell. τῷδε 169, 2. 188, 2. τᾷδε 150, 1. 151, 1. τῇδε 64, 6. 152, 2. τῷδε 185, 1. 192, 2. τόνδε 195, 1. 199, 1. 202, 2. 205, 5. 217, 1. οἵδε 154, 1. αἵδε 194, 1. τάδε 200, 1. 220, 1. τῶνδε 165, 1. τούςδε 156, B, 1. 168, 1. 208, 3. τάςδε 188, 4. τάδε 63, 1.
ὀδμά 144.
ὀδόντας 66, 1.
οἶδμα 64, 3.
οἴκαδε 175, 3.
οἰκέταν 9, 6.
Οἰκιάδης 79.
οἰκτείρω 173, 2.
οἶκτος 9, 3.
οἶμον 44, 4.
οἶνον 11, 2.
οἶνος 67, 2. 124, 1.
οἰονόμοι 185, 3.
οἷος 44, 1. οἵηπερ 60, 3. οἷον 50, 4. οἷα 173, 2.
ὀϊστός 139.
ὄλβιον 46, 2.
ὀλίγος 60, 12. ὀλίγον 54, 1.
ὄλλυμι. ὤλεσε 198, 1. ὤλετο 192, 3.
Ὄλπις 208, 1.
Ὀλυμπίᾳ 219, 3.
Ὀλυμπιάδας 210, 2.
Ὀλυμπιονίκαν 206, 1.
ὅλων 156, B, 2.
Ὅμηρος 25.

ὁμιλεῖ 76.
ὁμοίων 184, 1.
ὀμφαλῷ 167, 9.
ὀνασίπολιν 12, 12.
ὄνασθαι 30. ὄναιντο 184, 2.
ὄνομα 176, 4. 205, 11. 210, 1.
ὀξύς 227, 2. ὀδόντας 66, 1.
ὄπα 45, 1. 205, 7.
ὀπαδεῖ 15, 2.
ὅπλα 93, 190, 2.
Ὀπόεις 156, B, 2.
ὁπόταν 18, 7.
ὁρᾶν 64, 2. ἴδωμαι 173, 1. ἴδοιτο 27. ἰδεῖν 61, 4. 179, 2. 206, 3. ἰδών 46, 2.
ὄργανον 45, 3.
ὄρθια 217, 1.
ὀρθοί 18, 2.
ὄρνιχες 18, 2.
ὄρνυμι. ὦρτο 18, 5. ὀρνύμενος 227, 2.
ὄρει 167, 5.
Ὀρτυγία 96.
ὀρυμαγδός 7.
ὄρχημα 45, 2.
ὅς 152, 3. 156, 2. rell. ὅς ἄν ᾖ 12, 11. ᾗ 61, 3. ᾗ τε 60, 6. τῆς 207, 3. οὗ 160, 1. ᾧ 32, 5. ὅν 12, 6. τόν 72. rell. τήν 227, 1. οἵ 155, 1. αἵ 205, 11. τῶν 166, 1. 188, 4. τᾶν 224, 2. οἷς 60, 11. rell. τοῖσιν 12, 16.
ὅσοι 12, 19. 161, 1. ὅσσον 46, 2.
ὅσπερ 213, 1.
Ὄσσα 185, 3.
ὀστέα 158, 5. 185, 1.
ὅστις 12, 22. 54, 4. ἅτις 18, 5. ὅ τι 46, 1. ὅττι 50, 20. οἵτινες 167, 7.
ὅταν 60, 10.
ὅτε 50, 1. 193, 1. 203, 1.
ὅτι 66, 1. ὅτ' οὐ 67, 1. v. Meinek. ad Moschi Id. II, 152. ὅτι 151, 1. 171, 5. 7.
οὐ 171, 9. rell. οὐκ 180, 3. rell. οὐ — οὐ 33, 2. οὐ γάρ — οὐδέ 68. οὐ μόνον — ἀλλὰ καὶ 67. ἀλλά 75. οὐχ 165, 1. rell. οὐχί 217, 1.
οὗας 50, 15. οὔασι 60, 4.
οὐατόεις 131.
οὐδέ 12, 3. 23. 18, 4. 51, 1. 154, 3. 171, 10. 175, 4. 207, 3. οὐδέ — οὐδέ 20. οὐδὲ γὰρ οὐδ' 228.
οὐδέν 33, 3. 60, 1. οὐδενός 156, 1.
οὐκέτι 111.
Οὐλύμποιο 227, 1.
οὔποτε 12, 17. 62, 7.
οὐράνιαι 27, 4.
οὐρείας 27, 2.
οὔτε — οὔτε 9, 4. 60, 9. 62, 8.
οὔτις 33, 1. οὔτινα 204, 1.
οὗτος 133. 160, 1. 171, 1. 183, 1. ταύτῃ 60, 11. τοῦτο 12, 5. 81. 153, 2. 182, 2. ταῦτα 60, 13. 190, 1. 194, 4.
οὕτω 25. 201, 2. οὕτως 46, 4.
ὀφειλόμεθα 178, 2.
ὄφρα 60, 7.

Π.

πάγῳ 167, 3.
παῖς 27, 2. παιδός 62, 7. παιδί 203, 6. 204, 2. παῖδα 206, 2. 230, 2. παῖ 72, 1. 207, 1. παῖδες 159, 1. 188, 2. 192, 2. παίδων 91. 170, 4. 171, 4. παισί 165, 4. 179, 4. παῖδας 166, 2.
παιδοτρόφον 18, 10.
παλαισμοσύνας 206, 2.
παλάμῃσιν 215, 3.
πάλην 211, 2.
Πάλιον 185, 3.
Παλλάδι 188, 4.
Πάλτος 41.
παμμῆτις 33, 3.
Πᾶνα 189, 1.
Παναθηναίοις 213, 3.
πανάμωμον 12, 19.
πανδαμάτωρ 9, 5.
Πανομφαίῳ 201, 2.

Πανοπηϊάδῃ 231, 2.
παντοδαπῶν 192, 1.
πάρ cum accus. 193, 1. dativ. 61, 2. παρά cum dativ. 63, 3. genit. 12, 4.
παρακνίξας 184, B, 2.
παρασχεῖν 196, 3. παρέσχε 183, 2.
παρειαῖς 50, 3.
πάρεστιν 60, 5. τὸ παρὸν 75.
παρθένος 119.
Πάριαι 215, 2.
παριόντος 50, 10.
πᾶς 12, 7. παντί 220, 1. πάντα 12, 16. 44, 4. 52, 1. 75. 158, 3. πᾶσαν 158, 1. πάντες 178, 2. πάντων 32, 4. 65. 153, 2. πάσαισιν 110. πάντας 12, 20. 25.
πάσχω. ἔπαθες 173, 2.
πατήρ 179, 3. 181. 230, 1. πατρός 62, 5. 170, 3. 176, 3. πατρί 63, 3. πάτερ 50, 20. πατέρων 59, 6. 206, 4.
πάτρης 171, 2.
πατρίς 158, 5. 210, 1. πατρίδος 212, 1. πατρίδι 154, 1. 159, 2. πατρίδα 208, 1. 219, 2.
παύρῳ 54, 2. παῦροι 60, 4. παῦρα 53, 2.
Παυσανίας 198, 2.
παύω. πεπαυμένα 200, 1.
πεδίον 44, 1. πεδίῳ 167, 7.
πειθόμενοι 151, 2. 199, 2.
πέκω. ἐπέξατο 19.
πέλαγος 168, 2. πελάγει 192, 2. 193, 2.
πέλας 64, 3.
Πελειάδες 27, 4.
Πελλάνᾳ 213, 8.
Πελοποννάσου 150, 2.
πέλω. ἐπέλοντο 51, 1.
πενταφύλακος νύξ 100.
πέντε 193, 3. 213, 3, 11.
πεντεκαίδεκα 219, 4.
πεντήκοντα 196, 3. 202, 1. 203, 4.
πεντηκοντακάρανος 80.
πεπλήαται 136.
περ 228. 60, 3.
περθομέναν 218, 2.
περί cum dativ. 158, 3. accus. 38, 2.
Περιάνδρου 172, 3.
περὶ χεῖρας ἔχοντος 62, 5.
περὶ πλευρὰς ἐκάλυψεν 227, 1.
περικτιόνων 28, 3.
περιθεῖναι 153, 3. περὶ πατρίδι θέντες 154, 1.
Περσεῖ 50, 4.
Περσῶν 159, 1. 200, 4. Πέρσαις 158, 3. Πέρσας 157, 3. 199, 3.
πέρυσι 124, 2.
πετάλοισι 28, 2.
πέταται 44, 1.
πέτραις 32, 2.
πήματα 158, 3.
Πιερίην 227, 4.
πίνακα 202, 2.
πῖνε, πῖν' 11, 1. πιών 186, 1.
πινύσκῃ 18, 7.
πίπτω. ἔπεσεν 214, 2. πεσεῖν 165, 4.
Πίσα 97.
Πίσῃ 214, 1.
πίσυνος 10, 1.
πιτνεῖ 4.
Πιττάκειον 12, 3.
πλαζόμενον 175, 3.
πλείστων 155, 3.
πλευράς 227, 1.
πλησίον 230, 2.
πλουτεῖν 42, 3.
πλοῦτος 52, 2.
πνεῦμα 205, 8.
πνέων 50, 2. πνείοντα 171, 3.
πνοά 128.
ποδωκείην 211, 2.
ποθεινός 117, 2.
ποθεῖ 177, 2. ποθέων 62, 8.
πόθον 171, 8.
ποία 117, 2.
ποιέω. ἐποίησεν 215, 3.
ποικίλας 18, 10.
πολεμεῖν 126.

πολέμου 138, 4. 168, 2. 191, 1. πολέμοιο 200, 1. πολέμῳ 59, 2. 155, 4. 201, 4.
πολιητᾶν 194, 1.
πολιῷ γήραϊ 63, 4.
πόλις 109. 177, 2. πόληος 166, 3. 167, 9. πόλιν 59, 3. 165, 3. 206, 4. 208, 1. πόλιας 195, 2.
πολλάκι 200, 3. 205, 1.
πολλός 53, 1.
πολυβότρυος 25.
πολυγηθέα 207, 3.
Πολύγνωτος 218, 1.
Πολυδεύκης 20.
πολυήρατον 60, 7.
Πολύζηλον 196, 1.
πολυκώτιλοι 120.
πολύλλιστ' 74, 2.
πολυπίδακα 59, 1.
πολύ 221, 2. πολλῷ 126. πολλάν 196, 5. πολλά 60, 8. 186, 1.
πολυχρόνιον 174, 2.
πολύχορδος 77.
πόνος· ἀμφὶ πόνῳ 54, 2. πόνον 50, 4. πόνων 59, 4.
Ποντομέδοντος 213, 6.
πόντος 50, 17. πόντου 184, B, 3. πόντῳ 64, 5. 175, 1.
ἔπορον 167, 10.
πορφυρέᾳ χλανίδι 50, 13. πορφυρέου 119. πορφυρέας ἁλός 7. πορφύρεα 38, 2.
ποταμόν 152, 2. ποταμοῖς 10, 2.
ποτί 51, 1. 62, 5. 150, 1. 152, 1. 156, B, 1. 157, 1. 172, 3. 199, 1. 213, 2. 227, 1.
ποτί cum dativ. 214, 1. accus. 60, 13. 63, 1. 201, 1.
πότμος 9, 2.
ποδί 43, 3. ποδῶν 45, 2. ποσί 11, 2.
πράξαις 12, 7.
πρὶν ἀνθέμεναι 202, 2. πρὶν ἰδεῖν 61, 4. 179, 2.
πρίνου 29.
πρὸ γόων 9, 3. πρὸ πόληος 166, 3.
πρόβατον 137.
προδόμεν 194, 4.
προθύροις 217, 2.
προλιπεῖν 152, 4,
προμάχοισι 165, 4.
προμαχοῦντες 149, 1.
πρόποσιν 227, 6.
πρόσθε 223, 1.
προσιόντι 207, 4.
προσιδών 206, 1.
πρότερος 30. πρότερον 51, 1.
προφέρει 221, 2.
προχοῇσι 176, 1.
πρόσωπον 50. 13.
Πρύτανις 97.
πτολίπορθον 191, 3.
πτυχί 148, 1.
Πύθια 212, 2.
Πυθοῖ 211, 1. Πυθῶνι 219, 3.
Πυθώνακτα 179, 1.
πῦρ 83.
πυκνά 201, 4.
πυλᾶν 138.
πύξ 210, 2. 212, 2. 216.
πυροφόροις 15, 2.
πώλυπον 132.
πωτῶντο 18, 1.

Ρ.

ῥά 227, 1.
ῥεῖα 69. 157, 3.
ῥημάτων 50, 15. ῥήμασι 151, 2.
Ῥόδιος 186, 2. 212, 2.
ῥόδων 28, 2. 205, 3.
ῥυόμεθα 157, 4. ῥυόμενοι 161, 2. 166, 2. ῥυσάμενοι 158, 2. 191, 4. 195, 2. ῥύσατο 193, 4.

Σ.

σάκος 9, 6.
Σαλαμίς 157, 2. 158, 5. Σαλαμῖνος 167, 5. Σαλαμῖνα 193, 1.
σᾶμα 181.

σαοφροσύνην 62, 8.
Σαρδώ 71.
σάφα εἰδώς 152, 3.
σαωτήρ 183, 1.
ἔσβεσαν 188, 3.
σελάνας 10, 4.
σεμνάν 116.
σῆμα 148, 1. 173, 1. 174, 1. σήματα 192, 4.
σήμαινε 172, 4.
σθένος ἵππων 155, 3.
σιγᾶς 107.
σιδάρεον 20, 3. σιδηρέῳ 188, 3.
Σίλλαξ 222.
Σιμωνίδεω 183, 1. Σιμωνίδῃ 203, 5. 204, 1. Σιμωνίδη 202, 1.
Σινωπέος 174, 1.
Σκειρωνικὸν οἶδμα 64, 3.
Σκίαθος 6.
ἐσκίασαν 205, 4.
σκοπιαί 185, 3.
Σκυθέων 64, 2.
σκύφος 131.
Σμερδίεω 171, 8.
σός. σήν 207, 4. σῷ γήραϊ 63, 4.
σοφίας 116.
σοφοῦ 12, 4. σοφῶν 205, 4. σοφώτατος 103.
Σπάρτα 99. Σπάρτης 152, 4. 155, 2. Σπάρτας 9, 8.
Σπερχειόν 152, 2.
σπεύδει 75. σπεύδοντες 153, 3.
Σπίνθηρι 181.
σταδιοδρόμος 219, 1.
σταδίῳ 213, 11.
στάλας 10, 5.
Στασίχορος 25.
στέρνοις 60, 5.
στέφανον 160, 2. στεφάνοισι 28, 2. στεφάνους 213, 3.
ἐστεφάνωσε 206, 4.
στέφος 216.
στήθει 50, 6. στήθεσιν 60, 6.
στίζοισα 128.
στίχα 191, 3.
στόματος 16. 119.
στονόεντα 176, 2. 200, 3.
ἐστόρεσαν 149, 2.
στρατός 192, 3. στρατόν 159, 1. 198, 1.
στρέφοισαν 44, 3.
Στροίβου 207, 1.
Στρούθωνος 205, 10.
στυγερᾶς 195, 2.
σύ 60, 13. 91. σέο 50, 20. σεῖο 155, 1. σεῦ 185, 1. τοί 50, 14. σέ 173, 2. 175, 1. ὔμμιν 12, 20.
σύγγνωθι 50, 21.
σύμβαλον 193, 2.
σύμμαχον 196, 6.
σύμπαντα 66, 2.
συμφορά 12, 6. συμφοραῖς 11, 1.
σύν 191, 3. 208, 3. 18, 3.
σύν — μιγνύμεν 45, 2.
συνάορος 85, 2.
συνορμάδες 36.
σφάς 184, B, 2. σφ' 154, 3.
σφέτερον 44, 4.
σφιν 59, 5. σφίσι 166, 3. 205, 5. 225.
σχέτλιος 230, 1. σχέτλιε παῖ 72, 1.
σχίζει 38, 2.
σῶμα 175, 1.
σωτῆρες 195, 1.

T.

τύλαν 173, 2.
ταλάντων 196, 3.
Τάλως 71.
Ταμύναι 49.
ταναὰ μελία 201, 1.
Τάναϊν μακρόν 64, 2.
τανυπτερύγου μυίας 46, 3.
ταρσιά 147, A.
ταῦρος 137. ταύρους 202, 1.
τάφος 9, 3. 160, 1. 168, 2. τάφῳ 169, 2. τάφον 180, 1. τάφοι κενεοί 64, 6.
τεάν 50, 8.
Τεγέας 165, 1. Τεγέᾳ 213, 9. Τεγέαν 166, 2. 223, 2.

τείνω. ταθείς 50, 7.
τέκνον 208, 2. τεκνόφι 50, 21.
τέκος 20. 26. ὦ τέκος 50, 5.
τελέσας 208, 3. τελέσαντες βίον 51, 5.
τέλος 179, 2.
τέμενος 19. 167, 4. 191, 4.
τέρμα βιότου 60, 13. Κορίνθου ἔχων 172, 4.
τερπνοτάτων μελέων 77.
τεσσαρακαίδεκα 18, 8.
τέταρτον 42, 4.
τέτορες 150, 2.
τετράγωνον 12, 2.
τετράκις 213, 7.
τέττιξ Ἀκάνθιος 101. τέττιγος ἄεθλον 231, 1. τέττιγες ἄμετροι 224, 2.
τεύχω. τετυγμένον 12, 2.
Τέω 171, 2.
Τηθύς 86.
τῆλε 64, 2.
τίθημι. ἔθηκε 176, 4. 179, 3. ἔθηκαν 205, 6. θῆκαν 205, 12. ἔθεσαν 192, 4. ἔθεντο 59, 4. θέντες 184, 2.
τιθηνεῖσθαι 230, 4. ἐτιθηνεῖτο 205, 7.
τίκτω. ἔτικτε 27, 2. τέκεν 72, 2. τέκοις 63, 3.
Τίμαρχος 62, 5. Τίμαρχον 61, 3.
τιμήεντος χρυσοῦ 59, 5.
Τιμηνορίδη 62, 7.
Τιμοκρίων 186, 2.
τίς 10, 1. 28, 1. τις 32, 1. 50, 19. 60, 7. 116. 178, 1. 227, 5. τίς γάρ 117, 1. τις ἕκαστος 177, 1. τίς, τίνος, τί 212, 1. τί δή 61, 1. τι 67, 2.
ἔτλη 152, 4. ἔτλαν 167, 7. τλῆθι 60, 14.
τοι 12, 16. 133. 201, 1.
τοὶ μὲν — τοὶ δὲ — τοὶ δὲ καὶ 167, 3 sqq.
τοιήδε 60, 3.
τοιοῦτον 9, 4.
τόξα 200, 1. τόξων 155, 3.
τοξοφόρου 167, 4. τοξοφόροισιν 194, 3.
τοσάσδε 28, 1.
τοσσάκι 202, 3.
τότε 18, 5. 152, 3.
Τυνδαρίδαισιν 224, 1.
τοὔνεκεν 12, 17.
τοὐπιπλεῖστον 12, 9.
τραγόπουν 189, 1.
τράγος 215, 2.
τραχεῖαν 223, 1. τρηχεῖαν 138, 4.
τρία 219, 3.
τριακοσίαις 150, 1.
τριγλώχιν ὀϊστός 139.
τρίποδα 196, 2. 203, 2. 205, 5. τρίποδας 202, 2.
τρίς 213, 5, 6.
τρίτος 193, 1. τρίτον 42, 3.
τρομέειν 185, 2.
τρόχον Κρήταν 45, 3.
τρύω. τέτρυσαι 201, 3.
τύγε 83.
τύμβος 166, 1. 171, 2. 180, 2. τύμβῳ 185, 1.
τυραννίς 117, 2.
τυράννων 170, 3.
Τυῤῥηνῶν 168, 1.
τύχη 153, 2. τύχα 9, 2.

Υ.

ὕβριν 184, B, 3. 188, 3.
ὑγιαίνειν 42, 1.
ὑγίειαν 116.
ὑγιὴς ἀνήρ 12, 12. 60, 10.
ὑγρῷ ἄνθει 29.
ὕδωρ ἁγνόν 73, 2. ἐρατεινόν 74, 3. ὕδατος 67, 1.
υἱός 176, 4. 203, 3. 205, 10. 210, 2. 215, 4. 218, 2. υἱόν 229. υἷες 51, 2.
ὑμνοπόλον 171, 2.
ὑπένερθεν 73, 2.
ὑπέρ cum genit. 18, 2. 38, 1. 156, B, 1. 194, 1. accus. 25.
Ὑπερβόρεοι χιλιετεῖς 57.
ὕπερθε 50, 8.
ὕπνος 142. ὕπνον 133.

ὑπό cum genit. 24. 167, 3. 193, 3. dativ. 148, 1. 156, 2. accus. 184, 2.
ὑποῤῥόφια 200, 2.
ὕστατα 63, 1.
ὑψιπύργου 172, 4.

Φ.

φαγών 186, 1.
φαίνω. φανείη 50, 19.
φάρμακα 65.
Φέρεκλος 29.
Φερσεφόνης 180, 4.
φέρειν 231, 1. φερώμεθα 140.
φαμί 196, 1. φημί 204, 1. 231, 1. φῆ 62, 5. φάτ' 12, 4.
φθιμένας 185, 1. φθιμένους 156, B, 1.
φθόγγων 50, 12.
φιάλαι 225.
φιλέω 12, 21. φιλῶσιν 12, 9.
φιλόμωμος 12, 13.
φιλᾶν 27, 4. φίλῳ 227, 6. φίλη 154, 1. φίλου 62, 7. φίλαν 50, 4. φίλην 63, 1. φίλοι 140. 177, 2. φίλων 42, 4.
Φίλων 210, 1. Φίλωνος 211, 1.
Φλιοῦντι 213, 11.
φλογὶ ἀελίου 10, 4.
Φοῖβος 224, 1. Φοίβῳ 168, 1. 191, 3. 198, 2. 216.
φοίνικας 16.
φοινίκεον 29.
Φοινίσσας νῆας 157, 3.
φορηθείς 205, 10.
φόως 137, 1.
φρές 83.
φρεσί 158, 3. φρένας 227, 3.
φροντίδα 60, 10.
φρουρῷ 169, 2.
φυγόμαχον 106.
φύκεσσι 4.
φυλή 203, 2. φυλῆς 205, 1.
φύλλων γενεή 60, 3.
φύξιμος ὀδμά 144.
φύρω. πεφυρμένον 29.
φωνὰν ἱεῖσα 119.
φωτός 10, 7. 12, 4. φωτῶν 200, 3.

Χ.

χαίρει 178, 1. χαιρήσει 178, 2. χαίρετε 17.
χαλεπόν 12, 1, 4.
χαλκεογόμφῳ δώματι 50, 7.
Χαλκιδέων 188, 1.
Χαλκίς 96.
χαλκός 201, 3.
χαλκοστέφανον τέμενος 191, 4.
χαρίεντα 171, 1. χαρίεντας 208, 2.
χαριζόμενος 60, 14. 179, 4. χαριζόμενοι 191, 2.
χάρις 116. χάριν 183, 2.
Χαρίτων 171, 3. 205, 10. Χάριτας 207, 2.
χάρυβδιν 52, 1.
χειμέριον 18, 7.
χεῖρα 196, 6. χέρα 50, 4. χειρῶν 16. 193, 3. 221, 2. χερσίν 12, 2. 63, 2. χεῖρας 20. 62, 5. 167, 8.
χείρονα 206, 3.
χελιδοῖ 121.
χθονός 12, 19.
χέων 205, 8. χεόμενος 38, 1. κέχυται 148, 2.
χερνήτεω 180, 2.
χερνίβων 74, 1. χερνίβεσσιν 73, 1.
χέρσονδε 4.
χιλιάδες 150, 2.
Χῖος ἀνήρ 60, 2.
Χίον ἀμφιρύτην 175, 4.
χιλιετεῖς Ὑπερβόρεοι 57.
χλανίδι πορφυρέᾳ 50, 13.
χλωραύχενες ἀηδόνες 120.
ἐχορήγει 203, 3. ἐχορήγησεν 205, 9.
χορῷ 203, 4. χορόν 202, 3. χοροῖσιν 205, 1.
χορωνῷ 224, 2.
χρή 110.
χρῆμα 60, 1.

χρόνος 9, 5. 53, 1. 60, 12. 66, 1. 103. χρόνου 156, 1. χρόνῳ 126. χρόνον 46, 2.
χρώμενοι 153, 4.
χρυσέας σελάνας 10, 4. χρύσεα ὅπλα 93.
χρυσός 59, 6. 105. χρυσοῦ 59, 4. 196, 3.
χρυσοφόρων Μήδων 149, 2.
χώρας 192, 1. χώραν 161, 2.
χῶρον ἁγνόν 32, 2.

Ψ.

ψηνός 147.
ψήχει 66, 2.
ψόγου 12, 2.
ψυχῆς 199, 2. ψυχῇ 60, 14. ψυχάν 26. ψυχαῖσι 61, 2. 158, 2.

Ω.

ὦ τέκος 50, 4. Τιμηνορίδη 62, 7. 151, 1. 157, 1.
Ὠκεανός 86.
ὠκυπόδων ἵππων 155, 3.
ὤκεῖα 46, 3.
ὤμοισιν 223, 1.
ὥραν 18, 9.
Ὧραι 205, 1.
ὡς 18, 7. 60, 12. ὡς δή 129.
ὤφελες ὁρᾶν 64, 1.

